est obiectum huius est obiectū illius. ¶ Quarta propositio nō obstantibus predictis est ista. 4. propō. q̄ secundum modum loquendi sanctorum: et doctorum magis proprie appropriatur voluntati diuine esse legem obligantez q̄z intellectui diuino. Ita q̄ hec est de per se vera. voluntas diuina est lex obligatoria. et non hec intellectus diuinus est lex obligatoria. Et ratio. quia sicut modus loquendi doctorum est q̄ voluntas diuina est causa effectiua rerum/ et non intellect⁹ ex eo. quia quicqmid voluntas vult est/ vel fuit. et nō quicquid intellectus intelligit. ita in proposito quicquid voluntas vult obligari obligatur. ꝛ non sic de intellectu. Unde hec consequētia est bona voluntas diuina vult sortem obligari ad. a. ergo sortes obligatur. et ideo ista est per se vera. voluntas diuina est lex obligatoria. et non ista intellectus diuinus est lex obligatoria. q̄z vtraq̄z sit vera. quare ꝛc. D ¶ Ad secundum principale probandum arguit dict⁹ reue. pa. sic quia ab omni lege simpliciter prima omnis alia deriuatur. sed a voluntate diuina non ois alia lex deriuatur. igitur ꝛc Maior patet. q̄ a primo in vno quoq̄z genere omnia alia eiusd̄ generis deriuantur. et minorē ipse probat de legibus negatiuis que non emanant a diuina voluntate. sicut est ista. non furtum facies. Tuz primo. quia si diuina volūtas nō esset adhuc non facere furtum esset. Tum secundo. quia non furtum facere non habet rationem entis. igitur nec boni nec volibilis. Tuz tertio: quia talis negatio non est obiectum diuine voluntatis. nam pari ratione q̄libet alia negatio esset obiectū diuine voluntatis q̄re ꝛc. Aliquas alias rationes facit dictus reuerendus pater. quas causa breuitatis dimitto. quia possūt solui sicut iste omnino pari modo. Uñ breuiter ad istā dico negādo minorē. Et ad primā ꝓbationem dico q̄ ad impossibile/ seq̄tur q̄libet ideo si diuina volūtas nō esset. ñ furtū facere esset/ et non esset. quare patet q̄ istā nichil facit omnino ad propositum. sicut ptz cuilibet intuenti ꝛc. ¶ Ad secundā ꝓbationē dico q̄ ista lex non furtum facies habet rōnē entis/ et boni/ et volibilis cum sit lex bona/ et iusta ꝛ a deo data: nec oppositum hz aliquā apparētiā. ¶ Ad tertiā dico q̄ ista lex nō furtuz facies est obiectū diuinitatis. nec ē inconueniēs q̄ negatio sit obiectū diuine volūtatis: aut intellect⁹ diuini. Aliter eñ intellect⁹ diuinus non intelligeret aliquā veritatē negatiuā/ quod est absurdū. quare patet q̄ rationes huius reuerendi patris nō cōcludunt. ¶ Quantū ad tertium principale in quo ipse ꝓbat rationes meas esse insufficientes ad propositū sciendum est q̄ in primo principio meo primā propositionem supradictam probaui tripliciter. Primo ex tribus propositionibus preambulis. Quaꝝ prima est. q̄ inter leges obligantes vna est lex. simplr prima. Secunda q̄ nulla lex creata est lex simplr pria. Tertia q̄ sicut attribuit voluntati diuine eē primā causā efficiētē

E

F

5

Ad. 3. pn

h

sic attribuēdū est idē eē primaz legē obligātē. Nā sicut primuz est pfectionis sic ꝛ scđm. quare ꝛc. Unde fm Augu. 22: contra Faustum. lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinē naturalem seruari iubens: turbari vetans. sed nulla lex est prior voluntate diuina igitur. ꝛc. Ad istas aūt rōnes respōdet re. pa. Unde ad primā negat ꝙ inter leges obligantes sit yna simpliciter prima nisi loquēdo de primeuitate institutionis: ꝛ negat ꝙ nulla lex creata est simplicit prima loquendo de eadē primeuitate institutionis. Sed ista responsio non valet: quia sicut inter causas efficiētes est vna nō creata, sic iter leges obligātes est vna non instituta. et sicut cā non creata est causa efficiens simpl'r prima: sic inter leges lex non instituta est simpl'r prima: ꝛ illa est voluntas diuina ꝛ nō est aliqua lex creata. Qđ ꝓbat sic: quia sicut nulla res creata habet ex se potentiā causandi: sic nulla lex creata hz ex se potestatē obligandi. Nā sicut dt apostolus ad Ro. 13. Nō est ptās nisi a deo. igitur sicut sola diuina voluntas est prima causa indepēdēs in causando. sic ipsa est prima lex indepēdēs in obligando: q̄re ꝛc. Ad scđam rōnem respondet ꝙ esse legem obligātem nec dicit perfectionē/ nec imperfectionem. Unde non furtū facies/ esse legem nec dicit perfectionē/ nec imperfectionē: nec diliges dñm deū tuū. ꝛc. dicit pfectionē vel imperfectionē. licet diligere deum super oia sit alicuius pfectiōis. Sed ista rñsio nō est michi intelligibilis. Itez ex hac ratiōe sequit ꝙ staret rationalem creaturā obligari ab aliqua lege: et nō obligari a diuina volūtate: vt patet satis: igitur ꝛc. ¶ Ad tertiā rationē que B est auctoritas Augustini rñdet ꝙ obligare varie cōpetit legis conditori/ et ipsi legi. Nā legis conditor obligat principaliter/ et effectiue. seu auctoritatiue. ꝛ lex ipsa obligat virtualiter/ ꝛ cōsecutiue: et ideo nomē legis aliquando transfertur ad signandū institutorē legis. Et per hoc dicit ꝙ hec est falsa de virtute sermonis: voluntas diuina est lex eterna: sed hec est vera. voluntas diuina est eternus conditor legis. quare ꝛc. Sed tamē hec responsio non valet: qr absolute staret ꝙ volūtas diuina aliquā creaturam obligaret: ꝛ tamen nullam legem institutaz conderet. Nam ex hoc solo ꝙ diuina voluntas vult aliquam creaturam ad aliquid obligari sequitur illam creaturam obligari absq̄ hoc ꝙ oporteat aliquā legē istitui: ꝛ tñ nō stat creaturā obligari sine lege obligāte igitur voluntas diuina proprijssime est lex obligatoria ꝛc. Et hec sunt dicta contra istum reuerendum patrem. ꝛ ceteros. ¶

¶ Contra secundam propositionem arguit magister Egidius ꝛc. et circa hoc tria facit. Uñ primo arguit me de impropriete tate sermonis. quia in secunda conclusione primi principij posui ꝙ sicut diuina volūtas est causa efficiens quia vult aliqd esse vel fieri. sic ipsa est lex obligatoria quia vult aliquid ad aliqualiter esse vel non esse teneri. Et limitaui sensum secunde

Cōferentia scđa.

partz dicẽdo q licet illa sit vna propositio causalis q̃ potest denotare antecedentis ad consequentis causalitatẽ ꝓpriã: vel ipsoꝝ ꝙuertibilitatẽ per consequentiã mutuã. tamen quicqd sit de primo sensu nichilominꝰ in secũdo sensu volui intelligere ipsaz. Unde ꝓtra istũ ꝓcessuz instat nimis multis medijs/ et quasi in idẽ coincidentibus et miror quomodo arestat se i hoc ꝛc̃ ¶ Primo igit arguit q ponere illã causalẽ ꝛ solũ per illã intendere ꝫsequẽtie ꝙuertibilitatẽ est abuti ꝓpositionibus. Nã eodẽ modo cõcederetur q ideo volũtas diuina est obligatoria qz viator est. Secũdo eodẽ modo cõcederetur q deus est: qz si asinus volat asinꝰ habet alas. Tertio mirarer quare illo modo plus dico volnutatẽ esse primã legẽ q̃z intellectuz. cũ eque bona sit ꝫsequẽtia. intellectꝰ diuinus dicat hũc obligari, ergo obligatur. sicut de volũtate. Itẽ per talẽ ꝙuertibilitatẽ ꝫsequẽtie/ nõ plus habetur q volũtas diuina sit lex vel regula humane obligatiõis q̃z obligatio creata diuine volũtatis. cũ eque sit ꝙuertibilis ꝫsequẽtia vtrobiqz. et tamen in toto ꝓcessu meo vt dicit nichil specialiꝰ pono per quod volũtas diuina debeat dici lex vel regula. quare insufficiẽter respõdeo. Nec euado ad difficultatẽ quesiti. qz difficultas est in quo ꝫsistit radix obligationis. Modo respõdere precise p ꝫsequentiã illaz mutuam R nõ sufficit. ꝛc̃ Sed iste instantie sunt sophistice ꝛ falso innituñt fundamento. Unde pro eudẽti repulsiõe ipsaꝝ. Sciendũ est q ista ꝙiunctio qz vel alia similis faciens ꝓpositionẽ causalẽ. aliquãdo significat causaz essendi ꝛ sic facit ꝓpositionẽ ꝓprie causalẽ. vt cũ dicitur. qz sol lucet dies est. qz homo habet materiaz homo est corruptibilis. ꝛ sic de similibus. quandoq̃ vero talis coniũctio nõ significat causam essendi. vt cũ dicitur qz aliqua res in diuinis generat filiũ. aliqua res in diuinis est pater. qz creature sunt a deo. deꝰ est dñs creaturaꝝ. Tales em̃ ꝓpositiones solent ꝫcedi/ ꝛ tamen claz est q nõ denotant antecedẽtis ad ꝫsequẽs causalitatẽ ꝓpriã. qz sic essent false vt notũ est intuenti. ꝛc̃. Ita est in ꝓposito q̃n dixi. hec ꝓpositio volũtas diuina est lex obligatoria. qua vult aliquid. ꝛc̃. nõ denotat antecedentis ad ꝫsequẽs causalitatẽ ꝓpriã: sed ꝙuertibilitatẽ p ꝫsequentiã mutuã. Volui em̃ per hoc excludere primũ sensum in quo illa dictio qz significat causam essendi. qz sic nichil est causa vt diuina volũtas sit lex obligatoria. ꝛ̃ p hoc q dixi q talis ꝓpositio (sicut ꝛ alie supradicte) signat antecedẽtis ad ꝫsequẽs ꝙuertibilitatẽ p ꝫsequentiã mutuã. nõ volui ꝫcludere quin aliud requiratur: seu q hoc sufficiat ad veritatẽ talis causalis sed dico q hoc requirit/ ꝛ sufficit michi ad ꝓpositũ. Et si q̃rat quid vltra hoc requirit: quero etiã idez ab eo de alijs causalibus supradictis. ꝛ ita faciliter respõdebo sibi sicut ipse michi Nec aliud teneor respondere: qz nõ habeo hic tractare de veritate causaliũ nisi aliter cogat vi argumentoꝝ. ꝛ ex his patet

q̄ due prīme instātie nō faciūt
A ad propositū.ꝛc. ¶Ad tertiam
instantiam dico q̄ ipse miratur
sine causa. Nam cuius diceretur
q̄ volūtas diuina sit prima lex
seu regula: nō propter hoc ne-
gaui hoc de intellectu diuino:
imo ex primo sequitur secūduz
expositorie arguēdo:cum etiaz
voluntas ꝛ intellectus sint om
nino idē vt supra probaui. Ta
men quare magis appropriaꝫ
voluntati esse legē obligatoriā
cuius intellectui:supra dixi scilicet
quia licet vtraq̄ istarū sit vera.
volūtas est lex obligatoria.ꝛ in
tellectus est lex obligatoria.ta
men prima est vera per se/ꝛ nō
secūda. Cuiꝰ rationē assignaui
quia quicquid volūtas diuina
vult obligari obligatur.sed nō
quicquid intellectus intelligit
ꝛc̄. Et cuius bene sequatur itel
lectus diuinus dictat hūc oblī-
gari.ergo obligatur.sicut devo
lūtate.ꝛc.nō tamē sequitur. in-
tellectus diuinꝰ intelligit hunc
obligari.ergo obligatur.vt ptz
B cuilibet intuenti.q̄re.ꝛc. ¶Ad
quartā instantiā nego assum-
ptum.ꝛ cum reuerentia dico q̄
satis assignatur que sit radix
obligationis. Nam illa est diui
na volūtas.ꝛ illa satis explica
tur p̄ hoc q̄ dixi.ꝛ c.nec opposi
tum ipse p̄bat. Et si aliquis do
ctor profundius attingat hāc
materiaz supplico q̄ ostendat.
C ¶Secūdo dictus magister prī
cipaliter descendendo ad p̄po-
sitū agit de illa propositione vt
est causalis proprie.ꝛ circa hoc
.i.propō. ponit duas p̄positiones. ¶Pri-
ma est.q̄ licet diuina voluntas
(vt sic) nō sit quorūlibet effectuū
ratio formaliter effectiua.
est tamen diuinaꝝ rationū cau
salium ad agendū ratio applica-
tiua. Prima pars p̄batur.quia
(vt sic)nō est quorūlibet eminē-
ter cōtentiua. Secūda qz aliter
nō saluaretur q̄ ipsa esset oim
rerū causa. Sed non insistendo
circa propositionē istam qz non
videtur michi facere ad propo-
sitū. ¶Dico breuiꝫ q̄ est falsa. D
ꝛ arguo contra eam sic. qz vel
ipse concedit in deo distinctio-
nem formalē/vel nō.si sic.cōtra
hoc sūt illa que supra dixi.etiā
ipsemet dixit se nō ponere talē
distinctionē. Si ergo nō ponat
eam patz clare q̄ illa p̄positio
nō potest esse vera.qz in deo nō
sunt plures rationes causales
nec ratio causalis aliquo mo-
do distinguitur a volūtate diui
na. Nec est verū quod assumit
in probatione. sez q̄ voluntas
diuina nō sit quorūlibet effectuū
eminēter ꝑtētiua.q̄re ꝛc̄. Ex p̄-
dicta p̄positione infert contra
me q̄ hec talis proprie non est
concedenda.qz deus vult aliq̄d
esse/illud est.vl̄ quia deus vult
aliquid fieri/illud fit: p̄t ly qz
dicit causalitatē formalē.sed re
uera istud non est contra me.qz
bene concedo q̄ si li quia dicat
causalitatem formalē.illa esset
falsa cuz deus ipse nullius rei E
sit formalis causa. ¶Sz cū hoc
stat q̄ illa causalis est vera p̄t
li quia dicit causalitatem effi-
cientem. sed contra hoc ipse ar
guit imponendo michi q̄ ego
posui istam regulam q̄ omnis
causalis est falsa vbi cōsequēs
includit deum aliquid facere/
aut scire aut velle.sed hanc fal
sitatem/aut potius puerilitatē
nūq̄ posui. sed bene posui istā

regulam q̄ nulla ꝓpositio cau
salis cui⁹ cōsequens significat
tanc̄ꝫ significatum totale deuz
velle/ aut intelligere est vera ꝑ
prie. ⁊ per propositionē proprie
causalem intellexi illaz in qua
illa ꝯiūctio quia significat cau
sam essendi sicut declaraui. mō
videat ipse si iste differāt. satis
enum claruz est q̄ sic. quare. ⁊c̄.
¶ Secūda propositio sua est q̄
2. propō. licet volūtas diuina (vt sit legis
obligatiue diuie/ ad extra obli
gandum) sit ratio applicatiua.
intellectus tamen diuinus ma
gis ꝑ se est causa obligationis
c̄ꝫ voluntas ¶ Primā partē pro
bat ex prima propositione. sed
ipsa etiam eodem modo potest
improbari sicut propositio illa.
quia si non ponatur distinctio
formalis. nō potest sustineri q̄
ipsa sit vera. vt patz. quare. ⁊c.
Sed secūdam partez ipse ꝓbat
sic. quia iter leges creatas ma
gis de ꝑ se obligat ratio c̄ꝫ vo
luntas. igitur ita est in deo. cō
sequentia tenet per simile. ⁊ an
tecedens probat. Primo ꝑ vnū
dictum meū in quo posui q̄ ha
bit⁹ fidei infuse est perfectissi
ma ler creata qui tamen perti
net ad intellectū. igitur. ⁊c̄. Se
cundo quia nullus actus dicit
rectus/ vl̄ iustus nisi q⁊ princi
paliter cōformis rationi. igitur
⁊c. Sed breuiter nego istā secū
dam partez. ⁊ ad probationem
quicquid sit de antecedente. ne
go cōsequētiam ⁊ similitudinē.
Et ratio dissimilitudinis potest
assignari quia in deo inter vo
luntatē ⁊ intellectum: aut actū
voluntatis/ ⁊ intellectus nulla
est oīno distinctio. Non sic autē
est in in creatura. ⁊ istud posset
deduci. sed dimitto. ⁊c. ¶ Ter- 5
tio principaliter dictus magi
ster ponit q̄ ista ꝯsequentia nō
valet/ deus vult aliquē obliga
ri ergo illū immediate obligat.
quod ꝓbat ml̄tipliciter. ¶ Pri
mo. q⁊ stat aliq̄d a creatura po
tente obligare precipi/ ⁊ illud
nō precipi a deo. igitur. ⁊c. cōse
quētia tenet vt dicit per descri
ptionē meā de obligari. ⁊ ante
cedens probat quia aliter ois
obligatio esset de iure diuio qđ
est falsum/ Secūdo aliquod est
ciuile domini ū quod non est de
iure diuino. igitur etiaz ⁊ obli
gatio. ⁊c̄. Tertio multe sunt in
iuste obligationes. ⁊ que sunt
peccata ī esse obligatiōis. ergo
deus illis nunc obligat. Item
quarto. si omnis obligatio esset
a deo. sequeretur q̄ ois obliga
tus obligationē nō adimplens
peccaret mortaliter. patet quia
contra deū obligantē / Quinto
adinuicem nō concurrūt ḣuma
na obligatio ⁊ diuia. igitur. ⁊c̄.
Antecedens ptz. quia perfecte
ad aliquid obligat⁹ sc̄z obligati
one diuina. āpli⁹ ad illd̄ obliga
ri nō pōt sicut pfecte dns āpli⁹
fieri nō pōt dns. vnde si diuine
obligatiōi possz succedere alia
obligatio cū illa primā nō ꝯfir
maret/ nec intēderet. videtur q̄
superflueret. Item sexto. q⁊ obli
gare (vt videtur) aliud dicit c̄ꝫ
efficere obligationē precise. er
go cum generali dei cōcursu ef
fectiuo staret ipsum nō obliga
re. ⁊c̄. ¶ Sed cōtra predictā ꝓ- 6
positionē arguo ꝓbando q̄ illa
ꝯña sit bona. q⁊ si nō. tūc oppo
situ ꝯsequētis stat cū ātecedente
⁊ sic stat q⁊ de⁹ vult aliquē obli
gari/ ⁊ tamen illuz imediate nō

obligat.quod est falsuz sicut nō stat q deus velit aliquid fieri ꝛ tamē illud imediate nō faciat. aliter diuina volūtas non esset imediate efficax vniuersaliter oim que sunt vel fiunt.quod est cōtra doctrinā sanctoꝝ ꝛ ecclesie.vt satis patz.igitur.ꝛc̄. Nec valent.cū reuerētia.ratiōes sue

A ¶Unde breuiter discurrēdo p eas. Ad primā dico q non stat aliquid a creatura potēte obligare e precipi precepto iusto/et obligatorio:ꝛ illud non precipi a deo. ideo dicit christꝰ loquēs ad prelatos qui possunt obligare subditos. Qui vos audit me audit.q̄ vos spnit me spnit. Lu.10. Ideo simul ad primam instantiā/ꝛ secūdam dico q ex hoc nō sequitur q omis obligatio sit de iure diuino/ꝛ concedo q sicut est aliquod ciuile dominium quod nō solet dici de iure diuino:ita etiam de aliqua obligatione quia secūdum modum loquēdi cōmunē aliqua obligatio vel aliquod dominiū nō dicitur de iure diuino. qz sit a deo approbante.nam sic quodlibet esset de iure diuino. sed ex alia radice hoc dicitur.sicut patz ex his que dixi in tertia conclusione primi principij: sed ea nunc nō recito.ꝛ c̄. Ad tertiam instantiam dico q nichil iniustuz seu peccatuz est lex obligans. sicut

B alias dixi.ꝛ c̄. ¶Ad quartā nego consequentiā quia ex hoc q aliquid est cōtra deum nō infertur q sit mortale peccatū. Naz sic omne peccatū esset mortale/ cum quodlibet sit contra deum

C ¶Ad quintā nego assumptū.ꝛ ad probationē nego antecedēs Unde dico q loquendo de perfectione dñi secūdum quid/ꝛ in genere quale attribuitur creature. aliquis pfecte dñs potest fieri amplioꝝ dñs. Nā eiusdem rei plures possunt esse perfecti dñi sicut rex ꝛ baro in eadē baronia.ꝛ tamē cōstat q si in eandem personā concurrerent ista duo dominia/ ille essz amplius ꝛ perfectus dñs.nā sicut ostendit dñs armachanus in primo libro de pauptate xpi capo.1. dominia secūduz q magis aut minus habēt de auctoritate p pria respectu actuum siue vsus dominij dicūtur magis aut minus dominia vel pfecta. quare ꝛc̄. Nec valet quod dicit: scz q si diuine obligationi posset succedere alia obligatio (cum illa primā nō confirmaret/nec intēderet) quod ergo superflueret Nam cōsimili modo ꝓbaretur q si diuie causalitati coageret aliqua causa secūda/q illa causa secūda superflueret sicut clare patz. ¶Ad sextā ꝓcedo q obli D gare aliud dicit ꝑz efficere obligationē:imo dico q stat deū aliquez de nouo obligare.ꝛ tñ nichil de nouo efficere.ideo istud magis est ꝓprie ꝑz ꝓtra.q̄re.ꝛ c̄. ¶Uez ē q ad declaratiōez ꝓclusiōis mee i primo pricipio meo posui descriptiōes horꝝ terminorꝝ. obligari ꝛ teneri.ꝛ dixi q obligari ē teneri.ad aliqliter eē vl nō eē.siue ad aliquā dispositionē habēdā vl aliq dispositione carēdū. Sed teneri ē habere a suo superioꝛ phibitionē vl pceptū de aliquo existēte in inferioris libera ptāte. Et istaꝝ descriptionū declaratio magꝭ patuit in ꝛcia ꝓclusiōe ꝓmi ꝓncipij vbi oñdi q̄d sit pceptū ꝛ q̄d phibitio

obligari
teneri

E ¶ Cōtra hoc instat primo qa describere obligari per teneri est diffinire magis notum per minus notū. ¶ Secundo arguit q teneri non bene describitur. qa stat q deus aliquem obliget. et tamen nihil p̄cipiat/ vel ꝓhibeat. ¶ Tertio ad idē. quia tūc sequeret q creatura seipsaz obligare non posset/ cum sibūpsi nō sit superior. ¶ Quarto qa p hāc descriptionem euado difficultatem de obligatione ad impossibile. de qua doctores mltū mltum dubitāt. modo ponere vnū mere voluntarium quod nominis sic euasiuum difficultatum non probatum. ē irrationabile/
F sicut patet. ideo ꝛc. ¶ Sz ad ista voluntarie dicta nō probata respondeo breuiter. vnde ad primam ꝛ secūdam instantiam. nego ātecedēs. ꝛ miror qnomodo ipse sic petit principium assumēdo simpliciter illud quod est p̄bandum: vt ptz. ¶ Ad tertiā nego ꝟñaz quia licet creatura nō sit superior: tamen potest seipsā obligare (id est aliquid facere vnde sequitur ipsaz esse obligatam: ꝛ habere a suo superiori p hibitionem/ vel p̄ceptum de aliquo. de quo prius non habuit) sicut patz de illo qui vouet paupertatē: vl̄ virginitatē ꝛc. ¶ Ad quartam dico q illud quid nominis est rationale: nec per ipz euado illaz difficultatē de obligatiōe ad impossibile. nisi sicut decet eam euadere. imo ex hoc q sancti dicunt q deus non potest obligare ad impossibile. sequitur q illud quid nois sit rationale. ꝛ si nō placeat sibi: det aliud melꝰ. ꝛ ego contentabor. Et hec sunt dicta contra istum reue. magistꝝ. ꝛc. ¶ Contra tertiam/ ꝛ quartam ꝓpositiōes arguit frater petrus ꝛc. Et in primo principio suo posuit istā tertiam conclusionē q nō stat creaturam rationalez peccare mortaliter/ ꝛ ipsam non committere/ vel omittere cōtra legem rationis (id ē recti dictaminis) naturę diffomiter. Quam probat supponendo q talis creatura habeat noticiam vltimi finis/ ꝛ p̄incipiorum moralium. Unde arguit sic. Nam dato q nullum esset p̄ceptuz creature datū/ adhuc creatura ratiōalis lēge ratiōis/ seu recti dictaminis naturalis indispēsabiliter obligaretur sub pena peccati deo honorem reddere: ei obedire: et ip̄m nō odire: ergo nō stat creaturā peccare ꝛc. ꝟña tenet. quia qđ indispensabiliter obligat necessario obligat. stante cōstantia subiecti obligabilis. Sz antecedēs ꝓbatur. quia lex naturalis est īmutabilis/ ꝛ indelebilis i suis p̄incipijs: que sunt bonū facere: ꝛ malum fugere. vt ostendit thomas p̄ma scē. q. 94. 4. ꝛ. 6 artic'lis. Uñ articulo. 6. allegat Augu. 2. confes dicentem. Lex scripta est in cordibus hominū quā nulla quidē delet iniq̄tas. Sed lex scripta in cordibꝰ hominū est lex naturalis. ergo lex naturalis deleri non p̄t. Hec est ratio sancti thome ibidē. ¶ Secūdo confirmauit ꝟclusionē auctoritate beati Augustini libro scō de sermone dñi in monte. c. 2. vbi dicit. Nulla est aīa (q̄uis puersa) q̄ tamen ratiocinari possit: in cuius cōscientia nō loquatur deꝰ. Quis eñ scripsit legez naturalem in cordibus hominū

Aug

A nisi deus ꝛc. ¶ Ex hac ꝯclusiōe intulit tertiū corrolarium. videlicet ꝙ impossibile est creaturā rationalē obligari a diuino velle. ꝛ eam non obligari aliq̄ alia lege. patet ex ꝯclusione. Et confirmatur. qr nō stat creaturā rationalē omittere/ vel cōmittere contra diuinū velle. ꝛ non contra dictamen rationis. ergo nō stat eam obligari ad aliquid ꝙ diuinum velle quin ipsa ad illō obligetur per dictamē legis naturalis seu rationis recte. ¶ Confirmatur. quia in mēte rationalis creature est ꝓprie lex seu regula iuste vite. Sed regula mēti rationali intrinseca est lex naturalis rationis. que indissolubiliter obligat creaturam talē ad nihil agendū contra conscientiam. ergo corrolarium verū. Antecedēs est prima ps primi corrolarij tertie conclusionis mee. vbi dixi. sicut vi tus iusticie solum est in mente ꝛc. Oppositus huius corrolarij ꝓbaui sic. sicut prima causa quicquid agit cuz causa secunda ꝑt agere se sola. sic ꝑma lex vel regula ꝛc. ¶ Ad
B hanc rationē dixit: ꝙ inter obligare et causare effectiue est magna dissimilitudo ꝛ differentia quia nō qlibet obligare ē agere vel actio. qr lex scripta obligat et tñ nihil ꝓducit vel agit i obligādo. ideo ad foruā negatur scda pars maioris seu añtis ratione dissimilitudis q̄ est iter causare effectiue: et obligare.

C ¶ Sz iz circa hec mlta posset dici. tñ breuiter dico ꝙ ista nullo mō sunt ꝯtra me. Uñ ꝑmo cōcedo ꝙ de potētia ordiata nō stat creaturā rationalē peccare/ vel ꝯmittere: aut omittere ꝯtra diuinū velle. ꝛ non ꝯtra dictamen rationis seu legis nature aut alterius legis create. ꝛ nihil plꝰ ꝓbāt rōnes ꝑdicte: sicut patet intuēti. ꝛ hoc idē etiā ꝯcessi/ ꝛ ꝓbaui i tertia ꝯclusione primi ꝑncipij mei. ¶ Scdo nō obstātibꝰ D istis ꝯcedo ꝙ de potētia absoluta stat creaturā rationalē peccare ꝛ ꝯmittere vel omittere cōtra diuinū velle: ꝛ nō ꝯtra dictamen alicuius legis create: et in hoc sensu eius ꝯclusio est falsa: nec sufficiēter ꝓbata. nec respōsio quā dat ad rationē meā videtur sufficere: qr ꝙs uis iter obligare et causare effectiue sit magna dissimilitudo ꝛ differētia. tñ ratione huius dissimilitudinis nō euacuatur ratio mea. qr quo ad hoc est simile ꝙ sicut causa secūda nō ꝑt agere ẽ ꝑma: sed bene ꝑma sine secūda: sic lex creata non potest obligare sine prima sed bñ ꝑma sine q̄cūq̄ alia. ideo ꝛc. ¶ Cōtra quiE tā ꝛ sertā ꝓpositiōes arguit re conferens
uerendus pater frater michael tia. 4.
ꝛc. et ponit ꝯclusionē ꝯtradictoriam supradictis ꝓpositionibꝰ. Et primo ꝓbat ꝙ non oīe peccatū est ꝯmissio vel omissio contra legis ꝓhibitionē vel preceptum. Tū ꝑmo qr aliq̄ ignorantia est peccatū q̄ nec est ꝯmissio nec omissio ꝛc. Tū scdo qr pctm̄ veniale ꝛ negligētie nec ē ꝯmissio vl' omissio ꝯtra legis ꝓhibitionem/ Tum tertio. qr si oīe peccatum eēt ꝯmissio vl' omissio cōtra legis prohibitionem sequeretur ꝙquelibet trās̄gressio precepti esset pctm̄ vl' imputaretur ad culpam. qd̄ est falsū: cū aliq̄ F solū iputetur ad penā. ¶ Sz ad ista breuiter respōdeo. vnde ad

primã et scdam simul nego assũ ptũ. et ꝓbatio sua ꝯsistit in quibusdam diuisionibus peccati: et comparationibus peccatoꝝ quas ipse assignat sed illas nego. nec video q̃ habeant aliquã apparẽtiã nisi equiuocãdo de istis terminis ꝓmissio ꝛ omissio
S iõ ꝛc. ¶ Ad tertiã dico: q̃ õis trãsgressio p̃cepti ꝓprie dicta q̃ est ꝯtra preceptũ ad intentionẽ precipientis est peccatũ seu ad culpam imputabilis. nec oppositum ipse ꝓbat. ideo nihil plus
P dico. ¶ Secundo p̃cipaliter dictus reuerendus pater probat q̃ aliquid est ex se pctũ: et non precise quia lege ꝓhibitum Et arguit primo sic. quia possibile eẽt hominẽ peccare nullo precepto sibi dato (scz neglectis eternis/ꝛ spiritualibus bonis) se cõuertẽdo ad tẽporalia bõa. quia hoc est peccare ꝓm Augustinũ primo de libero arbitrio. Cum per hoc turbetur naturalis ordo. quem eterna lex seruari iubet/ꝛ turbari vetat. sed non minus potest hoc homo habito p̃cepto nullo sicut cum precepto. igit. ꝛc. Secũdo ad hoc ẽ auctoritas beati Augustini in eodez libro. vbi dicit. Non sane. iõ malum est adulterium. quia vetat lege. sed ideo vetatur lege quia malum est. Tertio ad hoc ẽ auctoritas philosophi. 2. Ethicoꝝ vbi ait. Nõ omnis autẽ suscipit operationeꝫ ois passio medietatem. Quedã eñ ꝯfestim nominata conuoluta sũt cuz malicia puta gaudiũ de malo. inuidia. adulterium. homicidium. hec iquit oñia. et que talia dicũtur ꝓm ipsa mala esse. igitur sequi-
I tur ꝯtra me ꝛc. ¶ Sz breuit̃ dico. q̃ ista non sunt ꝯtra me. sed laborant in equiuoco. Unde bñ concedo q̃ aliquod est peccatũ non precise. quia lege ꝓhibitum: intelligẽdo de lege scripta vl̃ humana: et hoc nihil aliõ ꝓbant auctoritates predicte. sed tamen cũ hoc stat q̃ nihil ẽ peccatum nisi qz lege ꝓhibitũ (id est) nisi qz est contra legem eternam/ꝛ voluntatem diuinam. Et per ꝯsequens nihil est ex se peccatũ. qz nihil est ex se tale quod nõ est intrinsece tale: sed solum per denominationẽ extrinsecã. Et oppositum huius non ꝓbãt rationes p̃dicte sicut clare cuilibet intuẽti potest apparere. q̃-
R re ꝛc. ¶ Tertio p̃cipaliter dictus reuerendus pater ostẽdit rationes meas nõ sufficere. Unde de quintã propositionem ꝓbaui. Primo ex prima ꝯclusione p̃mi principij in qua declarauit q̃ volũtas diuina est lex p̃ma obligatoria. et ꝑ ꝯsequens omne pctũ est ꝯmissio vl̃ omissio ꝯtra diuine voluntatis obligationẽ
Aug. ¶ Secundo probaui eam ꝑ Augustinum. 22. cõtra Faustũ vbi dicit q̃ peccatum est dictũ vl̃ factum vel ꝯcupitum ꝯtra legem eternã quare ꝛc. ¶ Sed ad hec respondet primo q̃ satis posset ostendi q̃ neutra illarũ propositionum sequitur ex ꝯclusione. ꝛc. Sed hoc ipse nõ ostendit. iõ ꝛc. ¶ Scõo dicit ad auctoritatẽ Augustini. q̃ illa descriptio quaꝫ ponit non est generalis ꝛ sufficiens descriptio peccati: sed exprimit solũ materiam circa quã cõtingit eẽ peccatũ actuale ꝛc. sed hec responsio non est ad ꝓpositum. quia non allegauit illã auctoritatez augustini tãꝯ dix

finitionem peccati. sed vt p illā concluderem q̄ omne peccatuz est contra legis eterne/ seu volū tatis diuine obligationem. qua re ꝛc. ¶ Tertio ad probationez A sexte propositionis quādo dixi q̄ nullus est peccator nisi qui a preuaricator ꝛc. Respōdet q̄ sumendo large preuaricationem quilibet potest dici p̄uaricator qui agit contra legem cōmunit loquendo de lege. ꝛ sic cōcedit maiorem et probationem. et sic intelligūt auctoritates psalmiste. Preuaricatores reputaui omues peccatores terre. Et illa auctoritas ap̄li ad Ro. 4. Ubi nō est lex nec preuaricatio. Sed sumendo proprie vel stricte preuaricationē. ille solū dicitur preuaricator qui agit contra legez cōtracte sumptam. Et sic negat maiorez. q̄ aliquis est peccator qui non est preuaricator contra legem stricte sumptam. ideo di- B cit q̄ ratio non procedit. ¶ Sed ista resp̄sio est insufficiens. q̄a ipse non declarat quid ipse intelligit per legez cōmuniter sūptam. ꝛ quid per legem contracte/ vel stricte sumptā. vnde si p legem cōmuniter sumptā ipe intelligat indifferenter tam legē p̄inam/ que est voluntas diuina q̄z legem secundam que est lex creata Et per legem stricte sumptam intelligat solum legē creatam: tunc cum lex prima que ē voluntas diuina ita proprie/ vl magis sit lex obligatoria sicut quecūq̄z lex creata. sequitur cōtra ipsum q̄ ita proprie/ vel magis aliquis est preuaricator legis. q̄ agit contra legē creataz sicut est preuaricator q̄ agit cōtra legem increatam. qd̄ est contra ipsum. quare ꝛc. Sic igit ex omnibus predictis patet q̄ ser propositiones supradicte stant in veritate. ꝛc.

¶ Incipit principiū in tertiū sententiarum. C

Venam doctrina hec noua. Ista questio mouebatur War. 1. c. quā alias i eiusdem libri principio/ ꝛ similit in primo sētentiarum exordio per me assumptam. p thematē iteꝝ nunc resumo Reuerēdi patres magistri acd̄ni carissim sicut sacra testatur hystoria. bon⁹ oim artifex rerum deus qui oia non nisi bona produxit in esse. hominem ipsum specialis prerogatiua bonitatis creauit inter ceteras valde bonum. eūq̄z ad imaginem suam factum virtutib⁹ singulis isigniuit. ¶ Szvt de alijs D taceamus quattuor specialiter ꝟtutib⁹ videre mihi videor amictum fuisse hominē ab ipso sue creationis exordio. Dederat ei sibi deus misericordiam ad cōseruationem. hunc siquidez misericordia custodiebat. Dederat veritatem ad eruditionem. hūc veritas docebat. Dederat iusticiam ad directionem. hunc iusticia regebat. Dederat ꝛ pacem ad delectationem. hunc denicq̄z pax fouebat. ¶ Sed heu miser E hō descendens de hierusalem in hiericho incidit in latrones. Lu. 10. a quibus suis virtutibus miserabiliter spoliatus accepta perdidit mūera deitatis. perdidit ei pietatē ꝛ miaz. pdidit veritatem ꝛ sapientiam. per

didit equitatē et iusticiā. pdidit etiam pacē et concordiam. Perdidit itaq; hō iste pietatē et misericordiam quando sic exarsit in concupiscentia sua vt nec sibi / nec filijs parceret nascturis. Sed in se impius et imisericors i posteros. simul oēs terribili maledicto ꝛ necessitati mortis adiecit. ¶Perdidit homo iste veritatē ꝛ sapientiā qñ dyaboli credēs mendacio imortalitatez fallaciter ꝓmittentis / insipiēs factus diuini verbi infallibilez veritatem adiecit. Perdidit hō iste equitatē ꝛ iusticiā quando serpentis persuasioni / ꝛ mulieris voci obediuit potius ꝙ diuine. tunc eñ vt Ouidij ☞ Terras astra reliquit. Perdidit deniq; homo iste pacē ꝛ concordiā quando incepit caro cōcupiscere aduersus spm̄: ꝛ contra ipsum oīs creatura q̄ prius sibi subiecta fuerat rebellare. tunc eñ eum intus pauor ꝛ foris timor inuasit. Sicigit̄ ꝓphetor virtutes a terra passe sunt exiliū. Sicut celū coacte sunt capere refugium. sicq; ipso homine derelicto ad deū qui eas dederat redierunt. ¶Sz pēsandū est carissimi ꝛ diligētius pscrutandū qualiter summa creatoris sapientia circa miserabilis creature sue reparationē mirabiliter disposuerit ꝓuidere. Factum est nāq; in celo cōsiliumvt de causa lapsi hois tractaretur in quo medius pater luminum iudicis fungens officio residebat. ante cuius ꝓspectumvirtutes ipe que dicte sunt principaliter assistentes super hac re pariter conferebant / et vtraq; ex parte quod eis videbatur vtili⁹ loquebantur. Siquidē veritas et iusticia hoiem miserum condēnabant. pax vero ꝛ mia eundem dulciter excusabant. Veritas igitur ac iusticia contra hominē parate ad faciendā vindictam his verbis iudicem affabantur. Nunq̄d oportet impleri sermonem quem locutus es domine. Necesse est ergo vt totus moriatur Adam cum omnibus qui in eo erant qua die vetitum pomū in preuaricatione gustauit. Nunquid si preuaricator predictam mortis sententiam euaserit nō iam ꝓmanebit ineternum veritas tua domine. Nūquid in teipsum iudicē partis huius merita retorquētur. Cauendū eñ omnino est ne fiat irritumverbū tuū: ne sermo tuꝰ viuus et efficax vlla occasione vincatur. ¶Pax vero ꝛ mia econtra pro parte hominis pia iudicis pulsantes viscera loquebā-tur. Nunquid obliuiscetur misereri deus / aut cōtinebit in ira sua misericordias suas. Nunquid dñe ineternū irascēris nobis aut extendes iram tuam a generatione in generationem. Jaz eñ tua misericordia perijt ꝛ nulla est oīno / si aliquādo nō miserearis. Nunquid ergo domine misericordie recordaber̄ vt culpa hominis qui de fragili limo productus est / quia forti dyabolo seductus est / i foro tue pietatis valeat excusari. Eget eñ tua miseratiōe creatura tua. qñ misera facta est ꝛ miserabilis valde: venit autē tempus miserendi eius imo iā preterijt tempus. Tu ergo dñe miserere. ¶Sic igit̄ grandis erat controuersia ꝛ intricata nimiū

discceptatio. nec videbatur quo modo possent erga hominē veritas et iustitia ac simul pax ⁊ misericordia conseruari. Sz audite dilectissimi sup hac discceptatione iudicis sniam. Sane licet diu multūq; visus sit dissimulare pater miserationū vt interim satisfaceret zelo veritatis et iustitie non tamē infructuosa fuit patri misericordie supplicatio importuna. sed exaudita fuit in tēpore oportuno. imo (vt declamantis senece verbo vtar) Perierat totus orbis nisi super iraz fuisset misericordia. vnde tandem pius et clemens iudex pacis ⁊ misericordie condescendēs super predicta contētione talez ptulit sentētiam. Penitet inqt me fecisse hoiem. Sen. 6. bonuz esset erat si natus non fuisset hō iste. michi aūt incūbit penitentiam agere p homine quē creaui. vadam ergo/et naturā assumens humanā p hominis redēptione mortē patiar ab homine His itaq; auditis factū est qđ p pheta dixerat. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi. iustitia ⁊ pax osculate sunt. ps. 84. Tunc em̄ indissolubili cōiuncte federe vnanimiter iudicis laudauerūt propositū: ⁊ sic prolata sententia facta est partiū cōcordia. ¶ Sz attendite carissimi qualiter p̄missa sentētia executioni fuerit demandata. venit em̄ plenitudo temporis. et iam pluribus temporum curriculis euolutis quibus os suū dilatauerat infernus vt nascentes reciperet/et mortis terminos ampliaret. Tandem puerorū vagitus. voces iuuenum: senū lacrimas. vtriusq; sexus stridores dentium miseratio diuina conspexit: vnde ppter miseriā iopū et gemitū pauperum nūc exurgam dicit dns. ps. 11. Uolens ergo pissimus dns hominē eripere ne ab inferni faucibus sorberetur: ⁊ ei de misericordia reddere/ quod sibi fuerat de iustitie ratione sublatū. dignat⁹ est ab arce celi a solio glorie. in hominū calūniā. in seruilez formā vsq; venire. sed ⁊ carnem peccati suscipere: vt pro hois redemptiōe fieret ⁊ e⁹ homo. ¶ Hec est igitur breuis noue r̄pi doctrine summa. hec est breuis totius legis euāgelice sentētia. hec est doctrina p quaz lux in tenebris oritur ⁊ salus nascitur in peccatis. hec est doctrina tam singulariter mirabilis. ⁊ tam mirabiliter singularis/ vt in eius admiratione raptus homo nō immerito in admiratiue q̄stionis cogatur prorūpere verba dicēs Que nam doctrina hec noua. q̄ fuit questio vestris ꝓposita reuerentijs a p̄incipio. ¶ Ad quā quidem q̄stionem sicut alias dicebatur magister sententiaruz in quadripartito huius libri volumine sub quadruplici conclusione respondet. ¶ Prima est. q̄ hec est doctrina per quam summa dei misteria secretius reuelantur: in primo. ¶ Secūda est. q̄ hec est doctrina p quam noua mundi vestigia subtilius declarātur: in secundo. ¶ Tertia est. q̄ hec est doctrina p quā mira verbi cōmertia sublimius reserantur: in tertio. ¶ Quarta ē. q̄ hec est doctrina p quam pia lapsi remedia suauius propinātur: in quarto. ¶ Per iſaz nāq; reuelantur secrētius velata mi

A

B

C

steria summe trinitatis: quo ad primum. per ipsam declarãtur subtilius creata vestigia noue entitatis: quo ad secundũ. per ipsam reserantur sublimius sacrata ꝯmertia mire charitatis: quo ad tertium. per ipsam propinantur suauius oblata remedia pie sanitatis: quo ad quartum. ¶ Nã in hoc quadripartito sententiarũ libro tractat magister quadrupler doctrine xpi noue ⁊ euangelice legis archanum euãgeliste iohanni diuinitus inspiratũ. Johan. i c. ¶ Primũ est q̃ in pricipio erat verbũ ⁊ verbum erat apud deũ ⁊ deꝰ erat verbũ. Quod est beate trinitatis sumunũ misteriuz: in primo libro. ¶ Sciendũ est q̃ omnia per ipsum facta sunt/ ⁊ sine ipso factũ est nichil: qđ est create entitatis nouũ vestigiũ: in secundo libro. ¶ Tertiũ est q̃ verbum caro factũ est/ qđ est diuine caritatis mirũ cõmertiuz: in tertio libro ¶ Quartũ est q̃ habitauit in nobis. Et vidimꝰ gloriam eius: qđ est hũane sanitatis pium remedium: in quarto. ¶ Sic igit̃ per hanc doctrinam altius erigitur humanus ꝓspectus: quo ad primũ. dulcius instruit̃ humanus aspectus: quo ad secundũ. Rectius dirigit̃ humanus ꝓfectus: quo ad tertiũ. Mitius corrigitur humanꝰ defectus: quo ad quartum. Nam magister in hoc sententiarũ libro correspõdẽter ad premissa. Ad erigendum prospectũ hois agit de cognitione dei per fecti luminis: in ꝓmo. Ad instruendum aspectuz hominis agit de creatione mundi effecti germinis: in secundo. Ad dirigenduz ꝓfectum hominis agit de cõmunione verbi effecti numinis in tertio. Ad corrigendum defectum hominis agit de curatione lapsi infecti seminis: i quarto. ¶ Hec sunt igitur quattuor conclusiones ad propositionez respõsales/ quas magister sententiarum pertractat. de quarum tertia nũc solum dicendũ ẽ (dimissis alijs suis locis) ¶ Tertia igitur conclusio est (huic tertio libro sentẽtiarum correspõdens) q̃ hec doctrina per quaz mira ꝙbi cõmertia sublimiꝰ reserantur. Per ipsam nãq; reserantur sublimius sacrata commertia mire charitatis: Nã in hoc tertio libro sententiarũ tractat magister illũ doctrine christi noue ⁊ euangelice legis archanum euãgeliste Johãnis diuinitus inspiratuz Johãnis. i: Uerbum caro factum est: quod est diuine charitatis mirũ commertium. Ubi queso videte charissimi circa cõmertiũ mire charitatis quartuor sublimius reserari. ¶ Primũ est personalis diuinitas. quia verbum. Secũdum est naturalis humanitas: quia caro. Tertium est tẽporalis natiuitas: quia factũ Quartũ est suppositalis vnitas: q̃ est Teste siquidẽ ꝓho omne quod est ideo est q̃ vnuz numero est. Hec est em̃ huiꝰ tertij libri sententiarũ ꝓncipalis materia/ et finia gñalis. Sic igitur per hãc doctrinã rectius dirigit̃ humanus ꝓfectus. Nã magr̃ in hoc tertio ad dirigendũ profectum hominis agit de cõmunioeverbi effecti numinis: ostendens q̃ tum humana finit fragilitas qualiter i christo deo/ ⁊ homine

F 3. cõclusio gñalis.

salua proprietate vtriusq; substātie. vnitur cum maiestate humilitas: cum virtute infirmitas cuz eternitate mortalitas: caro cum verbo: hō cum deo: infinitum cum summo: Sane vt (quia per ima nostra lōge distabam⁹ a summis) in seipso iungeret ima sūmis: atq; ex eo nobis via redeundi ad summa fieret: quo summis suis ima nostra copularet. Hec est itaq; tertie cōclusionis sentētia. Hec est hui⁹ tertij libri sentētiarū doctrina per quam homo prius a rectitudie deuius. recto calle ad profectū salutis dirigitur: p quam ipse q̄ prius ad inferna seducēte dyabolo trahebat (mediatore xp̄o) ducitur ad superna. Quod ipse nobis concedere dignetur: qui bñdictus est in secula seculoruz A Amen. ¶ Juxta thema collationis in primo pncipio meo talez formauu titulū questionis. vtrū doctrina xp̄i noua sit lex perfectissima. Et quia pfectio legis xp̄i ex quattuor potest specialiter declarari. Primo ex pfectione preceptorum/ que ab ipsa iubentur. Secundo ex perfectione credēdorum/ que in ipsa docentur. Tertio ex pfectione meritorum/ que sub ipsa habētur. Quarto ex perfectione premiorū/ que ex ipsa debentur. Ideo iurta hec quattuor pūcta titul⁹ ppositę questiōis diuisus fuit in quattuor titulos ptiales circa quattuor libros sentētiaruz ptractandos. Prim⁹ erat. vtruz lex xp̄i sit in p̄ceptis rectissima. Secūdus erat. vtrum lex xp̄i sit in credēdis certissima. Tertius erat. vtruz lex xp̄i sit in meritis gratissima. Quart⁹ erat. vtruz lex xp̄i sit in premijs iustissima. Uñ sub his quattuor titulis in quattuor libri sniarū pncipijs/ quattuor difficultates ppositi ptractare. Prima erat de legis xp̄i z diuine volūtatis recta cōformitate. Scda erat de legis xp̄i z sue ẏitatis certa ꝓbabilitate. Tertia erat de legis christi meritoria credulitate. Quarta erat de legis xp̄i p̄miatoria equalitate. Expeditis pmor secūdo articulis i alijs pncipijs/ restat nūc expedire tertiū alias B reseruatū. ¶ Queriť igiť. vtruz 3. q̄stio. lex xp̄i sit i meritis gratissima. Arguiť pīo q̄ nō. qz illa lex nō Ar. 1. est in meritis gratissima q̄ i perat aliq̄d qđ si nō fiat demeritoriū est. et si fiat nō est meritoriuz sed lex xp̄i est hmōi. igiť z c. maior ptz. qz lex gratissima debet esse leuis et promptior ad merita q̄ ad demerita. Sed minor ꝓbatur: quia lex xp̄i imperat credere articulos fidei. Uñ apl⁹ sine fide iquit ipossibile est placere deo: credere eñ oportet accedentem ad deum z c. Heb. 11. Sed non credere demeritoriuz est. quia qui nō crediderit cōdēnabiť. Mar. vltī. Credere vero nō est meritoriū: qđ declaro sic. qz nullus actus est meritorius qui nō est liber/ seu in libera hominis ptāte. sed actus credēdi non est liber cū sit actus intellectus z nō volūtatis: nec articulos fidei credere est i libera hominis ptāte. qz pari rōe esset ui libera hois ptāte opinari quecunq; vellet: cū difficili⁹ sit causare assensum firmum z sine formidine (qualis ē assensus fidei) q̄ assensuz dubiū/ z cū formidine (qualis ē assensus opiniōis)

et tamen ad experientiam ꝑz q̄ homo nō potest libere opinari q̄cunq; vult quare ꝛc. In oppm̄ arguitur. qz sicut dici solet lex moysi est lex rigoris: lex autem christi lex gratie ꝛ amoris iuxta illud. Jo. 1. Lex per moysen data est: gratia aūt p̄ ihesum christū facta est. quare ꝛc ¶ In ista q̄stione erūt duo articuli. Primus erit breuiter respondendo simpliciter partē affirmatiuam q̄stionis. pro qua ad presens sufficit ratio post oppositum. Sed pro solutione rationis ante oppositum aliqua sūt dicenda. ¶ Primo igitur sciēdū est q̄ difficultas que tangitur in hac ratione. vtrū credere articulos fidei sit meritorium cōsistit in tribus propositionib⁹. q̄z alteram oportet concedere: et tamen difficile est eligere. vel eā oportet dicere q̄ actus credendi non est meritorius. qz nō est i potestate volūtatis. et contra hoc sunt assertiōes pluriuz doctoꝝ: vel oportet dicere q̄ actus credendi sit meritorius. ꝛ in potestate volūtatis. et cōtra hoc est ratio supradicta: et vt videtur cois experientia. vel opz tertio dicere q̄ actus credendi sit meritorius. et tamen q̄ non sit in potestate voluntatis. ꝛ cōtra hoc sūt multe auctoritates tam sanctorum/ q̄z philoz dicentium q̄ nullus act⁹ est virtuosus/ vel vicios⁹/ meritori⁹/ vel demeritorius nisi sit a libero arbitrio libere elicitus/ vl̄ imperatus: primā ergo p̄tē tz Holkot/ dicit q̄ velle assentire vel acceptare assensū/ ꝛ gaudere de assensu est meritoriū proprie. qa omne quod est meritoriū eēntialiter est actus voluntatis. Igit proprie ꝛ stricte loquēdo de merito dicit q̄ assentire articulis fidei non est meritorium: nec dissentire demeritoriū/ quia actus credendi non est impatus a voluntate nisi sicut actus considerandi vnā conclusionē geometricam /vel philicā. Ideo nō est plus meritorius q̄z talis actus Et eiusdem sententie videtur fuisse. H. parisiensis in quodā passu tractatus sui de fide ꝛ legibus q̄z tum ad illud qō vltio dictuz est de actu cōsiderādi ꝛc. Sed predictam opinionem reputauit mgr̄ hugolinus q̄z tuz ad aliq̄ esse hereticam ꝛ sibīpsi repugnādo claudere repugnā tiam. ¶ Michi autē videt hmōi disputationis difficultatē solū stare in quid nominis. et magis eē vocalem q̄z realem. Pro quo secundo sciendū est. q̄ aliquem actū eē liberū siue eē in libera potestate voluntatis pōt tripl'r intelligi/ secundum q̄ actus a voluntate procedentes sunt in triplici differentia. Quidam ei sunt qui fiūt immediate ab ipa voluntate/ et a quib⁹ anima rationalis denominatur voluntas. sicut sunt actus volendi. et isti sunt primo principaliter et proprijssime liberi. Alij sūt act⁹ intelligendi: qui fiūt ab intellectu mediante actu volendi ꝛ nolendi: ꝛ a quibus anima rationalis denominatur intellectus seu intelligens: sicut sunt act⁹ credendi articulos fidei. qz vt ait Augu. Cetera potest hō nolens/ credere aūt nō nisi volens

C Decisio q̄stionis.

1. articulus.

D

E

Et iō actus credendi ꝛz sit actꝰ intellectus/seu intelligendi:tñ fit particulariter a volūtate/seu mediante actu volendi. Et ꝓpt hoc licet intellectus intelligendo agat vt potentia naturalis/ ꝛ non libere. tñ aliqui actus eiꝰ possunt aliquo modo dici liberi. quia aliqualiter fiunt mediāte actu libero voluntatis ꝙcurrente ad hoc apparentia rōnis (licet nō cogentis) Aliq sūt actꝰ potentiaꝝ sensituaꝝ imperati a voluntate libera: sicut currere. ambulare. ire ad eccleſiā. dare elemosynā. ꝛ sic de ſiſtibus. ꝛ iſti actus licet sint naturales: tñ possunt dici esse in potestate voluntatis ꝓ quāto fiunt ex eiꝰ imperio: ꝛ per hoc pōt ꝙcordari predicta cōtrarietas. Pro quo tertio sciēdū est. q ꝛz nullꝰ actꝰ intelligendi qui non fit a voluntate/seu mediante actu volendi sit virtuosus/vel meritoriꝰ: aut etiā vicioſus nec demeritorius (quia talis est pure et mere naturalis) tñ actus intelligendi q̄ fit mediāte actu volendi pōt eē meritorius. qꝛ talis licet non sit proprijſſime liber/seu in libera potestate voluntatis: tñ est aliq̄ modo liber: et in potestate volūtatis (pro quanto dependet ab ea) et hoc ſufficit ad hoc q in eo cadat ratio meriti vel demeriti ſicut etiam dici potest de actu exteriori. Et ita dicendū est. q actus credendi articulos fidei est meritoriꝰ ꝛ ē in ptāte volūtatis uutta ſcḃaz viā ſupra tactā.

A nec oppñ ꝓbat rō vt pz ex p̄dictis ꝛc. ¶ Ex p̄miſſis pz illō q̄ alias in tertio p̄ncipio intuli cōtra magiſtrū S. q̄ posuit in q̄dā correlario q̄ aſſentire alicui ꝟo ꝓpter deteriationē voluntatis no potest cōpetere intellectuiꝰ creatis. Qꝺ ꝓbat. qꝛ intellectui creato voluntas non potest eē ratio aſſentiēdi alicui ꝟo. ꝛ per conſequēs nec eius deteriatio: cuius hoc cōcedat de intellectu diuino. hoc aūt apparet de fctō esse falſum qꝛ ſepe hmōi determinatio est fidelibus cauſa credulitatis. et ſi non cauſa efficiens totalis: tñ partialis. vt ptz per predicta. et amplius declarauit circa prologū primi. Et hec de primo articulo. ¶ Quantum ad ſecundū articulū ad habendum collationem ꝛc. reſumam illas tres dubitationes q̄s tractaui in tertio principio ſcz ſupra quartū librū. ¶ Prima erat vtrum voluntas diuina ſit diui no intellectui ratio cognoſcendi/ſiue aſſentiendi reſpectu alicuius veri. ¶ Secūda erat vtrꝝ voluntas diuina ſit vel eſſe poſſit creato intellectui cauſa ifallibilis iudicij reſpectu cōtingētis futuri. ¶ Tertia erat vtruz voluntas diuina ſit creature rationali prima lex ſiue prima regula obligandi reſpectu cuiuſlibet ab ea debiti fieri. ¶ Ad primam dubitationē reſpōdet magiſter. S. tenēdo partē affirmatiuam: naz in quodā correlario poſuit q̄ diuinus intellectuſ aſſētit q̄ antixps erit preciſe ꝓpter deteriationē volūtatis. Qꝺ probat. qꝛ p deteriationē diuine volūtatis aliquid ponit in eſſe futuri. igitur per illā habet cognoſci eſſe futurū ab intellectu diuino: ꝛ ſic concedit q̄ ratio cognoſcēdi intellectui diuino eē diuie volūtatis deteriatio. ¶ Sz ꝙtra hoc arguēdo in primo p̄ncipio

ſcḃs ar- ticulus.

ſ. q̄ſtio

2. q̄ſtio.

3. queſtio

Solutio ſcḃe q̄ſtio nis.

C 1. articulus.

meo posui tres ppões. sz vt brevius faciã illas nõ recito. etiaz qz respondendo ad eas dixi q ego laboraui secum in equivoco. Ad cuius declarationem in quodã notabili inter cetera posuit q iste dictiões. quia/ ppter per et huiusmodi in coibus locutionibus qñqz notaui nõ quidem causalitatẽ propriã: sed illationẽ illius ex alio cũ cõnotatione cuiusdam prestantie: vel prioritatis scõm nostrum modũ concipiendi/ vel alias inferẽtis respectu illati. et ad aliquẽ talẽ intellectum ipe loquit de causalitate in dictis suis ꝛc. Sed in tertio principio probaui q iste modus respondendi nõ sufficit ad verificationẽ dicti sui. Primo sic. qz ipe pbauit correlariũ suũ p hoc/ qz p deteriatõnẽ diuine voluntatis aliqd ponit in eẽ futuri igitur per illam habet cognosci esse futurũ a diuino intellectu. sed in antecedente ly per nõ solum dicit prioritatẽ vm modum nostrũ cõcipiendi vel cognoscẽdi sed aliam causalitatẽ. igit in consequente eodem modo debz capi ꝛc. Ad hanc respondet negando istã vltimã ꝓnam. sed ꝛe nõ video huius negatiõis causaz. ꝛc. D ¶ Scõo arguebã sic. qz i materia de qua loquimur sicut cũ dicitur deus intelligit p yde as. vel quando iste magister dt q diuinus intellectus assentit q a. erit ppter deteriationẽ voluntatis ly per/ vel ly ppter nõ potest capi nisi altero istoz modorũ. s. vel put notat circũstantiam cause motiue seu effectiue sicut cũ dicim⁹ q aia intelligit p habitũ vel put dicit circũstãtiam potentie intellectiue. sicut cum dicimus q homo ꝛtelligit per intellectũ. vel put dicit circũstãtiã formalis noticie. sicut cũ dicimus q homo intelligit p suã cognitionẽ. vl put notat circumstantiam sui obiecti mediantis. sicut cũ dicimus q hõ intelligit deum in via per quẽdam conceptũ sibi ppriũ. vel put notat circumstantiã obiecti immediate teriantis. sicut cũ dicim⁹ q hõ videbit deũm pria per suã ẽntiã ppriã Sz nullo predictoz modoz põt itelligi illũ dictum. vt potest faciliter ostendi inductiue. igitur illud nõ est verum nisi valde ipproprie. ¶ Tertio sic. quia nõ sufficit dicere q ly per. vel ly ppter notet sibi illam prioritatem cõsequentie siue nostri modi intelligẽdi. Tũ quia istud videretur improprie dici. Tum quia talis modus concipiendi esset fictus. nisi sibi correspõderet aliqua prioritas ex parte rei: quod non potest dici cum inter intellectũ et voluntatem dei nulla possit prioritas/ seu q̃uis distinctio ex parte rei assignari. igitur nõ est veruz q sua volitio sit ratio assentiendi intellectui diuino plus q̃z econuerso. E ¶ Quarto sic. aliquid eẽ rationem quare aliqd ꝓuenit alteri non potest nisi dupliciter intelligi. s. vel quia primo conuenit illi/ et ideo conuenit alteri. sicut aia est ratio q hõ est susceptibilis discipline: qz hoc primo conuenit anime. ꝛ ideo conueit hoi: vel quia nõ cõuenit sibi primo. ipm tñ primo necessario ergitur ad hoc q ꝓueniat illi. Et hoc põt eẽ dupl'r: vel qz ipz ẽ cã illius qõ ꝓuenit alteri. sicut aia est ratio quare hõ mouetur: nõ F

qz ꝓmo moueatur: sed qz est cā sui motus. Uel qz est aliquid iportatū per illud qđ ꝙuenit illi siue de illo ꝓdicatur. sicut tā materia ꝯꝫ forma est rō ꝙre cōpositum est corruptibile: qz p hoc ꝓdicatū corruptibile tā materia ꝯꝫ forma iportatur: vt pz ex eiꝰ quid nominis Sed duobꝰ primis modis nō pōt intelligi deteriationē volūtatis dei eē sibi rōnē essendi: vt clare pz. Nec ēt tertio mō qđ patet sic. qz illo mō nunc̄ꝫ a. est ratio quare b. cōueniat ipsi c. nisi iter a. et b. et c. sit aliqua distinctio/ quod non ē in ꝓposito nisi ponatur distinctio formalis quam non concedit.

¶ Contra tertiã ꝯclusionẽ argr̃ etiã quattuor rationib⁹. duab⁹ ꝯtra primã partẽ: ꝛ duab⁹ ꝯtra secundã. ¶ Primo sic. Non est possibile per quãcunq̃ potentiam q̃ aia sentiat obiectũ exteriori sensatione ꝛ q̃ obiectuz nõ sit. igitur illa pars prima est falsa que videt oppositũ suppo nere et in hoc fundari. ꝛc. Sed antecedẽs ꝓbatur: qz ista ꝯña est bona. aia sentit obiectũ. igit obiectũ est. sequit eñ bene tango calidũ. igitur calidũ est. gusto dulce: igitur dulce est. video petrũ. ideo petr⁹ est: qz si video petrũ video aliq̃d/ ꝛ nõ nisi petrũ. igit petr⁹ est aliq̃d ꝛ sic de aliis. Secõo cõfirmatur. qz aia nõ potest agere sensationẽ de aliquo obiecto ipso obiecto nõ existente: sed anima nõ potest sentire obiectũ nisi agat suã sensationẽ. igitur. ꝛc. Maior est clara ꝛ minor ptz q̃ sequit anima sentit: igitur anima agit. Sed sicut ois cognitio est actio ita ꝛ omne cognoscens est agens. solus ergo deus nõ potest in animã/ causare sensationẽ. Quare ꝛc.

argr̃. 2.

¶ Secũdo ad idẽ arguitur sic/ si fundamentũ cõclusionis esset verũ scz q̃ illud nõ est evidens quod potest sic apparere ꝛ nõ sic esse. ꝛc. sequitur ꝯsimili ratione q̃ nulla notica creata vel creabilis esset infallibilis: ꝛ per consequens nulla evidẽs quod est contra dicta. Sed consequentia patet: qz de qualibet tali sic est q̃ potest nõ esse sicut ipsa representat. aut q̃ intellect⁹ potest aliter vti ipsa q̃ ipsa sit vtenda. quare. ꝛc. Secundo confirmatur: qz si illud fundamentũ esset verum: sequeretur q̃ nullus beatus haberet evidentiã de perpetuitate sue beatitudinis ꝛ per ꝯsequens non esset assecuratus: ꝛ sic nõ esset beat⁹: qz securitas est maxima pars beatitudinis. ꝯsequentia ptz: qz supposito q̃ beatus firmiter assentiat q̃ ita perpetuo remanebit. ꝛ q̃ ille assensus nõ potest nõ fuisse assensus. tamẽ oppositum potest nõ fore. ꝛ per ꝯñs nõ fuit evidens. ꝛc. q̃re. ꝛc.

3. arguit.

¶ Tertio cõtra secundã partẽ conclusionis arguitur. nullum est experimentuz vel iudicium quin per nature potentiã cum dei influẽtia generali possit eẽ q̃ illud experimentũ vel iudicium sit ꝛ q̃ non sit sicut denotat̃ per illud. igitur ꝯclusio est falsa ꝛ fundamentũ nullũ. ꝛc. ꝯña ptz sed añs ꝓbatur: qz tale iudiciũ potest causari: dato q̃ nõ sit ita vel in dormiendo: vl̃ etiã in vigilãdo. ꝓpter indispositionem medũ vl̃ organi: vel per ludificationes: sicut ptz per experientiã. Secundo confirmatur: qz si ratio fundamentalis conclusiõis valeat: sequitur q̃ modo sit possibile aristotelẽ habuisse evidentiã q̃ perpetuo erũt generationes ꝛ corruptiones. ꝯñs ptz manifeste falsum: quia illud fuit falsum ꝛ nõ est possibile ipsum sciuisse falsum. sed consequentia ꝓbatur quia ipẽ sic assensit firmiter per rationes intellectũ suũ cogentes ꝛ modo ẽ possibile q̃ sic sit nec fuit possibile naturaliter q̃ sic assenserit ꝛ q̃ nõ sic erit. igitur possibile est q̃ habuit de illo evidẽtiã

4. arguit ꝛc. ¶Quarto ad idez arguitur sensato potest naturaliter generari ꝛ conseruari absq; obiecti presentia vel existentia. imo obiecto absente vel destructo. Igitur illa pars ꝯclusionis est falsa. Antecedēs ꝓbatur de generatione vt patz in somnijs/ꝛ timētib⁹/ꝛ ludificatis quibus apparēt castra ꝛ multa que nō sunt. ꝛ ista apparentia est sensitiua. de cōseruatione ptz qz ex forti obiecto relinquit in nobis visio causata ipso oculo clauso sicut docet experientia ꝛ Aug. 11. de trin. cap. 1. Secūdo confirmatur. qz experientia videt ad oppositum conclusionis. Primo de existēte in natu cui arbores videntur moueri. Secundo de circulo apparēte in aere ex baculo ignito. ꝛc. Tertio de baculo ꝓmedietate in aqua qui apparet fractus. Quarto de collo colūbe verso in quo apparēt diuersi colores. Quinto de imagine que videt in speculo. in quo nō est. Sexto de illusionib⁹ ꝛ ludificationibus. Ex quib⁹ oibus ptz q naturaliter multa nobis apparēt esse que nō sunt/ꝛ q̄lia nō sunt. ꝛ sic nō quicquid experimur est euidēs esse. ꝛc. ¶Ad istas rationes per ordinē respōdetur. Unde ad primā ponunt ꝓpositiones. ¶Prima est q ad impugnandū primā partē conclusionis. ꝛc. nō sufficit ponere probabiliter q impossibile est sentire obiecto nō existente. seu aliquā consimilē ꝓpositionez probabilē. imo oportet hoc euidenter probare. quia dato q sit solum probabile/ quis poterit opinari oppositū. ꝛ p ꝯs ipsuz nō erit ab eo negandum. Unde

B Ad primaz rationem

Regula generalis.

potest dari vna regula generalis q̄ valet ad multa in illa materia q si ex aliquo ātecedente euidēter/ꝛ formaliter sequitur aliqđ ꝯs ꝛ ātecedēs sit ꝓpositio ꝓbabilis vl aliqua ei⁹ pars imptinens est ꝯs esse euidēs: ita q non oportet ꝯs esse euidens/ nec hoc repugnat. Secūda ꝓpositio est q siue ad sensationem esse sensationē. siue ad potentiā sensitiuā sentire requiratur ipsaz potentiā agere siue nō. est imptinens prime partis conclusionis nec impugnatur per hoc. ꝛc. ¶Tertia est q supposito q ad potentiam sensitiuam sentire. requiratur potentiam ipsam agere adhuc potest ipsa producere vel saltem conseruare sensationem obiecto destructo vel absente simpliciter scilicz quia deus potest supplere vicem obiecti. Quarta est q possibile est per diuinā potētiā q̄ potētia talis sentiat exteriori sensatione obiecto nō existente. nec valet ꝯsequentia. anima sensitiua sentit. igit obiectū est. pluscz hec/ anima intelligit antichristū. Igitur antichrist⁹ est. Ideo nō valēt iste. video Petrū ergo Petrus est. tango calidū. ergo calidū est. ꝛc. Sed bene sequitur. Uideo petrum. ergo video aliquid cuius ilta negent multi. dico tamē q nō sequitur ergo petr⁹ est aliquid. sicut bene sequitur deus intelligit antichristū. ergo itelligit aliquid. sed nō sequitur vltra. ergo antichrist⁹ est aliquid. ꝛ per ista ptz ad totā rationē. ꝛc. ¶Ad secundam rationē negatur consequētia. Sed gratia materie ad videndū differentiā inter notici-

C

D Ad secundaz rationē.

am dei ⁊ creature. quo ad infallibilitatẽ ponũtur ꝓpositiones
Prima est ꝙ sola diuina noticia est vniuersaliter infallibilis. Ista supponit. Scda ꝙ alĩq̃ humana noticia de necessario ⁊ impossibili aliter se habere (sicut de primo principio ⁊ sibus) est ifallibilis. ptz. qr nõ stat ipsam esse ⁊ aliter esse ꝗ̃ significat. nec est possibile talem noticiã aliter significare. hoc nõ est possibile ꝓ potentiã nostri intellectus (cum illa nõ significet ad placitũ) nec per potentiã diuinã. qr quanta necessitate ipa est significatiua vel significat. significat suum significatum. Et ideo licet deus posset ipsam facere nõ esse/ aut nõ significare tamen nõ potest facere eã significare oppositum sui significati quod modo significat. sicut nõ posset facere ꝙ caliditas frigefaceret seu ꝓduceret frigiditatẽ. Tertia est ꝙ aliqua humana noticia de aliquo cõtingenti vero est infallibilis. puta noticia qua scio me esse/ viuere. patz qr talis nõ potest esse noticia ⁊ ꝙ aliter sit ꝗ̃ significat. Unde si illa per potentiam diuinã transferat in aliud subiectũ rei cognitiuũ. videtur probabile ꝙ nõ esset noticia de me viuere vel esse/ nec de quocũq̃ alio. quicquid tamen sit de hoc illa nõ potest esse michi fallibilis. Quarta est ꝙ nulla humana noticia de cõtingenter vero extrinseco a. cognoscẽte est ve esse potest infallibilis. ⁊ hoc ꝓbat ratio. Ex his sequũtur aliA qua. ¶ Primo sequit ꝙ de eodẽ esse possunt due noticie idem significãtes quaꝝ vna est infallibilis ⁊ alia nõ. patet de creata ⁊ increata noticijs de ãtichristo fore. ⁊c. Secũdo sequit ꝙ omis euidẽtia absoluta (de qua i prima ⁊ secũda cõclusionibus) est noticia ifallibilis. sed nulla euidentia conditionata (de qua in hac tertia cõclusione) est infallibilis. ptz clare. ⁊c. Ad ꝓfirmationẽ ꝓceditur primũ ꝓns. ꝓ quo B ponũtur ꝓpositiones. ¶ Prima est ꝙ nullus beatus scit euidẽter ꝙ sua beatitudo perpetuabitur. licet hoc credat firmiter ⁊ certitudinaliter. qr quelibet scit vel scire potest ꝙ nõ iplicat contradictionẽ ꝙ ipse suã beatitudinẽ credat perpetuari. ⁊ tamen ꝙ nõ perpetuet. ⁊ hoc bene ꝓbat ratio secunda. ⁊ hoc est clarũ de noticia in ꝓprio genere. ꝗ̃uis dubitet de noticia in verbo. ⁊c. Secũda est ꝙ nõ stat ꝙ aliquis sit beatus ⁊ dubitet an sua beatitudo perpetuabit. hoc probat ratio. ⁊c. Tertia est de quolibet futuro contingenti possibile est ꝙ deus sibi assentiat ⁊ ꝙ nõ erit. qr sic de⁹ erraret/ qđ est impossibile. C ¶ Ex ꝓdict⁹ primo sequit ꝙ de eodẽ possũt esse due noticie idẽ significãtes quarũ vna est simpliciter euidens ⁊ alia simpliciter ineuidens. Secundo sequitur. licet omis euidentia sit certitudo. tamen non econuerso. vnde que sit differentia inter has noticias patet satis ex his que apparent ad rationem. ⁊c. ¶ Ad tertiam rationem ponun D tur alique ꝓpositiones. Prima Ad tciaz
est aliqui duo assensus possunt rationem
esse omnino eiusdem rationis

quorumvnus erit euideus ꝛ alter nō.ptz si videat aliquis hostiam consecratam et assentiat ꝙ videat panē.ꝛ alter nō consecratā.ꝛ consimiliter assētiat ꝛc. ¶Secūda est ꝙ aliquis assensꝰ est in me nunc euidens ꝛ ille potest fieri ineuidens me nesciente. ꝛ similiter ecōtra patet faciliter. ꝛ hec/ ꝛ nihil plus probat ratio. Unde negatur ꝯsequētia quia est euidens quādo ita est/ ꝛ nō alias: vt patet ex descriptione euidentie. ¶Tertia est ꝙ nulle rationes ꝓbabiles cogūt ad assētiendum sine formidine ꝓpositioni quā probant. ḋa nō cogunt nisi ad assensum opinatiuum ꝛc. ¶Quarta est ꝙ sola experientia/ vel demōstratio cogit intellectum ad assentiendū ꝓpositioni. que sine his maneret dubia. Et ex his pz ꝛc. ¶Ad E cōfirmationē negatur cōsequētia. quia philosophus solū habuit opinionem nec habuit rationem cogētem. Sed forte ista respōsio nō sufficit ꝛc. Ideo posset dici sine assertiōe. ꝙ sicut falsum potest nunqȝ fuisse falsum. īmoverum. sic ꝙ nunqȝ fuit euidens potest fuisse euidēs. ꝛ sic diceretur ꝯcedendo consequēs F probabiliter ꝛc. ¶Ad quartam rationem premittūtur propoAd q̄rtaz rationem sitiones. ¶Prima est ꝙ ex causis naturalibus cum dei influētia generali fieri potest ꝙ nihil sētiatur a sorte. ꝛ tamen ꝙ sortes iudicet ꝙ ipse sentit aliquid. et similiter fieri potest ꝙ aliquid sentiatur a sorte ꝛ sortes nō iudicet se sentire. ¶Primum ptz in dormientibus. ¶Secundum patet sepe in nō aduertentibꝰ/ vt clarum est. ¶Secunda est ꝙ ex causis ꝛc. fieri potest ꝙ homo sentiatur a sorte et sortes iudicet se non sentire hominem. Et similiter ꝙ homo non sentiatur a sorte et sortes iudicet se sentire hominē. ¶Primum patet de illo qui videtur a remotis. et similiter secūdum vt clarum est. ¶Tertia est ꝙ causis naturalibus ꝛc. non potest fieri ꝙ sortes sentiat aliquod obiectum quod est per se obiectum illius sēsus quo sentitur approximatum in debita distantia. organo bñ dispōsito/ ꝛ etiā medio ꝛ sortes iudicet se nō sētire illud obiectū. patet. quia aliter sensus decipere tur circa propriuz obiectum. ¶Quarta est ꝙ ex causis ꝛc. nō potest fieri ꝙ aliq̄d sentiatur a sorte sensu exteriori sensatione sufficiēte ad iudiciū. ꝛ sortes iudicet se non sentire aliquid. ḋa tale iudicium non posset habere causam aliquam naturalem vt patz ꝛc. ¶Ex his ad rationē E negatur antecedens. ꝛ quantū ad id qđ dicitur de dormiēt(ibꝰ ꝛc. dico ꝙ ipsi non ꝯcipiunt per sensus exteriores sed per interiores. per quos potest naturaliter sentiri absēs vt̄ non existēs: videtur tamen homini ꝙ sētiat ꝛ hoc est propter species rerum derelictas ꝛc. Sed de vigilantibus timentibꝰ/ vel infirmis. dico ꝙ tales non sentiūt nisi ea q̄ sunt/ ꝛ presentia sunt. licz aliter iudicentur. In timentibus aūt iudicium erroneuz causat ymaginationez fortē cuz sensatione presentis virtute cuius iudicat homo ꝙ illud quod sentit sit illud quod timet. In infirmis autem huiusmodi iudiciū erroneum causat: vel etiam ymagina

tio fortis vel in dispositio organi. De ludificatis autem diuersse sunt cause errorum ꝑm diuersas causas quibus ludificationes fieri possunt. de quibus inscientijs naturalibus alias mathematicalib⁹/ꝛ magicis. Quãtum vero ad illud quod dicitur de conseruatiõe visionis ꝛc̃. dico ꝙ nõ. sed propter fortem alterationẽ organi causatur iudicium erroneum quo iudicaꝝ idez videri qđ prius ꝛc̃. ¶ Ad confirmationem negatur antecedẽs. vnde pro materia ponũtur alique propositiones. ¶ Prima est ꝙ res sensate taliter possũt applicari sensui exteriori. vꝫ sens⁹ taliter disponi ꝙ sensus virtute talis sensatiõis nisi aliunde dirigatur habebit multa iudicia erronea vtpote iudicabit se videre que non videbit ꝛ ecõtra. ꝛ hoc soluz probant ista exempla adducta. ¶ Secũda est ꝙ in omnibus õdictis exemplis sensus non videt nisi ea que sunt ꝛ que presentia sunt. verbigratia. existens in naui nõ videt arbores moueri/ nec motuz arboris. nec generaliter aliquẽ motuz. quia nullus motus est in arbore/ nec in aliquo viso ab eo in casu. ꝛ cõ similiter potest dici in alijs ꝛc̃. ¶ Tertia est ꝙ in predictis exẽplis apparet sensui/ vꝫ apparere potest (nisi aliunde dirigaꝝ) ꝙ sentiat ea que non sunt. nec ꝑsentia sunt. verbi gratia ꝙ videat motum arborum. igneum circulum ꝛc̃. baculum fractum ꝛc̃. Cause autem talium apparentiarum habent videri in philosophia/ ꝛ in perspectiua. ꝛ quãtum ad ludificationes aliquas in astrologia ꝛ in arte magica. ideo trãseo. ¶ Quarta propositio sequens ex ꝑdictis ꝙ naturaliter fieri põt ꝙ aliqs credat se habere experientiam de aliq̃ de quo solum habet apparentiam erroneam. tamen nõ stat ꝙ apparentia erronea sit experiẽtia. quia ipsa solum est de vero. Et sic ptz de ꝟtia ꝯclusiõe ꝛ primo articulo. ¶ Articulus secundus. ¶ Quantum ad secũdum Artic⁹ se articuluz in quo videndum est. cũd⁹ vtrũ vtrum possibile sit viatorem habere de theologicis noticiã magis fidei. ¶ Primo ꝑmittã ter fide maiorem fide. ¶ Primo ꝑmittã ter fide maiominorum declarationes. Secũdo ponam resolutiones. ¶ Tertio obiectiõnes. ¶ Circa primũ pũctũ tres termini sunt declarandi. ¶ Primo q̃ sunt ꝟitates theologice. ¶ Secũdo quid sit fides ꝛ qualiter viator põt eã acquirere. ¶ Tertio q̃ noticia sit maior fide. ¶ Primo ergo declarandũ est que sint ꝟitates theologice. Unde dico ꝙ de ipsis possum⁹ ꝟitas theloqui duplicit. Uno mõ stricte. Alio modo large. stricte loquendo ꝟitates theologice sũt ꝟitates necessarie viatori ad eternã beatitudinẽ ꝯsequendam. vꝫ veritates quas credere viatori est necessarium ad salutem. sed magis large loquendo veritates theologice sunt ille veritates q̃ sunt de deo formate/ vel formabiles. vel etiam de creaturis vt habeãt attributionez vel per se ordinem ad deum: puta ꝑm creationem/ gubernationem/ reparationem/ iustificationez/ remunerationem: ꝛ similia. que considerantur in theologia vt passiones subiecti. vnde ad istũ facit dictum Aug. 10. de trini. ca. 1. nõ

theologice.

ytiqꝫ quicqd scīri ab homine po
test in rebus humanis vbi plu-
rimū supuacue vanitatis/ ⁊ no
xie curiositatis est huic scientie
trib no sed illud tātūmodo quo
fides saluberrima q̄ advitā bea
tam ducit. ꝯgnitur nutrit. de-
fēditur. ⁊ roboratur. Et loquit
de theologia. Ex ista auctoritа-
te sequuntur alique propositio
Dnes. ¶ Prima est q̄ secunda de-
scriptio posita est magis ꝓpria
q̄ꝫ sit prima. ⁊ hoc est ꝓ ra Ockā
q.1. qui ponit illam. ptz q̄ a mul-
te sunt veritates que valent ad
defendendū fidem ⁊c. que non
sunt viatori necessarie ad salu-
tem ⁊c. ¶ Secūda est. q̄ sole ve
ritates que sunt de rebus diui
nis aut humanis quibus verі-
tatibus ipsa fides saluberrima
est ⁊c. possunt proprie dici veri
tates theologice. ¶ Tertia est
que sequitur. q̄ non oēs verita
tes theologice sunt fide creden
de: sed sūt alique solū ꝓbabiles
⁊ opinatiue. patz de istis. deus
potest facere infinitū. deus po-
test creare suprēmā spēm. ⁊ de
multis similibus ⁊c. ¶ Quarta
propositio est q̄ de omnibus re
bus mundi p̄nt eē ꝟitates theo
logice. patz q⁊ de oībus p̄nt for
mari veritates quibus fides sa
luberrima ⁊c. Naz de qualibet
re alia a deo verificatur q̄ ē cre
ata ⁊ de deo q̄ ipse illam creat.
⁊ per hoc fides saluberrima ⁊c.
Itē circa q̄scūqꝫ res creatas vl
etiā increatas pōt homo virtuo
se vel etiā viciose agere. igitur
⁊c. Antecedens ptz quia quaecū
qꝫ re creata/ vel increata potest
licite vel illicite frui/ velvti. ⁊ cō
sequētia tenet per Augu 11. de
trini. ca. 14. Quicquid pruden-
ter/ fortiter/ tempate/ ⁊ iuste agi
mus. ad eā ptinet sciam qua in
euitandis malis bonisq̄ appe-
tendis actio nostra ꝟsatur. Un-
de ex istis ꝓbationibus ptz vnū
correlariū qđ valet ad defendē-
dum predictam ꝓpositionē. Et
est q̄ ista ꝙña nihil valet cuiusli
bet scientie ꝟitates sūt de deo/
vel de rebus creatis tāqꝫ de ob
iecto/ vel obiectis. igitur ptinēt
ad theologiam/ seu sunt verita
tes theologice. sz ē fallacia ꝙse-
quentis. Nam licet tam verita-
tes scientiarū pticularium q̄ꝫ ve
ritates theologice sint de eisdē
rebus. tamen veritates theolo-
gice sunt fm aliaz attributionē
ad deū que attributio vel ordo
sufficiēs ē ad vnitatez talis scіē
tie modo quo loq̄tur ph̄s. 4. me
thaphi. ⁊ alijs pluribus locis.
¶ Secundo ptz ex predictis q̄d
debz dici de subiecto theologie
⁊ de vnitate eiꝰ. ⁊ quomodo sit
practica. ⁊ quomodo speculati-
ua fz diuersa. sz de his nihil di-
co quia logicalia sunt vel alibi
videnda. ¶ Secundo declaran- Ē
dum est quid sit fides. vnde di- q̄d fides.
co q̄ mltipliciter potest sumi. vt
alias videbit. sed vt ad presens
sumitur fides potest describi. q̄
est assensus verus firmꝰ sine for
midine non euidens. Uel breui
us. fides est assensus certus/ nō
euidens. Naz certitudo impor-
tat primas duas conditiones.
Certitudo enim est assensus ve
rus/ firmus/ sine formidine. In
hac autem fidei descriptōe due
prime clausule ponuntur eadē
causa qua in descriptiōe euidēn-
tie. sed tertia scilicz non euidēs
ponitur ad differentiā euiden-
tie. Et huic descriptioni conco-

dat illud commune dictum. August. Quid est fides nisi credere quod non vides. Capit eñ credere pro certitudinaliter assentire. ⁊ capit non videre pro non
A euidenter cognoscere. ¶ Sed videndum est hic qualiter viator possit hanc fidē acquirere. ⁊ de hoc pono aliquas propositiões ¶ Prima est ꝙ impossibile est viatorem per rationem demõstratiuam/ vł euidentem acquirere fidem. patet. Sm philosophū demonstratio est sillogismus faciens scire. ergo talis ratio generat scientiam seu euidentiam ⁊ non fidē. ¶ Secunda est ꝙ ipossibile est viatorem per rationez dyaleticam precise / vel probabilem/ acquirere fidem patz. ꝗa talis quantum est de se solū generat opinionem cum formidie ⁊ non certam fidem. ¶ Tertia ē ꝙ impossibile est viatorem p solum imperium voluntatis / vel p solā affectionē acquirere fidē. patet. quia tale imperiū vel talis affectio p se nō potest generare opinionem. igitur nec fidē. ꝓña tenet a fortiori ⁊c. añs patz per experientiā: ⁊ ad idem ꝓmētator. 2. de aia. ꝓmēto. 53. Ubi dicitur ꝙ opinari nō possum⁹ cū volumus. Quarta est. ꝙ possibile est viatorem p imperiū voluntatis ⁊ piam affectionem cōcurrente ad hoc testimonio vel auctoritate vel etiaz dyaletica. vł probabili ratione acquirere fidem: patet p experientiā. Item aliter frustra adducerentur testimonia: aut rationes probabiles ad ea q̄ sunt fidei. qō thī faciunt Augu. ⁊ alij doctores sācti. Item capio aliquē qui habz iā fidem de aliquo articulo. tūc volo ꝙ adducatur ad illud ꝓbandum aliq̄ ratio solum ꝓbabilis. tunc q̄ro vel illa nihil facit/ vel destruit fidem / aut certitudinē prius habitā: aut generat seu auget fidem. Nō primū: qz certitudo prius habita nō impedit effectum rationis. Nec scōm: qz tunc nimis esset periculosū ꝓbare articulos fidei. ideo sequit tertium ⁊ habetur propositum.
¶ Existis sequūtur aliq̄ correlaria. ¶ Primo sequit ꝙ catholicus solus ⁊ nullus de alia secta habet fidē/ vel certitudinem de lege sua: quātūcūq̄ credat eam sine formidine. ¶ Secūdo sequitur ꝙ persuasiões causāt tantam certitudinem in pie affectatis: sicut demõstrationes in phīs. patz in fidelibus catholicis. Sed ⁊tra hoc arguitur: qz si sic sequitur ꝙ voluntas possit imperare intellectui ꝙ assētiat plus ꝙ ratio ꝓbat. qō videt falsum: qz non appareat cur hoc faceret voluntas. Nam sicut ipossibile est assentire sine ratõe ita videtur impossibile assētire pl⁹ ꝙ ratio probat/ vel videtur probare. ¶ Ad hoc dico cōcedendo ꝓñs ⁊ ad improbationez dico: ꝙ licet sine apparētia: vel ratione nō possum⁹ habere fidē vel opinionem. licet etiā ratio solū probabilis sine imperio volūtatis nō sit apta nata causare nisi opinionē. tñ cū imperio volūtatis pōt causare fidez seu certitudinē: sz de hoc alias rñdebit. ¶ Tertio sequit ꝙ aliqua ineuidēcia sūt nobis equa vel magis certa: sicut nobis euidētia/ ⁊ sił aliq̄ cōtingētia ⁊ q̄ possūt eē falsa sicut ꝓa necessaria. Primū ptz de articulis/ ⁊ ꝯclusionibus fidelibus de

Instantia

C Solutio.

monstratis. Secūdū pz de istis duobus articulis: de⁹ est: ⁊ resurrectio mortuorū erit. totum faciliter patet. Quarto sequitur: ꝙ licet impossibile sit fidei subesse falsuz: tñ fidei pōt subeē falsuz. Primū pz: qr ista ꝓña est necessaria: fides est. ergo est de vero. Secundū pz: qr fides ē de aliquo contingenter vero. ⁊ qđ potest eē falsum (vt ptz de articulo resurrectiōis) ⁊ per ꝓñs fides potest esse de falso: ⁊ fides potest nō eē fides: imo nō fuisse fides ⁊c. sicut satis ptz. ¶ Tertio declarādū est que sit noticia maior fide. Unde dico ꝙ noticia est multiplex. q̄dam est noticia euidēs alia non euidens: et vtraqz est duplex. Nā quedam est noticia euidens q̄ est de aliquo vero per se noto. Alia q̄ est de aliquo non per se noto: sz ex alio vero/ vel alijs veris deducto. Quid autē sit per se notum alias declarabo suo loco. Similiter noticia non euidēs est duplex. quedā cuz formidine que vocatur opinio. Alia cū certitudine q̄ vocatur fides. Prima est nata causari ex noticia alicui⁹ ꝓpositionis: vel aliquarū ꝓpositionū non euidenter: sed ꝓbabiliter solum. Secunda vero licet etiam predicto modo posset causari. tñ ipsa cōmuniter causatur p̄cipaliter ex auctoritate seu testimonio aliorū: ⁊ sic loquitur Augusti. de fide dicens. Absit vt scire nos negem⁹ que testimonio alioz didicim⁹: alio quin nescimus eē vrbes vel terras quas celeberrima fama cōmendat: ⁊ sic sunt quattuor modi noticie. ¶ De istis ergo: ⁊ earum cōparatione pono aliquas ꝓpositiōes. Prima est ꝙ oīs noticia euidēs est maior noticia in euidenti. pz: qr est clarior. Nā p ipsam magis apparet ꝑitas intellectui. ⁊ sīliter ipsa hz claritatē per suā intrinsecam naturam. vel saltem ex aliquo habēte talē claritatē. Alia vero non. igitur ⁊c. Secunda est ꝙ noticia euidēs que est de per se noto: vel de per se notis est maior ꝗ illa noticia euidens que est deducta ex eis. ptz: qr ꝓpter qđ vnūquodqz tale ⁊ illud magis. 1. posterior. nō dico tñ ꝙ omnis euidentia que est de vero non p se noto fit oim euidētia: q̄ est de vero non p se noto noticia. maior patz: quia staret oppositum. Tertia est ꝙ noticia nō euidēs que est ex ratione vel ꝓbabilitate inducente intellectū ad assentiendū est maior ratione ꝓbabilitatis ꝗ noticia causata solum ex testimonio alioz. ptz: quia illa noticia est maior isto modo q̄ est de magis perceptibilibus ⁊ magis apparentib⁹ intellectui ⁊c. Confirmat: qr infidelis magis inducitur per rationē probabilē ꝗ per testimoniū seu per auctoritatē. Quarta ꝙ fides rōe certitudinis est maior ꝗ opinio. ptz. qr certitudo solū excludit deceptionem ⁊ dubitationē. Hec aūt nō possūt esse in fide (vt pz ex dictis) sz bñ in opinione. igit ⁊c. Cōfirmatur quia fidelis per fidem assentit/ vl' assentire potest articulis ita firmiter sicut ꝑs principijs vl' cōclusionib⁹ demonstratis: sed sic assentiens certius ⁊ firmius assentit ꝗ opinans ⁊c. Ex predictis ptz ꝙ licet opinio nō sit simpliciter maior fide: ꝑa tamē

D q̄ est noticia maior fide.

E

aliquo modo est maior: scz pro quanto illa est ex probabili ratione: hec vero soluz ex testimonio/ vel auctoritate. ¶Secũdo ptz. qz euidentia est simpliciter noticia maior fide/ et nõ loquor de maioritate graduali ꝛc.

A 2. pars secũdi articuli. ¶Ideo pro respõsione ad pẽsentem articulũ iurta predicta ponam tres ꝯclusiones. In prima videbitur/ vtrũ possibile sit viatorez de veritatib⁹ theologicis habere opinionẽ. In secunda. vtrũ possibile sit viatorem de veritatib⁹ theologicis habere noticiam euidentẽ. In tertia vtruz possibile sit viatorẽ de veritatibus theologicis habere noticiam fide maiorẽ. ¶Prima cõclusio est ꝙ naturaliter possibile ẽ viatorem de multis veritatib⁹ theologicis habere opinionem ꝓbatur. naturaliter possibile ẽ viatorẽ de illis veritatibus habere opinionẽ ad quas probandas naturaliter potest habere rationes dyaleticas/ seu probabiles inducentes ad assentiendum intellectũ indifferenter: sed sic est de multis veritatib⁹ theologicis. Igitur ꝛc. Maior patz. sed minor ꝓbatur. ¶Unde ad hoc probandũ possunt adduci illa octo media que ponit Scotus q̃stione. 2. prologi: que sunt Primo auctoritas scribentium Secũdo concordia scripture Tertio rationabilitas cõtentorum. Quarto irrationabilitas singulorũ errorũ. Quinto. prenunciatio futurorũ. Sextovtua citas miraculorũ. Septimo. ipsius legis duratio. Octauo diligẽtia in recipiẽdo. Sed de istis remitto ad eum ꝛc. Ideo aliter C ostendo propositum. ¶Pro quo

1. ꝯclusio ꝑncipal'. sciendum est ꝙ secũdum doctores rethoricos octo sunt probationum species. scilicet ꝑmo ꝛc. per fidedignũ hoim testimoniũ per autẽticum legis scriptum: per pactum. ꝙ iuramentum. ꝙ miraculum. ꝙ tormentum. per eum in cuius ore non est inuentum mendacium. et ꝙconformitatem gestuum corporalium/ et verborum. Et istis octo modis ꝓbabiles sunt articuli fidei et theologice veritates. sicut ostẽdi potest ꝛc. ¶Primo per testes D seu fidedignũ hominuz testimonium. Unde dicebat xp̃us Act. 1. Eritis michi testes in hierusalem ꝛ in omni iudea: ꝛ samaria: ꝛ vsqz ad vltimũ tre. Iurta hoc potest fieri talis ratio. Illd est probabile quod vna magna gentium cõmunitas prudens: et discreta in agibilibus/ subtilis/ ꝛ ꝓfunda in speculabilib⁹ testatur eẽ verum: sic est de articulis fidei ꝛc. Igit ꝛc. E ¶Secundo ꝙ legem seu autẽticum legis scriptum. Unde dicebat xp̃s iudeis Joh. 5. Scrutamini scripturas: quia vos putatis in ipsis vitaz eternã habere: ꝛ ille sunt que testimoniuz ꝓhibent de me. Ex scripturz ei legis moysi ostẽditur ꝙ christus fuit verus prophet et verus messias in lege promissus. et per consequẽs ꝙ eius doctrina est vera/ ꝛ credẽda. ¶Tertio per pactuz. Unde F ait aposto. Roma. 1. ꝙ euangeliũ xp̃i ante ꝑmiserat deus ꝙ. ꝓphetas suos ꝛc. Ex scripturis eñ sanctis ostẽditur ꝙ doctria xp̃i est illa quã deus ꝓmiserat in ꝓphetis: ꝛ ꝙ ꝯsequens ꝙ ipa est vera: ꝛ nullo modo erronea. ¶Quarto per uramẽtum. Uñ G

alt Apostō. Hebre.6. Quoniam neminē habuit p quem iuraret maiorem iurauit p seipm ꝛc. in quo abundātius volens ostendere deus īmobilitatē ꝓsilij sui interposuit iusiurandū ꝛc. Deꝰ eñ sanctis patribus ea que de xp̄o futura erāt non solum simplici verbo ꝓmisit. sed etiam iuramento firmauit. que oīa ostēduntur ex scripturis iam eē impleta. quare ꝛc. ¶ Quinto p miraculum. Unde dicebat chr̄istꝰ Joh.5. Ipsa opera que ego facio testimonium ꝓhibent de me. Quod nō solum verū est de operibus virtutum sed etiā de operibus miraculorum. Jurta hoc eñ potest fieri talis ratio. Deꝰ non assistit alicui (miracula naturam excedēta faciendo) in testimonium falsitatis: sed deus sicut affuit xp̄o: ꝛ discipulis eiꝰ in testimoniū doctrine sue. Igitur ꝛc. Maior videtur clara in lumine naturali. qꝛ aliter deus esset testis falsus. Minor patet de resuscitatōe Lazari Joh.12. ꝛ de alijs innumeris miraculis chr̄isti: ꝛ etiam apostolorum: et sanctorū in noīe chr̄isti in euāgelio et scripturis autēticis q̄ miracula si negētur saltem hoc vnum magnum est ꝛ ad intelligendum miraculū: q̄ sine miraculis maria pars orbis credit. ꝛc. ¶ Serto per tormentū imo diuersa genera tormentorum. Unde dicebat apostolꝰ Heb.11. Scti per fidem vicerunt regna ꝛc. Lapidati sunt. secti sunt tētati sunt. in occisiōe gladij mortui sunt: et hi oīs testimonio fidei ꝓbati ꝛc. Probabile eñ est illud esse verum et eis diuinitꝰ inspiratum pro cuius assertione tot homines vtriusq; sexus: et etatis: tot ꝛ tanta tormenta patienter/ ꝛ constanter/ ꝛ volūtarie sustulerunt. ¶ Septimo p eum in cuius ore non est inuentum mendacium. Unde apl'us Heb.6. Impossibile ē mētiri deū ideo arguitur sic. Omne reuelatū a deo est verum. sed doctrina xp̄i est reuelata a deo. igitur ꝛc. Maior ꝓz. minor apparet ex miraculis ꝛ scripturis sanctis. ¶ Octauo per conformitatē gestuū et verborum. Unde Act.4. Loquebant verbū dei cuz fiducia ꝛc. Ex gestibus enim xp̄i et discipulorum suorum patebat q̄ verba eorum non erant falsa quia non loquebantur ficticie: sz ex corde sine curiositate/ ostētatione/ vel apparatu. sz cū charitate/ affectione/ et toto affectu Igitur ꝓbabile est dicta ipsorū esse vera: quare ꝓpositum. Ad declarationem istarū rationuz possent induci multe concordātie ꝛc. sed dimitto causa breuitatis. ¶ Secūda ꝯclusio. q̄ naturaliter possibile est viatorem de multis veritatibus theologicis habere noticiam euidentē. Probatur quia phi sequentes rōnē naturalē deuenerunt (licet a posteriori) ad noticiaz euidentem istarū veritatum deus est. deus est vnus. bonus. simplex eternꝰ ꝛc (vt patz. 8. phisicorum. 7. 12. meth.) Igitur ꝛc. Et sic dicatur q̄ nunq̄ aliquis phus habuit euidentem noticiā de illa Deꝰ est. ꝛ per ꝯsequens nec de alijs quicq̄d sit de hoc. qꝛ postea de hoc tractabitur. tamen phi habuerunt euidentē noticiā istaꝝ ꝯditionaliū si deꝰ est deꝰ est bonus. simplex. eternus. ꝛc.

K

L

2. ꝯclusio ncipal.

A 3. ꝯclusio ꝓncipal'.

¶ Tertia conclusio ꝙ naturaliter unpossibile est viatorem de omnib' veritatib' theologicis habere noticiã oi fide maiorem Probat' quia si non ꝛc. vel talis noticia esset opinio/ vel euidentia. sed nullo modo põt dici. igit ꝛc. Maior ptz a sufficienti diuisione. ſz minor ꝓbat'. Primũ nõ põt dici quia talis noticia esset opinio. quia licet opinio aliquo modo scõm quid sit noticia maior fide: (vt pu' tactũ est) tamen simpliciter/ ꝛ absolute fides est noticia maior opiniõe. Uñ scõm hugonẽ de sacramẽtis. libro. 2. parte. 10. c. 2. Fides est opiniõe superior. ideo ipe diffinies fidẽ ait ꝙ est certitudo animi de rebus absentib' supra opiniones et infra scientiã constituta. Igitur suppositio ꝙ esset naturaliter possibile viatorem de oibus veritatib' theologicis habere opinionẽ (qõ non est clarum vt magis postea tanget in argumentis cõtra primã ꝯclusionẽ) tñ non ꝓpter hoc seqretur ꝙ eẽt naturaliter possibile viatorem de oibus ꝛc. habere noticiã oi fide maiorẽ ꝛc. Secundũ nõ põt dici ꝙ talis noticia esset euidẽtia. quia licet naturaliter possibile sit viatorem de aliquibus veritatibus theologicis habere noticiã euidentez: ꝛ ꝓ consequẽs oi fide maiorẽ: vt patet in secũda ꝯclusiõe: tñ hoc nõ ẽ naturaliter possibile de oib' ḣmõi ꝟitatib'. sicut ptz de istis deus est trin' ꝛ vn': de' pr̃ gñat deuz filiũ de' est hõ: corpus xpi est in sacramẽto: ꝛ sic de multis similibus. ſz nã si eẽt naturaliter possibile viatorẽ de illis ꝟitatibus habere noticiã euidentez: tunc ꝗlibet ifidelis posset naturaliter cogi ad assentiẽdũ eisdẽ: qõ apparet falsuz ꝓ experiẽtiã. Si aũt aliqs dicat oppositũ: vadat ad ifideles ꝛ hereticos conuertẽdũ ꝛc. Dixi aũt notãter in ꝯclusiõe ꝛ ei' ꝓbatiõe: ꝙ nõ est naturaliter possibile ꝛc. Et nõ dixi simpliciter ipossibile. Uñ pono aliquas propõnes. ¶ Prima est ꝙ B simpliciter possibile est viatorẽ manentẽ viatorẽ ḣre de deo noticiã intuitiuã: ꝛ ꝓ ꝑns de predictis veritatib' de deo formatis intuitiuã noticiã seu cognitiõez. Pz ex dictis supra in primo articulo in descriptiõe huius termini viator: in quarto corrolario Scda est ꝙ simpliciter possibile ẽ viatorẽ manentẽ viatorẽ de p̃dictis veritatib' ḣre noticiã euidẽtez ptz ex p̃dicta. Tertia est ꝙ non est possibile ꝓ aliquã potentiaz viatorẽ de oib' veritatib' theologicis ḣre euidentiã simpliciter absolutã. Patet de veritatibus de futuro cõtingenti/ sicut de istis. resurrectio gñalis erit. antixps p̃dicabit ꝛc. sicut tactũ est supra i scda ꝯclusiõe ꝫ tertia ꝯclusionẽ primi articuli ꝛc. Quarta est ꝙ possibile est ꝓ absolutã dei potentiã viatorẽ de oib' veritatib' theologicis ḣre euidẽtiã scõm q̃d sine ꝯditionatã. Pz qr si nõ maxime videret de illis de futuro iam dictis. ſz de illis est possibile. ſ. in casu ꝙ viator haberet noticiã dei intuitiuaz. ꝛc. Nam isto casu posito possibile esset viatorẽ habere noticiam cui cõuenirẽt oñs ꝯditiões euiC dentie scõm q̃d ꝛc. sicut pz facilz. ꝑs scdi ter ꝛc. ¶ Contra p̃dicta arguit articuli. aliqbus rõnibus. ꝛ primo contra ar'. primo primam cõclusionem ostenden-

A ꝯclusio ꝓncipal'.

do q̄ nō sit naturaliter possibile viatorē de veritatibus theologicis habere opinionē seu p̄babilem rationem. Uñ argr̄ sic. Quia ad hoc q̄ aliqua rō sit p̄babilis respectu alicuⁱ/ vel generet opinionē requirit q̄ apparentia veritatis in antecedente, et consequentia excedat apparentiam falsitatis in consequēte seu conclusione probanda: ꝫ nulla est ratio ad p̄bandū ꝟitates fidei in qua viatori appareat in antecedente: ꝛ ꝓña maior apparentia veritatis q̄ꝫ sit apparentia falsitatis in multis p̄positionibus theologicis. Igit ꝛc. Maior huius rationis videtur nota: sed minor patet in ꝟitatibus theologicis: de trinitate: de incarnatione et de eucharistia. Uñ ad p̄bandū q̄ vna res est tres res et quelz earū: vel q̄ deus est homo: vel q̄ corpⁱ xp̄i est sub sacramēto altaris ꝛ sub qualibet eius parte: non videt posse fieri aliqua ratio in qua añs et ꝓña habeant maiorē apparentiam veritatis q̄ꝫ ꝓña habet apparentiam falsitatis (et hoc circunscripta fide) Si enim sit aliqua detur illa ꝛc. Confirmatur: quia nulla ratio probans trinitatem est viatori demonstratiua. sed articulⁱ de trinitate circūscripta fide eque vt magis apparꝫ falsus sicut oppositū conclusionis demonstrate. Igitur maior est apparenta ad oppositum articli: q̄ꝫ ad eⁱ p̄bationē ꝓña tenet: q̄ conclusio demonstrata magis appareret ꝟa q̄ꝫ solū dyaletice p̄bata ꝛ hoc sic appareat ꝛ huiusmodi p̄batio sit dyaletica. ¶ Scdo arguit 2. arguit. ꝫ illud qđ dictū: q̄ fides est noticia simplr maior opinione ꝛc. oñendo q̄ naturalr possibile sit viatorem de ꝟitatibⁱ theologicis habere opinionē oī fide maiorē: q̄ illa noticia simpliciter est maior fide que ē certior et firmior ꝫ positiue est aliqua opinio certior ꝛ firmior fide. Igitur ꝛc. Maior pꝫ sed minor probatur: q̄ aliq̄ ratio p̄babilis facit opinionē alicuⁱ adhesiōis ꝛ firmitatis. Igit tales due faciūt in duplo firmius adherere: ꝛ q̄ttuor in quadruplo ꝛ sic in infinitū: ꝛ per ꝓñs vltra omnē adhesionē fidei pōt adhesio opinōis firmior: ꝛ per ꝓñs certior generari ꝛc. Confirmat: q̄ aliqui ita firmiter adherent his de quibus habent opinionem: sicut alij his de quibⁱ habent scientiā. q̄ sicut ar. 7. ethi. cor. quidā opinantiū non dubitant. sed existumant se scire. ꝛ nichil minus credūt his que opinantur q̄ꝫ alteri his que sciunt Sed nullus ita firmiter p̄ fidez adheret credibilibus sicut sciens per scientiā scibilibus que ipse novit per causā: ꝛ qm̄ illorum sūt causa/ ꝛ qm̄ ꝛc. igit. ꝛc. 3. arguit.

¶ Tertio ad idem arguit sic. q̄ opinio potest tm̄ augeri q̄ facit intellectum alicui assentire contra imperiū voluntatis. Igitur talis opinio erit certior ꝛ firmior fide. ꝓña tenet. q̄ fides hoc nō potest. sed añs probatur. q̄ scientia facit intellectum assentire contra imperiū voluntatis igitur et opinio hoc potest. consequentia tenet per auctoritatem iam positam. Confirmatur quia capio oppositum huiⁱ articuli deus est trinus/ et vnus. tunc respectu illius potest' ha-

bere intellectus aliquā rōnem inducentē ad assentiendum illi et potest habere in duplo maiorem: et sic vltra. et p ꝓ̄ns eque inducentē sicut demonstratio/ꝛ sic agentē contra imperiū volūtatis. et per ꝓ̄ns potest esse aliquis de necessitate / seu coacte infidelis. ꝛc. igitur propositum

4. arguit ¶ Quarto arguitur contra tertiam conclusionē ostēdendo ꝙ naturaliter possibile sit viatorē de omnibus veritatib⁹ theologicis habere noticiam euidentem. ꝛ per consequens oñi fide maiorem. Unde arguitur sic noticia euidens de oibus ꝟitatibus theologicis non est infinite difficultatis ideo per studiū theologicū pōt acquiri a theologis. antecedens ptz. qz aliter nulli creature esset possibilis. Sed consequētia probatur supponendo vnū quod videt clarū per experientiā. ꝛ super quo fūdant se. Aristo. ꝛ eius commentator ad pbandum ꝙ intellect⁹ sit virt⁹ immaterialis. 3. de aia. commento. 7. et est ꝙ intellect⁹ noster intelligendo fortificat. et post noticiam vnius veritatis acquisitam disponitur ad acq̄sitionem alterius. Cū igit̄ multe sint veritates theologice ad q̄rum noticiam naturaliter deuenerūt phi. vt patz. ꝛc. Sequit̄ ꝙ per noticiā illaꝝ intellect⁹ poterit disponi ad maiorē ꝛ maiorem noticiā cuiuscūq; finite difficultatis: ꝛ per consequens ad noticiam euidētē per exercitiū studij. consequētia potest deduci. ꝛc. Confirmatur p auctoritates. Pria est ad Rom̄. 1. sup illo quod notū est dei manifestū est in illis. glosa. quod noscibile est de deo manifestum est illis habent enim vnde nosse re possūt quod noscibile est de deo (scz naturalē rationem) ꝛ loquitur de gentibus phis. vnde statim post: super illo/ inuisibilia dei p ea que facta sūt ꝛc. post multa ad ꝓpositum dicit glosa. ꝙ ea que facta sunt illi⁹ sūme trinitatis noticiam habuerunt gentiū phi. ꝛc. Unde etiam Hermes termegistus de quo Augustinus meminit. d. in libro suo de ꝟbo eterno. ꝙ deus est monas et ꝙ monas gignit monadē. id ē de⁹ deū ꝛc. Secunda auctoritas ē super illo passu Exodi. 8. vbi magi defecerūt in tertio signo. di. glosa phos peruenisse ad noticiam duarū personaꝝ sed non tertie. igitur potuerūt. ꝛc. Tertia est Richardi de sancto Victore in libro de trini. Credo sine dubio ad quecūq; que necessario est esse non tantū probabilia: immo necessaria argumēta non deesse. Igitur ad articulū de trinitate. ꝛc. et p ꝓ̄ns ad oēs alios quia ille est excellētior. ꝛc

¶ Ad ista rationes respondet per ordinem. Uñ ad primā premittēda est vna distinctio / que est: ꝙ aliquid esse probabile potest dupliciter itelligi. Uno mō simpliciter. alio modo secundū quid. Undē ſm phm illud dicit probabile simpliciter quod videtur omnibus: vel pluribus: vel maxime sapientibus. Que descriptio sic intelligitur. ꝙ probabile est quod cum verū ꝛ necessarium/ non est tamē euidēs: sed apparens omnibus/ vt̄ pluribus /vel maxime sapientib⁹. Per primam clausulam excluduntur falsa/ et vera contingē-

ad primaz rationem

tia: que stricte loquendo nō dicuntur probabilia (licet aliquādo impropie) sicut dicit phs q̄ nichil prohibet falsa esse probabiliora quibusdaz veris. Capit ēm probabile impropie pro apparenti. ⁊c. Per secundam excludūtur omnia principia ⁊ cōclusiones demōstrationuz. Per tertiam excluduntur necessaria que apparent falsa omnib⁹ vel pluribus ⁊c. Sed alio modo: et magis large aliquid dicitur p̄babile p̄m quid. quod cuz sit verum siue necessarium: siue contingens non est tamen euidens sed apparens alicui/ vel aliquibus. Et p̄portionabiliter posset distingui de ratione p̄babili. q̄ vel est ex p̄babilibus primo mō
B vel secundo/ vel simpliciter/ vel secundum quid ⁊c. Ex hac distinctione sequuntur alique propositiones. Prima est q̄ nulla ratio probabilis seu dyaletica est falsigrapha siue peccans in materia/ vel in forma. ¶ Secunda est. q̄ non omnis ratio p̄babilis seu dyaletica facit semper dubitationem seu formidinez. sed frequenter firmam adhesionem. Patet. quia quandoq; adhereamus ita firmiter probabilibus sicut euidenter notis. Tertia est q̄ nullus potest secundū communem cursum euidenter cognoscere ꝺ aliquo syllogismo topico ipsū esse topicū. Patet satis. potest tamē de hoc habere
C assensum firmū. ¶ Quarta ē responsiua ad rōnē q̄ nō oēs theologice ꝟitates sūt p̄mo mō probabiles. nec ad oēs pñt hēri sim plr p̄babiles rationes. ¶ Patz primo. q̄ multe sūt hmōi ꝟitates ꝛtingētes: et nō necessarie, ⁊c. Secundo q̄ multe huiusmodi veritates que apparent falsе omnib⁹ vel plurib⁹. vel maxime sapientib⁹. ⁊ hoc intelligendo de sapientibus huius mūdi precise intentribus rōi naturali. q̄ isto modo accipitur sapiens in descriptione p̄babilis. Sic ēm sapiētes mūdi. ſ. quidā philosophi irridebant paulū: ⁊ reputabāt ipm insanire. Actuū 17. ⁊. 26. Et hoc probat ratio. ⁊ nichil plus. Tamen cum istis stat q̄ multe veritates theologice sūt probabiles. primo mō. et hoc sufficit. q̄ conclusio non est posita de omnibus generaliter. Similiter omnes sunt probabiles secundo modo. ſ. secundum quid et apud multos sicut apꝫ illos qui modicū vel nichil ꝓsiderāt de difficultate articulo⁹: ⁊ tñ p̄bationes ipo⁹ bñ ꝓsiderāt: vtpote q̄ videt superiores suos qui eos predicant: et eis conformiter operantur: ⁊ contra hoc nō vadit ratio sicut
D pōt faciliter apparere. ⁊c. ¶ Ad secundam rationē rñdetur premittendo quandam distinctionem q̄ est de certitudine. Unde sciendum est q̄ ab eodem causatur noticia de aliquo obiecto et ipsius noticie certitudo scilicet a ꝟitate ipi⁹ rei cognite. Sic ei se hz vnūqꝺq; ad cognitionē sicut ad ꝟitatē. Cū igr ꝟitas sit eqtio rei ad intellectū. iō ex vtro q̄ pōt oriri certitudo vel ex pte rei cognite vl ex pte ipi⁹ cogscētis. Prio mō fides ē noticia certissima vel saltē ita certa sicut aliq̄ alia. q̄ res cognita p̄ eaz est p̄ma ꝟitas: ⁊ oē aliō notū p̄ eaz innitit ꝟitati p̄me. q̄ ē res certissima/ necessaria/ ⁊ imutabilis. ⁊

Ad secōaz rationem

de tali certitudie loquitur ph̃s primo meth. dicens. certissime scientiarum maxime sũt priax veritatũ. id est substantiarũ separatarum: et tñ constat q̃ ista certitudo nõ est ex parte nostri intellectus/ cum se h̃abeat ad ista sicut oculus noctue ad lumen solis. vt dicitur ibidẽ. Igit ꝛc. ¶ Secũdo mõ est/ vel attenditur certitudo ex parte cognoscentis. et hoc dupliciter. q̃ vel est certitudo firmitatis/ et adherentie. vel probationis et apparentie. Primo mõ fides est notitia certissima/ vel saltem ita certa sicut q̃cũq̃ opinio/ vel scientia. Unde dicit Augusti. de vtilitate credendi. q̃ nichil est certius nomine sua fide. sed alio mõ fides non est ita certa sicut opinio vel scientia. quia non est de ita apparentibus intellectui. Et de tali certitudine loquitur Linconiensis dicens. q̃ illa sũt certiora que sunt magis apprehensibilia ab intellectu et magis penetrabilia. et sic credibilia per fidem non sunt ita certa sicut cognoscibilia per scientiam vel opinionẽ. sed ista incertitudo seu minor certitudo credendoꝝ fidei prouenit ex indispositione: seu imperfectiõe cognoscentis. et est incertitudo ꝑz quid. Exemplum de sole respectu vis⁹. ꝛc. Sic ergo patet quo modo fides est certior opinione et qũo non. Sed q̃ñ arguitur q̃ opinio possit esse firmior. et per consequens certior ratõe adhesionis: h̃oc negatur: sicut iaz patet ꝛc. Ad ꝓbationẽ q̃ñ dicit q̃ vna ratio facit opinionẽ alicui⁹ firmitatis igit dupla in duplo
B ꝛc. ¶ Rñdetur ynomõ. q̃ nõ est naturaliter possibile ratiões ꝓbabiles sic in infinitũ fortificari. ꝛc. Item alio modo dicitur q̃ supposito q̃ illud esset possibile tamen nõ sequitur q̃ intellect⁹ per rationes tales firmiter adhereret opinabili: sicut per fidem credibili. quia intellectus sic ductus per rationeꝫ precise semper adheret cum aliqua formidie. nisi illa tollatur ex imperio voluntatis. Et sic non erit ꝓ prie opinio: sed fides. Itẽ tertio dicitur ꝓbabiliter q̃ respectu cuiuscunq̃ propositiõis cuius oppositum non est euidens/ firmiorem assensũ potest in intellectu agere voluntas per suũ imperium cum aliquo motiuo: q̃ quecunq̃ persuasio sine huiusmodi imperio. Ideo assensus causatus per voluntatem firmior est q̃ aliquis causatus sine voluntate per rationẽ probabilem ꝛc. Item quarto dicitur ad cõfirmationẽ ꝛ auctoritatẽ ph̃i. q̃ ipe vult q̃ aliqui ita afficiuntur opinionibus suis q̃ ex imperio volũtatis ita firmiter adherent eis sicut alij ꝓpositionibus scitis: et h̃oc nõ est ꝓtra dicta ꝛc. Similiter negatur minor ibidem assumpta. sicut patet ex distinctione ꝛc. ¶ Ad tertiã rõnem ponũtur aliq̃ ꝓpositiones. Prima est q̃ ratio siue intellect⁹ potest induci ad assentiendũ ex affectione volũtatis ꝑ ei⁹ iperiuz. Nõ dico tñ q̃ sine motio ꝛc. Patet. qz 1. ethi. dz. q̃ in bestialibus rõ corrũpitur ꝑ volũtatem Itẽ Anse. de ꝓceptu ℣ginali. c. 4. dt q̃ oẽs alie vires q̃ ad act⁹ suos sunt subiecte voluntati. et capitu. primo deus nos et potestatẽ que in nobis est subiecit

C Ad tertiã rationem

voluntati: vt ad imperiū eiꝰ nō possimus nō facere qđ vult. ꝛc. Itē Augꝰ. sup Joh. omeł. 6. cetera potest homo nolens. credere autē non nisi volens. Itē sup illo Esay. 53. Dñe quis credidit auditui nostro. dicit glo. Si eñ querat quare iudei credere nō poterant. Respōdeo qꝛ nolebāt Ex his ptz ꝓtra Holkot. q�pp actꝰ credendi est liber: ꝛ in libera volūtatiꝫ potestate ꝛ meritoꝝ vite eterne. Sz de his magis alias Secūda ꝓpositio est qꝑ non pōt intantū augeri opinio qꝑ cogeret intellectū ꝓtra imperiū volūtatis assentire alicui cōplexo Patz. quia aliter fieri posset: vt aliquis esset coacte infidelis. Tertia ꝓest qꝑ ꝗuis non sit ita fortis aut ita cogens ratio faciens opinionē quin possit magis cogens dari (saltē per diuinam potentiā) tamen ꝓtra quālibet talē potest volūtas ꝙuertere intellectū in partē oppositam. Quarta est. qꝑ scientia facit maximū assensum ꝓtra quez nō potest volūtatis imperium: sed ꝓtra quēlibet assensuz citra scientiā seu euidentiā potest voluntas auertere intellectuz ad oppositū. ꝛc. Non dico tamē qꝑ hoc possit volūtas p̄cise per suū imperiū sicut alias tetigi superius. ꝛc. Ista autē ꝓpositio est ꝓbabilis: sed etiā videt michi qꝑ eius oppositū eque ꝓbabiliter posset poni. Sicut eñ fidelis per imperiū volūtatis cum aliquo motiuo paruo: assentit qꝑ vna res est tres res: ꝛ q̄libet earꝝ. ita videtur possibile qꝑ aliquis assentiret oppositō alicuius ꝙclusionis sibi demonstrare per imperiū voluntatis cum aliquo motiuo. puta. ex auctoritate alicuiꝰ dicētis. pone exemplum. ꝛc. ¶ Sed ꝓtra hoc ꝛ pro illa ꝓpositione arguit. qꝛ si voluntas per suū imperiuz posset ꝓtra assensum euidentē: sequit qꝑ possibile esset qꝑ aliquis nūq̄ faceret cōtra cōscientiā: ꝛ qꝑ damnati possent libere tollere maximam partē pene sue. quia possent vermem ꝓscientie deponere: imo possent suā penā diligere: ꝛ sic non esset pena: qꝛ nichil est penale nisi qđ est contra volūtatē. vt ptz per Augustinū 9. de trini. ca. 4. Ista omia sunt absurda: sed ꝓsequentia ptz. qꝛ volūtas posset per imperiū suū cū aliquo motiuo imperare intellectui qꝑ assentiat per oīa cōformiter sicut voluntas vult: ꝛ tūc tollitur ois vermis ꝓsciētie: qꝛ facere ꝓtra ꝓscientiā seu habere vermem ꝓscientie nō est aliud q̄ voluntatē dictamini rationis ꝓtrarie. Similiter voluntas dānati posset itellectui suo imperare qꝑ assentiat isti cōplexo hec pena est summe nobilis et ꝙueniēs: sed facto isto imperio nō est ratio quare intellectꝰ nō assentiat nisi qꝛ aliqua sunt dictamina rationis ita euidentia ꝛ qꝛ p eccata dānatoꝝ sunt eis ita euidentia qꝑ intellectus nō posset ꝓpter quodcūq̄ imperiū volūtatis talibus dissentire vl' cōtraire. quare. ꝛc. Sed tenēdo oppositū diceretur de dānatis qꝑ hoc nō possunt: qꝛ deus non vult ad tale imperiū ꝓcurrere. ꝛc. De hac autē materia alias ꝛ alibi videbit. Hec autē ad ꝓsens sufficiant: qꝛ satis ptz ad rationē. ꝛc. ¶ Ad quartā rationē respōdet ꝓcedēdo ātecedēs

D Improbatio instantie.

E Ad q̄rtā rationem

ꝛ negando ꝓñam. Et ad ꝓbationẽ ꝓcedo q̃ intellectus fortificatur. ꝛc. ꝛ tamen nõ sequit̃ q̃ ad cuiuslibet veritatis noticiã possit naturaliter puenire. ꝛc. Dico igitur q̃ ratio cõcluderet verũ de oibus veritatib⁹ quar̃ difficultas subest facultati naturali ipsius intellectus: sed sic nõ est in ꝓposito: qr in omni cognitione obiectũ se habet in ratione cause efficientis secundũ Augustinũ ꝛ phm. Ideo ad illã cognitionẽ ad quã causandam nõ sufficit obiectũ naturaliter agens requirit̃ obiectũ supnaturale. sic autẽ est hic. quare ꝛc.

A ¶ Ad ꝯfirmationẽ ad primam auctoritatẽ dico: q̃ apl̃us ꝛ glosa illa voluit q̃ gentiles naturaliter deuenerũt ad cognoscẽdum vnũ esse deũ. vnã primam causam. ideo redarguũtur de idolatria qr volũt creaturã pro deo. Similiter ad illud qđ ibidẽ subdit glosa. dico q̃ nõ vult aliud nisi q̃ ꝑsi deuenerũt ad cognoscendũ appropriata trium ꝑsonar̃: scz potentiã: sapientiã bonitatẽ: nõ tamen ꝓpter hoc sequit̃ quo ad distinctionẽ ꝑsonarũ. Et si forte ille hermes ad hoc puenerit: nõ tamen naturaliter sz ꝑ diuinã ispirationem Nec hoc fuit impossibile i gẽtib⁹ sicut ptz de sybilla q̃ multas arduissimas veritates fidei prophetice dixit: vt testatur Aug. li. 18. de ciuitate dei. versus ei⁹

B recitans. ¶ Ad secundã auctoritatẽ dico. q̃ illa glosa que est Augustini nõ vult aliud dicere nisi q̃ ꝑsi nõ venerunt ad noticiam tertie ꝑsone. i. potissimum effectũ bonitatis. scz incarnationem: nec hanc digne veneranti sunt: ꝛ sic min⁹ ꝑfecte cognouerunt appropriatũ tertie ꝑsone q̃s alia. ꝛc. ¶ Ad tertiã auctoritatẽ dico. q̃ nõ desũt rationes q̃stum est ex parte rei: sed bene q̃stũ est ex parte intellect⁹ nostri qui nõ potest media inuenire ex quib⁹ tales veritates euidẽter inferãtur. Et sic ptz q̃ predicte rationes nõ sunt ꝓtra dicta. Et hec de secũdo articulo. ¶ Quã-

C

D Terti⁹ articulus. Utrũ possibile sit hñre scientiam de theologicis.

tuz ad tertiũ articulũ in quo videndũ est. Utrũ possibile sit viatorẽ habere de cõclusionibus theologicis noticiã scientificã proprie. Primo premittã termi nor̃ declarationes. Scõo ponã respõsales cõclusiones. Tertio obiiciam per aliquas rationes ¶ Circa primũ punctũ tres termini sũt declarãdi: Primo qđ sit theologia. Secũdo quid sit proprie ꝯclusio theologica. Tertio quid sit noticia ꝓprie scientifica/ siue scientia proprie dicta.

prima ps

E Theologia.

¶ Primo ergo declarandus est quid sit theologia. Unde dico q̃ mlt̃pliciter potest capi. Uno modo ꝑ scriptura sacri canõis. Alio modo pro actu vel habitu mentis respectu illor̃ que in sacra scriptura ꝓtinentur. Et hoc modo iter̃ dupliciter põt sumi Uno modo pro aliquo vno actu vl̃ respectu alicui⁹ veritatis sacre scripture. Alio modo ꝑ multis actib⁹ vl̃ habitib⁹ respectu pluriũ talũ veritatũ: sicut etiã plures actus vel habit⁹ respectu pluriũ veritatũ geometrie dicũtur geometria ꝛ vna scientia geometrie ꝓpter vnitatẽ subiecti: ad qđ habent attributionẽ. Et hoc modo iterũ dupliciter potest sumi. Uno modo ꝑ actibus vel habitibus quibus

git obiectū in se sub pfecta ratione: sed tantū i quadā similitudine diminuta. intuitiua aūt attigit obiectum in se et sub perfecta ratōe. vt ōt vn⁹ doctor. ¶ Primum patz qz obiectū iquātum terminans aliquam noticiā hz respectu illi⁹ rationē cause aut non. Si sic cuz nō possit habere rationē nisi cause efficientis. vt patet. sequit q illa noticia pt fieri sine illo obiecto. qz quicquid deus pōt per cām efficientē mediaz pt imediate se solo. Si non arguitur sic. ois effect⁹ sufficiēter dependet ex suis causis. ita q illis positis oibus alijs circunscriptis pot sufficienter poni effect⁹. Igitur si obiectuz noticie intuitiue inquantū terminans non habet rationē cause respectu illius si tale obiectū inquantū terminans simplicit destruatur fm oēm existentiam sui realem potest adhuc poni ipsa noticia intuitiua et p̄sequens ipsa fm se ꝛ necessario nō pl⁹ est existentis q̄ non existentis p̄ntis q̄ non p̄ntis ꝛc. ¶ Scōm patet. qz idē totaliter ꝛ sub eadem ratiōe a parte obiecti ē obiectū intuitiue ꝛ abstractiue: nec pōt aliquid cognosci ituitiue quin ¶ possit cogi sci abstractiue. ¶ Secūda ꝓpositio ē q noticia intuitiua ꝛ abstractiua nō differūt p rationes motiuas formales siue p quascūq suas causas. s. qz in cognitione intuitiua res in propria existentia est motiua per se obiectiue et in cognitiōe abstractiua est aliquid motiuū in quo res hzeē cognoscibile. sicut dicit idem doctor. siue qz in ipa intuitiua obiectū mouet vt p̄sens in ꝓpria existētia. In abstractiua vero obiectū mouet vt p̄sens in aliquo ipm repsentare sicut ponit idē. Patet totū. qz sicut iā tactum est de⁹ per idē totaliter pt causare vtrāq noticiā nec requritur simplr q res moueat in p pria existentia. etiam obiectiue. nec q sit p̄sens ꝛc. Uez est tn q naturalit noticia intuitiua non potest eē sine existentia rei q̄ est vere causa efficiens ei⁹ mediata vel imediata. Abstractiua āt potest eē naturalit ipsa re nota simplr destructa. Sed tn p hoc nō differūt formalit iste noticie. sed seipsis differūt. ¶ Pro cui⁹ maiori declaratōe sit hec tertia ꝓpositio. q noticia intuitiua tā sēsitiua q̄ intellectiua pōt simplicit ꝛ absolute eē et de re non existente. ꝓbat aliter q̄ pri⁹ qz ois res absoluta distincta loco ꝛ subiecto ab alia re absoluta. potest per diuinā potētiaz absolutam existere sine illa. Non ei videtur verisimile q si deus vult destruere vnā rem absolutam existentem in celo q necessitat destruere vnā aliam existentez in terra. Sed visio intuitiua tā sensitiua q̄ intellectiua est res absoluta distincta loco ꝛ subiecto a suo obiecto sicut si videā intuitiue stellam in celo. ergo ista visio potest manere stella destructa. Confirmat. qz de⁹ habz noticiam intuitiuaz oim siue sint/ siue nō sint. ꝛ ita euidēter cognoscit res non eē q̄ non sunt/ sicut res eē q̄ sūt. Igit ꝛc. ¶ Quarta ꝓpositio est. q intellectus noster ꝓ statu isto intuitiue cognoscit etiam aliqua intelligibilia que nullo mō cadunt sub sensu pluscq̄ sub a separata. Patet de intellectionib⁹ ꝛ volitionib⁹ no

stris q̄ homo põt experiri sibi ī-
esse et tñ non sũt sensibilia. Eui-
dẽter ei cog̃sco q̄ ego ītelligo ⁊
ego diligo ⁊c. ⁊ tal' noticia acce
pta ẽ imediate ex noticia icõple
xa termioꝝ et certũ ẽ q̄ ad hoc
nõ sufficit noticia ītuitiua mei.
ergo requiritur noticia intuiti-
ua ipsius intellectionis et dile-
ctionis. q̄re ⁊c. Confirmať quia
ista ẽ noticia accepta p̄ expien-
tiam qꝝ ita experimur ista in no
bis sicut q̄cunq̄ sensibilia. ſz ta
lis non potest eẽ sine intuitiua si
cut prius tactuz ẽ. quare ⁊c. Ex
p̄dictis aũt satis est notuz q̄ ta
lis noticia intuitiua non est no-
bis naturaliť possibilis de deo:
ideo de abstractiua dicendũ est
A hic ⁊c. ¶ Tertia distinctio est q̄
duplex est noticia abstractiua
nobis naturaliť possibilis. Nã
q̄dam est qua res ipa imediate
cognoscitur in seipa et ad ipam
obiectiue terminať ita q̄ nihil
aliud ab ea distictũ terminat il-
lam noticiam. Alia est q̄ res ipa
nõ in se cognoscitur. ſz i alio nec
ad ipaz r̄ẽ imediate terminať ſz
ad eius spẽm seu ei⁹ imaginẽ in
aia existentẽ. Ztẽ taliũ noticiaꝝ
q̄dam est simpler et q̄dã ꝓposi-
ta. Ztẽ q̄dã est cõis/ et q̄dã p̄pa
Ztem q̄dã ẽ absoluta. q̄dam ℞o
ꝓnotatiua. Ufi oẽs iste differen
tie reperiuntur i noticia abstra
ctiua incõplexa vocando large
oẽm illã noticiã incõplexã q̄ nõ
est ꝓpositio. Et sic ex p̄dictis tri
bus distinctionib⁹ ptz qualiť di
uersi modi noticiaꝝ sunt nobis
naturaliť possibiles. et de aliq̄-
bus satis apparet q̄ deus nõ ẽ
illis modis a nobis naturaliter
cognoscibilis Difficultas ergo
hui⁹ articuli p̄ncipaliter est de
noticia incõplexa qualis posset
naturaliter haberi de deo. nam
nisi aliqua talis eẽt nobis natu
raliter possibilis nullã veritatẽ
ꝓpleraz de deo habere possem⁹
cũ ista p̄suppont aliã ⁊c. circa
ideo hoc ponam tres ꝓclusiões
¶ Prima est q̄ deus nõ est a no B
bis naturaliter ꝑ statu vie co- 1. ꝓclusio.
gnoscibilis immediate in seipo.
sed bñ in aliquo alio eius repre
sentatiuo. ¶ Prima ps ꝓbatur
qꝝ nihil naturaliter põt cognos-
ci in seipo nisi p̄cognoscať intui
tiue. sed de⁹ naturaliter nõ põt
cognosci a nobis intuitiue. igiť
⁊c. Minor patet. qꝝ ꝑm apl'm. vi
sio facialis dei non habeť. nec i
hac vita: nec videtur ītuitiue et
in seipo imediate sic q̄ nullũ ali
ud medium terminet illaz visio
nem. Maior ꝓbatur. qꝝ nõ ẽ ma
ior ratio q̄ vna res posset a no
bis cognosci in se sine p̄uia noti
cia ītuitiua q̄z alia ſz multe res
non sũt a nobis cognoscibiles
in se nisi p̄uia ītuitiua cognitio
ne. qꝝ ꝑm philosophum cecus a
natiuitate non põt hr̄e scienti-
am de colore nec p̄t cognoscere
colorem in se. qꝝ nõ p̄t cognosce-
re colorẽ intuitiue. Igiť vniuer
saliter vna res non põt in se co-
gnosci nisi p̄cognoscatur ituiti-
ue. q̄ si creatura non possit miť
to magis nec deus. Quare ⁊c.
¶ Scda ps ꝓclusionis patebit
ex ꝓsequẽtibus. et sequitur ex p̄
ma. qꝝ cũ deus non sit naturali
ter cognoscibilis i seipo. sequi-
tur q̄ i alio. Alias nullo modo
eẽt naturaliter cognoscibiť. qđ
est falsum. Ex hac ꝓclusione et
ei⁹ ꝓbatione sequiť q̄ oĩs notiti-
cia qua res cognoscit i seipsa ẽ
noticia intuitiua vel ex noticia

¶ intuitiua accepta. ¶ Secundo sequitur q nulla substantia corporea exterior a nobis naturaliter est in se cognoscibilis quicquid sit de alia intellectiua vel quacūq; alia substātia q̄ est de essentia cognoscentis. Unde cū video ignem eius substātia nō cognoscatur in seipsa. qz non cognoscitur intuitiue sed de facto nō cognoscit in se nisi accidens

D ignis ꝛc. ¶ Secūda ꝓclusio ē q̄
2. ꝓclusio. deus nō ē a nobis naturaliter pro statu vie cognoscibilis i aliqua propria specie vel ꝓceptu simplici sibi ꝓpꝛio et absoluto. sed bene in aliquo tali simplici et absoluto ꝯmuni sibi et alteri ab ipso. ¶ Prima pars ꝓbat ex ꝑma parte ꝓclusionis precedētis. qz nullius rei ꝓceptū simplicem ꝓpꝛiuz sibi et absolutū seu non ꝓnotatiuuz hr̄e possumus naturaliter nisi illi⁹ speciei quā immediate in seipsa apprehendere possumus nec p talē cōceptuz aliquid cognoscitur nisi q̄ aliud immediate in seipso ꝓcognoscitur. ¶ Secūda ps ꝓbat. quia vt statum dicet de⁹ est naturaliter cognoscibilis in aliq̄ cōceptu simplici ꝓpꝛio. et ꝓnotatiuo. omis autē ꝓceptus ꝓnotatiuus aliquā ꝓceptum absolutū ꝑsupponit cui attribuitur sicut albuz attribuitur alicui absoluto. Aliquid ei est quod dicat album. scilicz lapis aut lignuz. Et istud pz ex diffinitōe quid nominis ꝛc Igitur cū ꝓceptus cōnotatiuus deo ꝓpꝛius attribuitur alicui conceptui absoluto ꝛ non ꝓpꝛio deo. vt ptz ex ꝑma parte. nec ꝓpꝛio creature: vt pz de se. igitur ꝯmuni deo creaturę. Sic igitur oportet cōcedere aliquem vnuz conceptum ꝯmunem deo ꝛ creaturis in quid p̄dicabilem de ipsis aliter impossibile esset saluare q̄ de⁹ sit naturaliter cognoscibilis a nobis. Utrum autem iste ꝓceptus sit cōceptus entis/ vel substātie/ vel alius. ꝛ vtrū per eandē rationē oporteat ponere aliquē ꝓceptū communē quidditatiuū substātie ꝛ accidēti hz videri i methya physica ꝛc. ¶ Tertia ꝓclusio est E
3. cō. lusio q̄ deus ē nobis naturaliter pro statu vie cognoscibilis i aliquo conceptu cōplexo sibi ꝓpꝛio. et etiaz in aliquo simplici sibi ꝓpꝛio connotatiuo vl̄ negatiuo. ¶ Prima pars ꝓbat. qz aliquez conceptū ꝓpꝛium deo possumus cōponere ex conceptiōib⁹ simplicibus ab alijs rebus abstractis. sicut sunt tales cōcept⁹ entis. necessarium. summū bonū. sapiētia infinita ꝛc. ¶ Scōa ps ꝓbatur. qz possum⁹ de deo habere tales conceptus creatiuū. btificatiuuz. eternū increabile. ipassibile imutabile. ꝛc. Et iste conceptus est simplex ꝑm ꝓmuniter loquētes: q̄zuis distinctas significet siue ꝓncipaliter/ siue secundario hoc ē in recto vel in F
obliquo. ¶ Ex hac ꝓclusione sequitur. ¶ Primo q̄ nos hēmus de deo multos ꝓceptus q̄s nescimus eē conceptus dei nisi p discursum. Patet de istis ꝑma causa ens omnipotens ꝛc. ¶ Secūdo sequitur q̄ nos hēmus de deo multos cōceptus quos naturaliter non possum⁹ scire esse cōceptus dei. sed solū credim⁹. Patet de istis. trinitas personarū: generās deū ꝛc. nulli taliū cōceptuū deo sunt ꝓpꝛij simplices/ absoluti. sed oportet q̄ sint

cõmunes vel compositi vł cõnotatiui. qz ois cõcept⁹ proprius. simplex. ⁊ absolutus potest cognosci de re sine discursu ⁊c̃.

A ℔s ꝑmi articuli arguit ꝑmo

¶Sed contra ista instat ꝓbando ꝙ de⁹ non est a ꝓnobis cognoscibilis. ¶Primo qz si sic sequit ꝙ eẽt a nobis comꝓhensibilis. ꝓns est falsum ⁊ cõtra illũ ꝓphete.32. Potens es ⁊ magn⁹ consilio ⁊ incomꝓhẽsibilis. Ad idez Augustin⁹ lib. de videndo deuz. et Damascenus lib.1. Deus est incomꝓhensibilis: sed ꝓns ꝓbatur. qz illũ comprehendit a cognoscente qđ cognoscit eẽ tãtũ ꝙtum est. ptz per Augustinum de videndo deũ. Uidendo inquit comprehendit qđ ita videtur ꝙ nihil illius latet videntẽ ⁊c̃. sed cognoscẽdo rẽ quãta ẽ nihil ei⁹ latet cognoscẽs autem deuz cognoscit ens infinitũ. ⁊ per ꝓns cognoscit deum tm̃ quantus est igitur ꝓprehẽdit deũ. Cõfirmatur. qz oẽ simplex aut totaliter scitur aut totaliter ignoratur. qz in eo nõ potest eẽ pars scita ⁊ pars ignorata. si ergo de⁹ non totaliter ignoratur. ergo totalit scitur et per ꝓns comprehendit Et ꝟm Augustinũ in.12. de trinitate capi.14. Quicquid scientia comprehendit scientis ꝓprehẽsione finitur. de⁹ aũt ẽ infinit⁹. Igitur ⁊c̃.

2. arguit

¶Scdo arguitur sic quia dictum est ꝙ de⁹ nõ cognoscitur a nobis imediate in seipo sed in aliquo repzesẽtatiuo creato. sed ꝓbatur hoc eẽ impossibile. quia nullũ medium cognoscẽdi ducit in cognitionẽ alicuius nisi ꝓpt̃ simlitudinẽ quã habet ad ipm̃. qz sicut patet ex ꝓdictis. ois cognitio fit ratione assimilatois medij cognoscendi ad ipm̃ cognitum. ⁊ quãto est minus simile tanto imperfectiorem cognitionẽ inducit sed i infinituz maior est dissimilitudo. inter deum ⁊ creaturam. ꝙ sit similitudo ⁊ etiam in infinitũ maior ẽ simlitudo iter vnã creaturam et aliam ꝙ inter deũ et creaturã. ⁊ tm̃ ẽ dare duas creaturas inter quas non ẽ tanta simlitudo vt vna sufficiat ducere in cognitionez alteri⁹. igitur a multo fortiori nulla creatura potest ducere in cognitionẽ dei vel eẽ cognitio dei seu medium eum cognoscendi. Confirmatur ꝓbando ꝙ de⁹ seu alia res non potest cognosci in alio qz quando illud qđ denominat aliquid est totaliter extrinsecum alteri. nõ propter hoc denominat illũ alteruz igitur er hoc ꝙ aliquis conceptus seu aliqua spẽs vel imago alicuius rei cognoscitur non sequitur ꝙ illa res cognoscitur.

3. arguit.

¶Tertio arguit sic. Nullum obiectum infinitũ ꝓt cognosci a potentia ꝓceptiua finita. ꝫ de⁹ est obiectũ infinitũ et intellectus nostr ẽ finitus. igitur ⁊c̃. Minor patet. maior ꝓbatur. qa inter obiectũ cognitum et potẽtiam cognoscẽtem debet eẽ ꝓportio. vñ aliquod est obiectum qđ maxime ẽ ꝓportionatũ intellectui ad cognoscendũ ⁊ illũ nõ obiectũ infinitum vt notũ ẽ. igit. finitũ. ⁊ tamẽ illud obiectum est in certo gradu difficultatis ad cognoscendum. et per ꝓns omne quod excedit illud ẽ maioris difficultatis ad cognoscendum. sed deus excedit obiectũ omne datum in infinitum igitur est in infinitum maioris difficultatis ad cognoscendum. Igitur ⁊c̃.

Cōfirmat qz sicut est aliqd obie
etū visus corpalis qō ppter suā
magnitudinē non est pfecte ap-
prehēsibile a visu vt sol: z simili
ter est aliud obiectū qō propter
paruitatē suā non pōt perfecte
mouere visum. z est aliquod ma
xime ꝓportionatū visui. z si eēt
aliquod obiectū quod ifinite re
cederet ab illa ꝓportione nullo
modo apprehēderet. Jta simili
ter videt de itellectu. quare zc.

4.arguit ¶Quarto arguit sic nulla co-
gnitio infinite pfectiōis est no-
bis possibilis cū intellectus no
ster sit finite capacitatis sed co-
gnitio dei est infinite pfectiōis.
qz pfectioris obiecti est pfectior
cognitio igit zc. Confirmatur.
qz cognitio qua infinita cogno-
scerentur/ z qlibet eoꝝ distin-
cte esset cognitio infinite perfe-
ctionis. qz eqsaleret infinitis p
prijs noticijs illoꝝ infinitorum
si eēnt. sed deus est obiectū eq-
ualens vel excedēs illa obiecta
infinita Jgitur cognitio eiꝰ est
infinite perfectionis. quare. zc.

B ¶Ad ista rndetur. ad primū. qz
Ad ꝑmū. ibi fit mentio de cōprehensione
seu cognitiōe cōprehēsiua dei.
Jdeo de hac matia pono quat-
tuor ꝓpositiones. Prima est ꝙ
deus non potest a nobis cogno
sci quantum est cognoscibilis.
Ptz. qz deus cū sit infinitū ens z
per ꝙns infinite cognoscibile ex
natura sua nō est tn a nobis in
finite cognoscibilis. z sic nō est
cōprehensibilis a nobis. bn ta-
men concedēdū est ꝙ deus pōt
a nobis cognosci eēt tantꝰ quā-
tus est. quia potest cognosci eē
infinitus quantus veraciter est

C ¶Secunda ꝓpositio est ꝙ deꝰ
potest a nobis cognosci totali-
ter siue totus vt notetur totali
tas rei cognite sic ꝙ nichil eius
lateat videntem. Et isto modo
posset dici comprehendi. Non
tamē cōcedendum est ꝙ sic tota
liter cognoscitur ꝙ omnis veri-
tas de eo cognoscibilis cogno-
scatur. Et sic communiter capio
cōprehendi. ¶Tertia ꝓpositio D
z sequens/ gratis materie erūt
de ꝙprehēsione creature. Et sit
hec tertia. ꝙ creatura est a no-
bis cognoscibilis totaliter z cō
prehensiue. sic ꝙ cognoscitur a
nobis tanta cognitione messe
cognitionis quanta ipsa est ex
natura sua cognoscibilis. Patz
qz ipsa non est infinite cognosci
bilis cū nichil sit magis cogno
scibile ꝙ sit ens seu pfectum in
sua natura. sicut nichil est ma-
gis risibile aut rationale ꝙ sit
homo. Jgitur z cē. Non tamē cō-
cedendū est ꝙ aliqua creatura
sit a nobis cognoscibilis totali-
ter et cōprehensiue. sic ꝙ sit no-
bis possibile cognoscere omnē
veritatē de ea cognoscibilez. ꝺa
finite ꝓpitates sunt de ea cogno
scibiles zc. ¶Quarta ꝓpō est ꝙ E
nulla creatura est a nobis co-
gnoscibilis tāta cognitiōe quā
ta ipsa est cognoscibilis. Ptz. qz
deus potest ipsam cognoscere:
z de facto cognoscit infinita co
gnitione. quia eadē qua seipm.
Jgitur zc. Nō tamē ꝓpter hoc
sequitur quin sit a nobis cogno
scibilis quātum ipsa est cogno
scibilis ad sensum prius dictū.
quia ipsa nō est plus cognosci- Opinio
bilis ꝙ ens. ¶Jdeo dicūt aliq aliquoꝝ.
ꝙ creatura non est tantū cogno
scibilis ꝙ tū deus potest ipsam
cognoscere. z negant istam con
sequētiam. deus potest infinite

cognoscere a creaturã. igitur a creatura potest infinite cognosci. vel est infinite cognoscibilis Nam aliter esset concedendum ipaz esse infinite/ ⁊ per ꝓsequẽs equaliter cognoscibilẽ sicut de⁹ est cognoscibilis quod nõ videtur bene sonare. ¶ Sed istud dictum videtur oino impossibile: nam illa ꝓsequentia est euidẽs vnde dico ꝙ si concedat ꝙ de⁹ potest infinite cognoscere creaturã oportet cõcedere ꝙ creatura potest infinite cognosci. et ꝓ ꝓsequens ꝙ est tantũ cognoscibilis ꝙ tũ deus. et cõsequenter ꝙ ipsa est simpliciter magis cognoscibilis ꝙ ipsa sit ens ex natura sua. ideo qz istud non apparet mihi rõnabile. ¶ Dico ꝙ deus non potest infinite cognoscere creaturam. ⁊ nego istã cõsequẽtiã. de⁹ cognoscit cognitione infinita creaturã. ergo infinite cognoscit eã sicut ⁊ istã. deus dilectione infinita diligit creaturam. igitur infinite diligit eã Si autẽ alique auctoritates reperiantur q̃ dicant ꝙ deus infinite cognoscit creaturã: intelligende sunt infinite cognoscit. i. cognitione infinita. vel infinite cognoscit. i. infinitas veritates de ea cognoscit. sed tamen loquendo incomplete solũ finite ꝓducit et finite cognoscit creaturam: ⁊ finite diligit. Si dicat. ergo creatura est simpliciter a nobis tãtũ cognoscibilis: ꝙ tuz est a deo cognoscibilis. quia solum finite est a deo cognoscibilis: et precise tãtum: ꝙ tum ipsa est ex natura sua cognoscibilis et tãtum cognoscibilis est ipsa a nobis vt tertia ꝓpositio. igit ⁊c. Ad hoc probabiliter dico cõcedendo ꝓsequẽs saltem de aliqua creatura. ⁊ dico de aliqua et nõ de qualibet. qz forte aliq̃ est vel esse põt ita pfecta: ꝙ illa non esset a nobis cognoscibilis ꝙ tũ est ex sua natura cognoscibilis nõ tñ ꝓcedo aliqua creatura sit tã pfecte a nobis cognoscibilis ꝙ pfecte est cognoscibilis a deo. Sicut lz ꝓcederẽ ꝙ cã scda ita pfectũ ꝓducit effectum sicut causa ꝑma. nõ tñ ꝙ tã pfecte. quare ⁊c. Ex his ergo patz qualiter de⁹ vl̃ creatura est cõprehẽsibilis ⁊ q̃liter nõ. Et sic pz ad ꝑmã rõez. ¶ Ad scdam rõnẽ de similitudine dei ⁊ medij per qd̃ cognoscitur sit ꝑma ꝓpositio Qd̃ aliq̃d potest esse simile tudo alterius duob⁹ modis. Uno mõ in essendo ⁊ iperfectione quidditatiua. Alio modo in repsentando ⁊ in ratione repsentatiua Secũda est. ꝙ primo modo maior est similitudo inter quãcũq̃ creaturã ⁊ aliã. ꝙ inter creaturã ⁊ deũ. imo scdm aliquos iter deũ et creaturã est infinita dissimilitudo isto modo. Isti tamen negant ꝓsequẽtiam. ergo nulla est similitudo. scdm alios vero illa ꝓña cõcedit quia si est infinita dissimilitudo. igitur ꝙ ta maior cogitari nõ potest et ꝓ consequens sine aliqua similitudine Item si est infinita dissimilitudo igitur de⁹ est equaliter dissimilis oibus creaturis ⁊ per consequens si (cõstet similitudo) erit equalis: ⁊ erunt oms creature eq̃ simules deo vel nõ vna pl⁹ ꝙ alia. Jõ isti ꝓcedũt ꝙ inter hec nulla ẽ similitudo i essendo siue i perfectiõe quidditatiua. quia essentie habẽt repugnãtes ꝓditiones essendi. nam vna est ne-

improbatio:

A Opinio doctoris.

B Ad scdm.

eesse esse: alia ptingēs esse q̄cq̄d tamē sit de his patz propositio.

C ¶ Tertia propositio maior est hmōi sil'itudo iter aliquā creaturā z deū q̄z inter oēm creaturam z aliā. licet nō sit ita de oīm bus generaliter. Unde ad pñs potest hic assignari triplex simi litudo. Prima est maior collig ātia creature ad deuz. qz scilicet creatura est effect⁹: z causa re lucet aliquo modo i suo effectu ratiōe cui⁹ quis ex noticia creature ducitur in cognitionē dei. magis q̄z ex noticia huius crea ture in noticiā alterius cui⁹ nō est effectus nec habet talē colli gantiam ad aliā. Secūda simi litudo est ex hoc q̄ omis creatu ra ex quo oēm suā pfectionē re cepit a deo est mediū cognoscē di perfectionē dei. z sic pfectior creatura perfectior dei simlitu do existit. sicut de naturali pfe ctione. pz in hoie q̄ dicit imago dei z de morali pfectione ptz in hoie iusto in quo plura relucēt de deo. Tertia similitudo est p predicationē qz scilz multa p̄dicata pfectionalia p̄dicantur de deo z creaturis. z plura de deo et vna creatura q̄z de alia.

D ¶ Quarta ppō est q̄ ois simili tudo quā habem⁹ de deo in infi nitū differt ab entitate z perfe ctione dei. z ideo ois cognitio quā habemus de deo in ifinitū differt in rōe cognitiōis ab en titate dei in rōne ¦cognoscibili tatis. ita q̄ entitas diuina in in finitū magis est cognoscibilis q̄z hec cognitio sit cognitio et hoc ꝓbat rō. Ad ꝓfirmationem ꝓo dico q̄ denoiatione extrin seca aliq̄d potest dici cognosci. et hoc est q̄ aliq̄d aliud imedia te cognoscit qđ supponit ꝓ eo z cōuenit ei. Et ideo nō sequit. cō ceptus non est deus. igit̄ p hoc q̄ cognoscit cōcept⁹ non cogno scitur de⁹: sz bñ seq̄tur q̄ non co gnoscit immediate z in se sed in alio. Et hoc non est aliđ nisi q̄a nō possum⁹ deū in se cognosce re vtūr ꝓ eo vno cōceptu sibi attributo z illi ꝓceptui attribui mus q̄cq̄d pōt deo attribui non ꝓ se sz ꝓ deo. z sic dr̄ de⁹ cogno sci in alio. Alio mō p̄t dici q̄ de⁹ non cognoscit i se. qz non cogno scitur cognitiōe sibi ppria sz cōi sibi z alijs. saltē in significādo: sz non supponēdo z iō non dicit in se cognosci. qz ꝓcurrit aliq̄d aliud in ratiōe obiecti q̄z uis de us in rōne obiecti imediate ter minet illū actū cognoscendi. Et iste modus videt mihi ꝓbabilis

¶ Ad tertiā de ꝓportione obie cti ad potētiā. z c. pono q̄ tuor ꝓ positiones. Prima est q̄ aliq̄d est obiectū maxime ꝓportiona tū intellectui vel p̄t ee z illđ non est infinitū. z est in certo gradu difficultatis. Scđa est q̄ omne illud qđ excedit illud obiectum in pfectiōe est maioris difficul tatis ad cognoscēdū. z non ita pfecte cognoscit ab intellectu. z si ita pfecte hoc est cū maiori difficultate. Tertia est q̄ non ꝓ pter hoc sequitur. q̄ obiectū qđ excedit illud in infinitū sit infini te difficultatis ad cognoscēdū: sed bñ seq̄tur q̄ est infinite diffi cultatis ad cognoscēdū ita pfe cte sicut intellect⁹ intelligeret illud obiectū maxime sibi ꝓpor tionatū. Uñ bñ cōcedit: z hoc p bat rō. q̄ noster intellect⁹ nō pōt pfecte cognoscere deū nec ita p fecte sicut illđ obiectū. Ex his se

Ad tertiū

quitur quarta,ppõ.q; intellect⁹ nr̃ fm suã facultatẽ:cognitionẽ dei recipit; nõ fm dei cognoscibilitatẽ: ; iõ cognitio dei nõ dr̃ in nobis finita vl̃ infinita a re cognita finita vl̃ infinita:sz a facultate cognoscẽtis. Et sic nõ sequitur. de⁹ est infinit⁹. igit̃ cognitio nr̃a de deo est infinita:sz qz intellectus nr̃ finit⁹ est: ideo finite cognoscit deũ. ; sic pz ad rationez. Ad cõfirmationẽ de sensu ꝓceditur assumptũ. ; hoc est: qz excellens sensibile corrũpit sensũ: nõ sic aũt est de intellectu. q̃re ;c.

A ¶Ad q̃rtã ꝓceditur maior: ; negat minor. ; ad ꝓbationẽ dico. q; q̃libet vna noticia sit pfectior alia (qz pfectionis obiecti) nõ tñ simpl̃r ; vl̃r opz sic eẽ: sz cũ ista circũstãtia ceteris paribꝫ. possz eẽ altũde noticia fore ita iperfecte: q; maior impfectio obiecti nõ faceret eã magis pfectã. bñ seq̃tur tñ eã eẽ magis pfectã pfectione ꝓueniẽte ex parte obiecti absolute ꝓsiderati: ; sic pz q; nõ est necesse infiniti obiecti noticiã esse infinite pfectiõis. sed stat ipam eẽ minus pfectã q̃libet sit aliqua noticia obiecti minus pfecti. q̃re ;c.

B ¶Ad ꝓfirmationẽ dico q; ista cognitio q̃ infinita distincte cognoscerẽtur eẽt infinite pfectiõis in rõne cognitionis: qz eq̃aleret infinitis cognitionib⁹ ppr̃ijs. ; nego ꝓñaz: q; ergo illa cognitio quã habem⁹ de deo sit infinite pfectionis: sz solũ illa q̃ de⁹ cognoscit se: qz licet ista cognitio quã habemus de deo sit de obiecto q̃ eq̃alet illis infinitis;tñ in infinitũ min⁹ facit cognoscere illũ q̃libet illa cognitio faceret q̃ eẽt infinitor̃ obiectorũ. Uñ si ista cognitio quã habem⁹ de deo faceret ipm cognoscere tñ q̃libet cognoscibilis est rõ bñ ꝓcluderet. igit̃ ;c. Et sic pz ad ꝓdictas rõnes. Et hec de toto ꝓmo articulo.

C 2. articli pria ps

¶Quantũ ad fm articulũ in quo videndũ est vtrũ nobis sit per se notũ deum esse. Primo premittã diffinitionẽ q̃d nois q̃d dicat̃ per se notũ. Secdo ponã ꝓclusiones rñsales ad articulũ. Tertio arguã in ꝓtrariũ et breuiter in diuersos modos dicẽdi eligã hicynũ ;c. Quantũ igit̃ ad primũ punctũ dico q; illũd q̃d ꝓprie dr̃ p se notũ est ipsa ꝓpositio: ; nõ ipius ꝓpõnis significatũ: qz non pono aliq̃d ꝓplexe significabile seu significatuz totale ipsi ꝓpositioni adeq̃tũ sicut imaginãtur aliq̃. ideo p se notũ pt describi q; est ,ppõ q̃ vel alia sibi eq̃alẽs in significãdo cuilibet vti rõne potẽti naturaliter potest eẽ nota absq̃ indigẽtia noticie alicui⁹ extrinseci. Dico primo q; vel alia sibi equiualens ;c. vel oino similis: quia nulla vna numero ẽ cuilibet nota. Dico secundo cuilibet vti ratione ;c. qz ipsa ꝓpositio p se nota debet esse talis q; cuilibet aduertẽti eam sit euidẽs nec possit naturaliter esse dubia. Per primum excluduntur ꝓpositiones dubie credite/vel opinate. per secundũ vero ꝓpositiones: que licet non sint dubie: tamen possunt esse dubie ante demonstrationem vel experiẽtiam. Dico tertio sine indigentia noticie ;c. quia si ad suã noticiam alia noticia esset necessaria iaz non esset per se nota. Sz quarto addo alicuius extrinseci: qz non excluditur noticia terminorũ per hoc quod dr̃ per se. Nam sine

noticia terminoꝝ non potest aliqua propositio eē nota. Unde dicit phūs q̄ principia cognoscimus inq̄ntū terminos cognoscimus: quod intelligendū est de illis puncipijs que vocātur dignitates: non autem de illis que sumuntur per viā sensus ꝛ experientie. Hec igit descriptio sic intellecta est de intētiōe phi secundo posteriorū: et commentatoris .3. de anima. cōmēto .36. vbi loquitur de dignitatibus ꝛ propositionibus que sine doctrina: et sine antecedentis cognitione veniūt in mentē. ¶ Ex
D predicta descriptione sequūtur alia correlaria. ¶ Primuꝫ est q̄ nulla ꝓpositio ꝓtingēs est per se nota q̄ nulla vel sibi equius lens potest naturaliter cuilibet esse nota sine ꝛē. cū quelibꝫ per experiētiā prio fiat nota Un̄ nulla ista ꝫ ego intelligo ego diligo ꝛē ꝓprie dicitur per se nota q̄ q̄libet per experiētiā intellectus lem est nota: ꝛ licet sit michi nota non tn̄ cuilꝫ alteri ꝛ si ita ē de his sequit ita eē de oibus alijs a fortiori. Secūdo sequit q̄ non ois ꝓpositio immediata est per se nota: q̄ multe sūt imediate q̄ absq̄ experientia cognosci non possunt sicut iste aliquid mouetur calor est calefactiuꝰ ꝛē.

Tertio sequitur q̄ nulla propositio demōstrabilis est per se nota: q̄ ois talis ē dubitabil': sed nl'la dubitabil' ē p se nota: ꝛ hoc est ꝫ Aureolum qui tenet q̄ quedam communes animi ꝓceptiones ꝛ per se note propositiones veniunt in mentem quodam sil logismo iperceptibili vt q̄ oīe totū sua pte quātitatiua est maius. ꝓbatur ex hoc: q̄ contunet partē ꝛ addit super eā ꝛ ad hoc est alacen: 2. perspectiue. ca. 2. dicens. q̄ plures sunt ꝓpositiones que reputant q̄ sint prime ꝛ tn̄ non cōprehenduntur nisi p rōnem. verbi gratia de predicta E
propositione. Sed istud nō valet: q̄ siue illa propositio sit per se nota siue non: dico tn̄ q̄ nō ē demonstrabilis q̄ius sit sillogisabilis sillogismo ex veris ꝛ necessarijs: q̄ licet iste sillogismꝰ sit bonus ꝛ ex necessarijs. oīe quod continet tantū ꝛ amplius est maius sua parte oē totū continet partē ꝛ amplius ergo ꝛc. q̄ premisse non sūt notiores cōclusione vt patet ideo nō est demōstratio sꝫ petitio ꝛc. ¶ Quar F
to sequitur q̄ non ois propositio cuius predicatū includitur in rōe subiecti est p se nota nec etiā ois ꝓpōis per se note p̄dicatū includit in rōne subiecti: ꝛ hoc est cōtra aliquos doctores. Primū tn̄ pꝫ: quia aliter sequit q̄ ois ꝓpō in qua p̄dicat diffinitio: vel pars diffinitionis de diffinito est et per se nota: consequētia pꝫ: ꝛ falsitas ꝓntis nota ē Scōz etiā pꝫ q̄ iste sūt etiā per se note hō est asinus vel nō est asinus. Si ab equalibus eq̄lia ꝛc. ꝛ tn̄ predicata nō sunt de ratione subiectoꝝ vt notum est igitur ꝛē. Sic ergo patet q̄d sit per se notū ꝛē. ¶ Hijs ergo premissis ponā tres cōclusiones rn̄sales ad p̄ntem articulū. Prima et principalis est: q̄ licet ista ꝓpositio deus est. nō sit per se nota nobis erntibus in via ipa tn̄ quam formant beati in patria ē per se nota. Prima pars ꝓbatur: quia illa propositio quam de facto habemus est naturali

Improbatio p̄dctē. opinōis.

G
Secundi articuli. Secunda pars. 1. questio

Opinio aureoli

ter dubitabilis. igit ꝛc. ꝓña pt ꝫ ex dictis. ꝛ antecedēs apparet de se ꝛc. Scda pars ꝓbatur qꝛ beatus apprehēdens illos terminos: ꝛ formās ꝓpōnē naturaliter assentit ei sicut ꝑmo principio nec posset eā pl⁹ dubitare qꝫ primū principium ꝛ ita esset de quolibꝫ alio itellectu formāte talem propōnē ꝛc. Igitur ꝛc. Añs pꝫ ꝛ ꝓña tz: qꝛ illa ꝓpō est per se nota q̄ licet non naturaliter veniat in mētē tñ ipa formata siue voluntarie: siue naturaliter siue supernaturaliter eius evidentia naturaliter venit in mentē ex sola noticia terminoꝝ Sicut eñ (vt dixi) ꝓpositio p se nota non excludit noticiam terminorum: sic nec noticia terminoꝝ est causa sufficiēs talis noticie: sed cum noticia terminoꝝ requiritur formatio ꝓpōnis. q̄re. ꝛc. ¶ Ex prima pars ꝯclusionis sequitur qꝫ deum esse nō est ꝑmū principiū/ ꝛ primū oim verox ea naturaliter p̄cēdēs ꝯtra auctorē de causis. ab .11.c. vsqꝫ ad finem. 22. partis ꝑme sūme siue contra pelagiū. pꝫ qꝛ ꝑmuꝫ principiū debet eē per se notū. Item pꝫ ex vno ab isto doctore frequenter assūpto. ſ. qꝫ pri⁹ natura est a quo non conuertitur subsistendi ꝯsia. constat autē qꝫ evidēter sequitur deus ē: ergo deus est: vel nō est. ꝛ econuerso non sequitur evidenter vt patz. igitur ꝛc. Unde gratia hui⁹ pono hic quattuor conditiōes primi principij omnium verorum.

B ¶ Prima est qꝫ tale primū principium debet eē complexū. ptz. quia loquimur de ꝑmo ꝑncipio in cognitione et non in causalitate. Secunda est qꝫ debet esse oim ꝯplexoꝝ notissimuꝫ: patet quia debet esse primū in evidētia ꝛc. Tertia est qꝫ dꝫ esse ex teris cōmunissimis ꝛ cōmunissimum. patet. qꝛ debet ad omia alia vera se extendere. Quarta est qꝫ debet esse ꝓpō affirmatia vel saltem non pure negatiua ꝛ propositio ypotetica vel saltē non pure cathegorica. pꝫ. quia affirmatio est prior pura negatione et per consequens ꝓpositio pure negatiua non pōt esse primū principiū ꝯplexū: sed ꝓpositio pure affirmatiua. Et cathegorica non pōt esse primū ꝑncipiū. qꝛ nulla talis est evidentissima: vt ptz inductiue igitur sequitur qꝫ primū ꝑncipiū ꝯplexum est propositio ipotetica affirmatiua sicut ista aliquid est vel nichil est vel est propositio nō pure cathegorica: sed de ipotetico extremo nec pure affirmatiua nec pure negatiua qualis est ista quodlꝫ est vel non est. Et sic ex his patet qꝫ primū principiū ꝯplexum non est illud deus est. Et secunda parte conclusionis sequitur qꝫ illa ꝓpositio de⁹ est. quam formam⁹ et illa quaꝫ format beatus non sunt oino similes speciuoce sed vna est perfectior alia in spē. pꝫ aliter vna eēt p se nota sicut alia qđ ē fl'm. Sic g̃ pꝫ qꝫ nō est nobis p se notum deū eē. ¶ Sed vidēdū ēvtꝫ sit nobis evidēter notū seu demōstrabile. ¶ Et de hoc sit scda ꝯclo qꝫ lꝫ ista ꝓpō de⁹ ē non sit nobis evidēs aut evidenter demonstrabil' ipa tñ ē naturaliter ꝓbabilis ꝑ ꝛia ps declarabitur ꝫ scda ps pꝫ. qꝛ ꝑsi naturali ratione ꝓbauerūt ꝑmū motorē eē ꝑmā causā eē. ꝑmū ꝑncipiū eē.

C 2. ꝯclusio

vt pz.8.phi.t.12.meth.igit ꝛc̃. Sed ad declarationē prie partis pono aliquas ppões. Pria est q̃ ex nullis apparentib⁹ naturaliter potest ꝯcludi deum eē euidēter. patet. qz si sic maxime hoc eēt ex processu phi argentis ex mutatione ꝛ nouitate rerum cū finito ꝓcessu in causis mouentibus et motis sicut pz. 8. phisicoꝝ. 12. methaph̃ et in pluribus passib⁹ phisice ꝛ methaphisice. Nullus em̃ videtur fortior modus ꝓbandi. Sed licet iste modus bñ sit ꝓbabil' tñ nō demōstratiue nec euidēter cōcludit deum vt postea ostendaz igitur ꝛc. ¶ Secūda propositio est cōtra vnū doctorē paris Cōradū de rippa. Non ex quolibz gradu essendi euidenter infert immensitas gradus primi. pz. quia vel hoc esset supponendo processū finitū in gradib⁹ eēndi et hoc nō qz hoc nō est euidens vel supponendo ꝓcessū infinitū ꝛ hoc non quia tunc nullius talis gradus ꝯcluderetur primitas sicut nec ex infinito processu in partib⁹ ꝯtinui ꝯcludit aliquis illaꝝ vltimitas. vñ patz q̃ deductio illi⁹ doctoꝝ petit principiū ꝛc̃. Tertia est contra eūdē q̃ ex nulla entitate immateriali seu quāuis in mēte nr̄a creabili specie intellectibili precise potest euidenter cognosci deuz esse. patz. qz quacūqz tali posita in mente adhuc deus libere obiicit se menti nostre: vt obiectum cognoscibile igitur ꝛc.

¶ Quarta ex sola dei gratuita vnione cū mente nr̄a p̄ modū obiecti visibilis ac luminis sufficienter de se lucentis cū alijs ex ꝓte potētie nr̄e intellectiue reqsitis pōt euidēter cognosci deū esse. Pars exclusiua pz ex p̄cedētibus sed affirmatiua apparet qz talis p̃tia seu vnio dei ad mentē nr̄am nō min⁹ sufficit generare euidēs iudiciū de sui existentia q̃z obiectū sensibile ꝛc. Ex his ergo patet prima pars cōclusionis ꝛc̃. ¶ Tertia cōclio D est q̃ licet ista propō deus nō ē ꝛ ꝯclusio. nō sit primū falsū ipa tamē non minus implicat ꝯtradictionē q̃z primi principij ꝯtradictoriaꝝ. ¶ Prima pars pz ex p̄cedētib⁹: qz sua ꝯtradictoria nō ē primuz ver. Itē nō infert euidēter q̃lz falsū. igit' ꝛc. ¶ Sed ad declara- E tionē secūde partis pono aliqs propositiones. Prima ē q̃ sicut vnū impossibile nō ē impossibilius alio: sic ex q̃lz impossibili sequitur ꝯtradictio. Primū patet de se. Secūm sequit' ex prio ꝛc̃. Itē ꝓbat. qz ipossibile ē ita eē sicut p aliꝰ ipossibile. signat. quinta sit sicut p q̃lz aliꝰ signatur igit' ꝛc̃. Itē cū nihilo ipossibili stat primū principiū. igit' p rīaz cōez oppositū primi principij sequitur ꝛc̃. Secūda propositio ē sicut quodlibet impossibile implicat cōtradictionem sic non quodlibet impossibile euidenter infert falsitatem. Primū patet. qz ex quolibet impossibili sequuntur contradictoria vt dictū est. mō hoc intelligitur per implicare ꝯtradictionem. igitur ꝛc. Unde apparet ex hoc q̃ mgr̄ Hugolin⁹ male negat istā ꝯditionalē: si de⁹ non esset deum non esse non implicaret. Respondet enim q̃ immo adhuc implicaret. sed ego bene concedo q̃ si deus nō esset adhuc deū non esse implicaret sed ꝓpter hoc non ē alia ꝯditio-

nalis negãda ⁊c̃. Scõm ptz de duabus cõtradictorijs de possibili opinalib⁹ adutrũlibet sicut sũt iste deus ꝑt facere supremã speciez: de⁹ nõ potest facere supremam speciẽ. Altera eñ ẽ impossibilis ⁊c̃. Tertia ꝓpõ est ꝙ licet bonus logicus sciat ex q̃lz impossibili sequi contradictionem tñ ex aliquo impossibili bonus logicus nõ scit sequi falsitatem. Patet ex dictis. Quarta est. licet bonus theolog⁹ ex aliquo impossibili cognoscat sequi quodlibet certitudinaliter tamen ex eodẽ impossibili ne scit sequi aliquod falsũ euidenter. Patet de isto impossibili deus non est vel non trinus ⁊c. Sic ꝫ patet ex his ꝙ ista deus nõ est implicat ꝯtradictionẽ licet non explicet. i. non sit nobis euidẽs ipsam inferre cõtradictionẽ. Et sic patet tertia cõclusio: ⁊ rñsio ad istũ articulũ. ⁊c. ¶ Sed contra predicta arguitur: et primo contra illud quod dictuz est in prima conclusione: et in secũdo correlario eius. et probatur ꝙ ista propositio deus est quam formamus et illa quam format beatus sunt eiusdem speciei et per ꝯñs si vna est per se nota et alia. quia vel ad illam quã formatviator ꝯcurrit de⁹ tãq̃ obiectũ agens et causãs ac terminans illã ꝓ põnem vel nõ. Si sic cum intellectus sit eiusdẽ spẽi. et obiectũ idem sequit ꝙ vtraq̃ cognitio erit eiusdem speciei ꝯña patet per ꝓ̃z 8. methaphisice. Si materia sit eadẽ ⁊ agẽs idẽ forma erit eadẽ Si nõ sequitur ꝙ illa ꝓpõ quã formam⁹ de deo ñ erit cognitio dei ⁊ ꝓ ꝯñs de nulla ei⁹ cognitio erit nobis naturaliter possibilis ꝯtra ꝑdicta in primo articulo sed ꝯña ꝓbat per Aug. nono de trini. c. 9. liq̃do tenẽdũ est ꝙ ois res quã cognoscimus generat in nobis suam noticiam. Ab vtroq̃ eñ pariter noticia scz a cognoscente ⁊ cognito. ¶ Secũdo arguit contra primam partez conclusiõis secunde et primã ꝓpositionem ⁊ probatur demonstratiue deũ eẽ scz per processũ philosophi ⁊ arguitur sic. Manifestum ẽ aliqua moueri: sed oñe q̃ mouet ab alio mouet: ⁊ nõ est ꝓcessus in infinitũ igitur ẽ deuenire ad aliquod mouens imobile. Silr arguitur. manifestũ ẽ aliq̃d esse nouiter ꝓductũ: ⁊ non a se igit ab alio. Et nõ est ꝓcessus in infinitum nec est circulatio igit est deuenire ad aliquod producẽs in productũ. Et illud est deus igitur cum ista deductio sit euidens sequitur euidenter deum eẽ. ¶ Tertio ad idẽ arguit ꝑ ꝓcessũ venerabilis Anshelmi in libello suo contra insipiẽt ẽ dicẽtem in corde suo nõ est de⁹ vbi multis. ca. nititur demonstrare deum esse. Sed qr rationes sue non solum non sunt demonstratiue imo pure sophistice. ⁊ peccantes in logica ꝓpter cui⁹ defectum iste deuotus homo non solũ in hoc loco: sed in alijs passibus sepe deceptus fuit vt dicit vnus doctor et patet intuenti iõ nolo in ꝓcessu suo insistere Sed tñ breuit arguo sic demonstrabile ẽ ꝟitatẽ eẽ igr ⁊ deũ eẽ. ꝯña ꝓz ⁊ añs apparet qr Anshelmus credidit hoc demonstrare monologiõ. 18. Cui⁹ vis stat in hoc qr si ꝟitas nõ ẽ ꝫ ꝟitatẽ nõ eẽ vep ẽ ꝫ ꝟitas ẽ. ⁊ sic ꝟitatẽ eẽ

Scõs ar.

3. arguit.

A .2. articli. .3. pars ar primo.

sequitur ex vtraq; parte ꝓtradictionis quare.ꝛc. ¶Quarto arguit ꝓtra tertiã ꝓclusionẽ ꝛ dicta ibidẽ ꝓbando ꝙ ista deꝰ nõ est nec quelibet ipossibilis iplicat ꝓtradictionẽ qꝛ intellectus põt itelligere impossibile.ergo nõ quodlibet ipossibile iplicat ꝓtradictionẽ. ꝓña tenet qꝛ itellectus nõ potest itelligere ꝓtradictoria. Antecedens apparet qꝛ itellectꝰ ipossibile opinat.ꝛc. Item ptz qꝛ nõ minꝰ potest itellectus intelligere ipossibile q̃ volũtas velle ipossibile sed hoc potest volũtas qꝛ voluntas est ipossibiliũ.3.ethicoꝝ. Patz etiã de penitẽte qui vellet nõ fecisse qđ fecit. Itẽ de lucifero qui appetuit equalitatẽ dei. Item de pelagianis qui volunt esse ꝑmi dñi suoꝝ actuũ. Itẽ de odiente deũ.ꝛc. ¶Ad ista respondet ad primũ.dico primo ꝙ ad illã cõcurrit deꝰ tanq̃ obiectũ agens ꝛ terminãs nõ tamen imediate terminãs. vt ptz ex supradictꝫ in primo articulo. Dico secũdo ad illã auctoritatẽ phi: ꝙ si subiectũ sit idẽ/ꝛ agens idẽ/sequit eadẽ forma.quãdo agens naturaliter agit ꝛ eodez modo se habet ad passum: ꝛ subiectum est eodẽ modo dispositũ: sed nõ est incõueniens ꝙ idẽ itellectꝰ de obiecto habeat cognitiones specie distictas sc̃z aliã ꝛ aliã habitudinẽ vel dispositionẽ intellectus obiecti vel medij sicut in ꝓposito. Dico tertio ad illaz partẽ antecedẽtis ꝙ licet omne subiectũ cognitũ terminet suaz cognitionẽ ex eo ꝙ aliquod obiectũ terminare aliquã cognitionẽ nõ est aliud q̃ ipsum cognosci ꝑ illã: tamẽ nõ omne obiectũ cognitũ agit suã cognitionẽ: qꝛ aliqđ est obiectũ cognitũ qđ nõ est nec fuit: ꝛ nihil tale agit vel egit.ꝛc. Dico q̃rto ad auctoritatẽ augustini ꝙ illa debet intelligi de re quã cognoscimus imediate in seipa: ꝛ sic est vera.vñ patz ad rationẽ. ¶Ad secũdã dico ꝙ ille ꝓcessus ꝓbi nõ ꝓbat demõstratiue deũ esse. vñ dico primo ꝙ nõ est euidẽs euidẽtia sũma aliquid moueri: diceret em̃ ꝑteruus: qꝛ licet sic appareat tamẽ nõ sic est. Scõo dico ꝙ licet esset euidens aliqđ moueri. nõ tamen illud ab alio moueri. diceret em̃ ꝑteruus ꝙ aqua seipsam mouet ad replendum vacuum.ꝛc. Similiter ipsa aqua calefacta seipsam reducit ad frigiditatẽ.ꝛc. quare.ꝛc. Tertio dico ꝙ licz esset euidẽs omne qđ mouet ab alio moueri ꝛ concesso ꝙ non est ꝓcessus in ifinitũ in mouentib9/qđ non est euidẽs: tamẽ ꝑ hoc nõ ꝓcluditur mouens imobile diceret em̃ ꝑteruus ꝙ mouet.b.ꝛ licet b.ꝑ tũc sit mouẽs immotũ non tamen imobile. Quarto dico ꝙ nõ est euidẽs ꝙ circulatio nõ sit possibilis ꝛ imo sic est ꝙ est possibilis diuerso genere cause.q̃re ꝛc. Et ꝓsimiliter posset responderi ad alios modos probandi deũ esse. De ꝓfirmatione autez q̃ est de nouitate rerꝝ.ꝛc.postea dicã ¶Ad tertiã dico primo ꝙ ista ꝓña nõ est euidens veritas est.ergo deꝰ est.ꝛc. Scõo dico ꝙ ãtecedẽs nõ est euidẽs nec hoc demõstrat Anshel.vide ad probationẽ eius dico tertio.ꝙ licet ista ꝓditionalis sit vera si veritas nõ est/veritatẽ nõ esse verũ est: qꝛ ãtecedẽs est ipossibile vt

4.argꝰ.

B Ad ꝑmuz

C Ad secõm.

D Ad tertiũ

alias diri tamen illa nõ est euidens sicut nec ista. si homo non est asin⁹ hoiem nõ esse asinũ. est verum. Quarto dico q̃ ista ꝓña non est euidens nulla veritas est. ergo ista propositio est vera vel eius ꝓtradictoria. ꝛc. qz stat q̃ nec ipsa nec sua ꝓtradictoria est vera vt patet: ꝛ sic ista ratio
A peccat p logicã. ꝛc. ¶ Ad quar-
Ad q̃rtũ. tam ꝓcedo antecedens et nego ꝓñam vnde primo dico q̃ intellectus potest intelligere ipossibile nõ solũ intellectione apprehensiua: sed etiam iudicatiua. Scõo dico q̃ intellect⁹ põt intelligere ꝓtradictoria ꝛ licet de intellectiõe iudicatiua hoc possit negari tamen de apprehensiua nullus negat. Tertio dico q̃ licet intellect⁹ possit assentire alicui ipossibili ꝛ ipse nõ possit assentire ꝓpositiõi ipossibili que est copulatiua ex ꝓtradictorijs nõ tamẽ sequit quin quodlibet ipossibile iplicet ꝓtradictionez licet nõ explicet ꝓtradictionem sicut talis copulatiua. Et ratio diuersitatis est: qz talis copulatiua euidenter implicat ꝓtradictionẽ: ꝛ hoc ego voco explicare seu iplicare ꝓtradictionẽ nõ sic autẽ quodlibet aliud ipossibile. quare. ꝛc. Quarto dico ad cõfirmationẽ q̃ volũtas potest velle ipossibile vel saltẽ ipossibile põt velle. ꝛ hoc videre meo bene probant ille sex rationes ibidẽ inducte: vt ptz intuenti et deducẽti. ꝛc. Et sic ptz ad istas rationes. Et hec de scõo articlo.
B ¶ Quantũ ad tertũ articulũ in
Tertius articulus quo videndũ est vtrũ nobis sit euidenter notũ tantũ vnũ deuz esse. Primo premittã descriptionẽ/ siue q̃d nois hui⁹ termini de⁹. Secũdo ponã cõclusiones Tertio obijciã ꝓtra. ꝛc. Quantum igitur ad primũ punctum notandũ est q̃ ad describendũ deũ nõ oportet oẽs eius ꝓditones ꝛ ꝓprietates includere in eius diffinitiõe qz hoc nobis foret ipossibile. ideo dicũt aliqui q̃ sufficit oẽs/ vl̃ plures/ vl̃ aliquas earũ de ipso notiores ꝛ sibi soli cõpetentes in ei⁹ descriptione ponerez inde est q̃ eius dantur diffinitiones diuerse a diuersis sicut ptz in libris sanctorũ et doctorũ. Ad ꝓuenienter autẽ describendũ datur ab aliquib⁹ hec regula q̃ de⁹ debet describi per oẽm terminũ signãtem pfectionem simpliciter siue bene esse simpliciter sic q̃ in oĩ materia meli⁹ est ipsum esse q̃z nõ esse/ ꝛ hoc cum isto aduerbio summe. vt dicẽdo q̃ de⁹ est ens summe bonũ. summe sapiens. summe potẽs et sic de alijs. ꝛc. ꝛ quanto plures termini ibidẽ congregãtur tanto melioꝛ ꝛ pfectioꝛ est descriptio. ꝛc. ¶ Sẽ- C
cundo notandũ est q̃ ista regula nõ videtur oĩno ratiõalis qz scõm istũ modũ dicendi nõ erit aliqua certa descriptio dei ꝓcui⁹ declaratione aduertenduz est q̃ aliqua est pfectio simpliciter de qua non est nobis euidens q̃ sit perfectio simpliciter sicut est ista posse facere quodlibet aliud a se. ꝛ ita stat aliquẽ de deo aliquã ei⁹ ꝓprietatẽ ꝛ pfectionẽ simplicit negare/ dubitare/ vel opinari quã alius firmiter credit. Sunt eñ multe pfectiones simpliciter ꝛ ꝓprietates dei q̃ pure credũtur ex fide vl̃ quas nullo modo est euidẽs deo ꝓuenire sicut esse liberum.

actiuū.ꝛ infiniti vigoris. ꝛ sic de multis alijs.quare.ꝛc. Ideo adꝙueniēter describendū deū pono istā regulā ꝙ deꝰ debet describi ꝑ illud qđ cōmuniter cōceditur deo cōuenire ab oibꝰ quiꝙcedūt deū esse/ vt dicendo ꝙ deꝰ est ens summe bonū et pfectissimū in entibus. Oēs em cōcedentes deū esse ꝙmuniter cōcederēt deo illud ꝙuenire. ꝛ sic ista descriptio erit certa et cōis apud oēs ꝙcedentes deū esse. Non sic autem esset si in sua descriptione deberēt poni cōiter ꝛ idifferēter alij termini signātes pfectiōes simpliciter qui de deo nō ab oibus/ sed solū ab aliquibus/ vt a fidelibꝰ ꝙcedūntur. sicut sunt isti essentia ꝑductiua oim alioꝝ a se. essentia infiniti vigoris. essentia cōmunicabilis tribꝰ suppositȝ. essentia creatiua de nichilo.ꝛc. ¶ Tertio notandū ꝙ sicut iam patȝ ex dictis in descriptiōe dei debet poni istū aduerbiū sūme vt aliꝰ suplatiuꝰ includens ipsū. sicut dicēdo ꝙ deꝰ est ens summe bonum. vel pfectissimū in entibus Et ideo sicut suplatiuus potest dupliciter exponi affirmatiue ꝛ negatiue. sic iste terminꝰ deꝰ potest habere duplicē descriptionē. Prima est ꝙ deus est ens omni alio a se melius ꝛ pfectiꝰ Secunda est ꝙ deꝰ est ens quo nichil est melius/ vt perfectius

D

E ¶ Dūs premissis pono tres cō
2. ꝙclusso. clusiones. Prima ꝙ licet primo modo describēdo deū nō possit a nobis euidēter ꝓbari tantuȝ vnū deuȝ esse. tamen sic potest euidenter ꝓbari ꝙ ad deū esse sequitur tantum vnū deū esse. Prima pars ꝓbatur quia ista propositio deus est. non est per se nota nec ex per se notis demonstrabilis: nec est nobis per experientiam euidens vt satis patet ex dictis in primo articulo. Igitur ista tantum vnus deus est. non potest nobis euidēter probari describendo deum illo modo. Consequentia patet quia secunda euidenter infert prima.ꝛc. Secunda pars probatur quia euidenter sequitur deus est. est ergo tantum vnus deus: quia si detur oppositum scilicet ꝙ sint duo dij et plures dij illo modo describendo deuȝ euidenter sequitur cōtradictio quia sequitur. a. ꝛ. b. sunt duo dij. ergo per illā descriptionē a est pfectior. b. ꝛ similiter ergo. b est pfectior. a. ꝛ ꝓ ꝙns. a. est pfectior ꝛ unpfectior ꝙꝝ. b. ꝛ. b. ꝙꝝ. a quare.ꝛc. ¶ Secūda cōclusio ꝙ licet secūdo modo describendi deū non possit a nobis euidēter ꝓbari tantū vnū deum esse: nec ꝙ ad vnū deū esse sequatur tm̄ vnū deū esse. tamen ꝙ nō possit euidenter ꝓbari nō possumus euidenter ꝓbare. Prima pars ꝓbatur. qꝛ dicēti ꝙ sunt plures dij equaliter perfecti nō potest euidenter oppositū ꝓbari plus ꝙꝝ possit euidenter ꝓbari opposituȝ dicenti ꝙ sunt plures res equaliter pfecte quarum quelibet est deus sicut arguebatur ante oppositū ꝛc. Secūda pars ꝓbatur qꝛ licet rationes ꝓbantes vnitatem dei possint ꝛappārenter solui: ꝓpter quod bene concedo ꝙ vnitas dei nō potest nobis euidenter ꝓbari. tamen non potest euidenter ostendi ꝙ ille rationes non concludūt. qꝛ hoc non posset euidenter ostenF

2. ꝙclusio

di nisi euidenter soluendo rationes illas quod nõ possumus. Propter quod ꝯcedo q̄ ista negatiua vnitas dei nõ potest euidenter ꝓbari. nõ potest a nobis euidenter ꝓbari sicut licet ista sit vera trinitas personaꝝ non potest a nobis euidẽter ꝓbari: tamen ista negatiua non potest euidẽter ꝓbari. ꝛc. ¶ Tertia cõclusio q̄ licet nullo predictoꝝ modoꝝ describendo deũ sit nobis euidẽs/ aut possit esse in naturali lumine tantuz vnũ deum esse. tamen hoc est ꝓbabile naturali ratione. Prima pars sequitur ex dictis suppositio quid nominis huius termini lumen naturale. per quẽ intelligo lumen sine cognitionẽ sine errore intellectui possibilẽ de cõmuni cursu nature. Et dico sine errore q̄ cognitio erronea non debet dici lumen naturale sed potius tenebra. sic ergo sumendo lumen naturale. ꝓz q̄ in naturali lumine nõ est nobis per se aut ꝑ experientiã notũ tantum vnũ deũ esse vt clarũ est: nec ex taliter notis potest nobis euidenter ꝓbari vt dictũ est quare sequitur q̄ hoc nõ est nobis euidens nec potest esse. igitur. ꝛc. Secũda pars ꝓbatur suppositio quid nominis huiꝰ terminu ratio naturalis per quẽ intelligo rationẽ sumptã ex hijs que nobis apparent de cõmuni cursu nature. Sic ergo sumẽdo ꝓz q̄ multe ratiões naturales possunt fieri ꝛ facte sunt a philosophis concludentes tantuz vnũ deum esse licet non euidenter tamen ꝓbabiliter ꝛ ꝓbabilius q̄ posset concludi oppositum vt post patebit. ¶ Ex hijs sequũtur aliqua. Primo ex prima parte huius conclusionis: sequitur q̄ nec oppositum articuli de veritate dei nec oppositum alicuius alterius articul⁹ fidei potest ꝓbari in lumine naturali. Patet quia licet ad ꝓbandum opposita horuz articulorum fidei possunt fieri alique rationes naturales ꝓbabiles tamen tales non ꝓbant in lumine naturali quia semp peccant vel in materia vel in forma. ꝛc. quare. ꝛc. Secundo sequitur q̄ articuluz de vnitate dei crediderunt philosophi et ꝓbauerunt in lumine naturali. Patet in libris Aristotelis et aliorum plurium philo sophorum. ¶ Sed contra hoc est magister Hugolinus qui tenet q̄ philosophus nunq̄ formauit propositionem mentalez veram de deo/ et ratio eius est quia conceptus illi quos Aristoteles opinabatur vel credidit supponere pro deo. pro nullo supponebant. Uerbi gratia primum ens infinitum in vigore vel cognoscens per suam essentiam/ ꝛ nichil extra se/ vl̄ prima causa/ naturaliter agens/ vel summa perfectio solum in vno supposito existens. ꝛc. Isti enim conceptus pro nullo supponunt eo q̄ implicent aliquid quod nõ potest vere dici de deo quare. ꝛc. ¶ Sed hoc dictum videtur puerile nec eget reprobatione. Primo enim patet falsitas in negatiuis. ꝛc. Secundo in affirmatiuis potest euidenter ostendi: quia licet hoc totuz asinꝰ rationalis pro nullo supponit non tamen sequitur q̄ ly asinus per se nullo modo sup-

Conclusio.

Opinio Hugolini.

Improbatio.

tertiam dubitationem pono aliquas ppositiones. ¶ Prima ppositio est q loquendo de virtute sermonis ⁊ ppie partes imaginis create nō sūt equales inter se. q⁹ nulle plures res distincte sunt partes imaginis create vt satis patet de anima ⁊ ei⁹ actibus. quia non ꝓstituunt aliquod vnum. Similiter de intelligentia/ memoria/ ⁊ voluntate patet q sūt idem. et per ꝓsequens non sunt partes alicuius. tñ im ppie vocādo istas partes imaginis ipsas eē eq̄les potest intelligi multipliciter. ¶ Unde fit secunda ppositio q partes imaginis vno modo possūt intelligi eē equales ratione obiectorum suoꝝ scz quia quicquid est obiectum vni⁹ potest eē obiectū alterius et eodē modo scz habitu vel actu ⁊ sic ꝓcedūtur eē equales tā in via ꝫ in patria ¶ Tertia ppositio est q partes imaginis alio modo possunt intelligi eē equales ratiōe suoꝝ actuū sic scz q nulla earum fm suam dispositiōez naturalē est magis ipedita a suo actu ꝫ alia et sic nō oportet q sint eq̄les i via. vnde in quibusdā videmus q memoria excedit intelligētiā. q⁹ bene retinēt. ſz nō faciliter substātialiter intelligūt in alijs econtra. In alijs autem excedit intelligētiam ⁊ memoriā. in alijs ecōtra. sed erunt equales in patria quādo erunt ab oi languore sanate. sicut dicitur. 10. de trinita. ¶ Quarta propositio est q partes imaginis alio modo pnt intelligi eē eq̄les rōne suoꝝ actuum sic scz q respectu eiusdē habeant actus eque intēsos et sic clarum est q i via non sūt equa

les. Sed etiam videtur quibusdam ꝙ impossibile est ꝙ isto mõ sint equales in patria respectu dei. et ꝙ ibi est ꝓintensio: actꝰ dilectionis q̃ꝫ cognitionis. Aliis videtur ꝙ in patria erit eque intensa cognitio sicut dilectio. Quod ꝓbatur auctoritate magistri in scõo. d:. 22. vbi videtur dicere ꝙ in patria tãtuꝫ quisq; cognoscit quantũ diligit. Istud tñ nõ cogit. qr magister ibidem non vult aliud dicere nisi quod qui plus diligit plus cognoscit ita ꝙ notet ꝓportionẽ nõ equalitatem. hoc em̃ sufficit ad intẽtionem magistri qr non intẽdit ibi ꝓbare nisi ꝙ seraphin plus coglscat deũ q̃ꝫ cherubin qr plꝰ diligunt. Dico tñ ꝙ ista questio vtꝝ illi actus beatifici sint eque intensi in sua specie ẽ questio facti. de qua non constat sine revelatione dei. ꝛ sic patꝫ quomodo partes imaginis debent concedi equales ꝛ quomodo non ꝛc̃.

A ¶Si vero dicatur ꝓtra scõaꝫ ꝓ positionem ꝙ actus malus hic in via potest eẽ cognitꝰ a beato et tamen nõ volitus: qr tũc beatus peccaret. nec nonvolitus qr tunc non esset de oñibus sicut vellet igitur ꝛc̃. Respõdeo vno modo potest ꝓcedi ꝙ actus peccati est volitus a beato sicut est etiam volitus a deo nec in hoc peccat qr nec deus nec beatus malevult illum actum. Alio modo potest dici ꝙ actus peccati est volitus a beato sicut a viatore: sicut ex charitate ꝛc̃. Nec oportet ꝙ omia fiant circa alios que fieri optant circa eos tñ circa seipsos fiunt quecunq; fieri optant saltem vt in pluribus. ꝛ nõ in omnibus forte circa iudicium quia anime beate optant vniri suis corporibus ꝛc. ꝑꝫ Augustinum: et ꝑm hanc viam dicendum esset qõ nõ oportet voluntatem beatam ꝓformari deo in ei volitione qõ videt deũ velle ꝛc. ¶Et hec de ista questione. B

¶Questio quinta de vnitate essentie ꝛ trinitatis personaꝝ. q̃stio.5.

¶Circa tertiã vtꝝ positio fidei ꝺ trinitate ꝓssit sustineri.

distinctionẽ ꝛ alias multas sequẽtes in quibusma gister agit de essẽtie diuine vnitate et personarũ trinitate quero vtrum positio fidei de deivnitate et ꝑsonarũ trinitate ꝓbabiliter valeat sustineri. ¶Arguitur primo ꝙ non. qr talꝭ positio nõ ẽ a nobis imaginabilis. igitur nec ꝓbabiliter sustinibilis. consequentia tenet. quia nõvidetur ꝙ illud possit ꝓbabiliter sustineri: quod nõ potest imaginari. Et antecedens patet qr imaginatio nõ capit ꝙ vna res simplicissima sit tres res et quelibet earum. vnde sepe dicunt doctores hoc nõ esse imaginabile. sic em̃ Anſ. dicit de incarnatiõe ꝺbi cito post principiuꝫ. ꝙ rp̃iana fides multum ꝓfitetur quod intellectu capere nequim⁹ ꝛc. ¶Secũdo sic. talis positio nõ potest sine ꝓtradictione saluari igitur nec ꝓbabiliter sustineri. ꝓña tenet ꝛ antecedens ꝓꝫ. qr ista positio idẽ de eodem affirmat ꝛ negat: vt patet in istis ꝓpositionibus. deus generat deũ. deus nõ generat deũ: ꝛ tñ nõ est nisi vnus deus. similiter de istis: essentia nõ

Arguit.1.

2.arguit.

generat.pater in diuinis generat.ꝛ tamen omnino idem est essẽtia:ꝛ pat in diuinis ꝛc. ¶ Tertio sic:talis positio sine negatione forme sillogistice aut formalis ꝙñe nõ potest defẽdi.igitur ꝛc.ꝙña tenet:ꝛ antecedens patet:qꝛ propter illam positionez oportet negare sillogismũ expositorium: sicut istum. hic pater generat.hic pater est essẽtia diuina: ergo essẽtia diuina generat.Similiter istũ. quecũqꝫ res est pater est pater:filius est res q̃ est pater & illi⁹ est pat. qui tñ videtur eẽ in darij.Suñiliter cõsequẽtiam cõuersiuã sicut istã. nulla essẽtia diuina generat ergo nullum generans est essẽtia diuina.in his omnibus antecedens est verum et cõsequẽs falsum ꝑm positionem fidei ꝛc.igitur. ¶ In oppositum arguitur: qꝛ fides nostra est vera et saluberrima:ꝛ per ꝙñs inconueniẽs esset ꝙ non posset defendi:ꝛ ꝓbabiliter sustineri.Etiã frustra laborarent circa studiuꝫ fidei fideles catholici ꝛ doctores theologi: nisi posset probabiliter ab omni falsitate tueri. ¶ In ista q̃stione erunt tres articuli iuxta tria argumẽta tam facta. In ꝓmo videbitur quid ꝙcedat positio fidei de trinitate. In secũdo qualiter hec positio possit sustineri sine ꝙtradictione. In tertio qualiter etiã sine forme sillogistice aut alterius bone ꝙsequẽtie negatõe. Et sũt hec tria valde vtilia in theologia. ¶ In primo articulo ponam et deducaz tres ꝙclusiones. In prima videbitur quid ꝙcedat hec positio fidei. In secunda vtrum hec positio possit euidẽter ꝓbari. In tertia vtrum possit imaginari aut probabiliter sustineri. ¶ Prima cõclusio est ꝙ positio fidei ꝙcedit ꝙ vna res simplicissima est tres res:ꝛ quelibet earũ scilicꝫ ꝙ vna diuina essentia est ꝙiunctum pater ꝛ filius et spiritussãctus et est sigillatim pater et est etiam filius ꝛ est spiritussãctus quarum trium rerum vna nõ est alia:sed sũt eadez indiuisibilis essentia: que quidez eẽntia nullam illarum triuꝫ rerũ generat nec ab aliqua generatur.nec aliquam producit: nec ab aliqua ꝓducitur: sed vna illarum triũ scilꝫ pater a nulla re generatur vel producitur:sed generat ꝛ ꝓducit vnam illarum triũ.s.filiũ: et pater et filius tanꝫ vnuꝫ ꝑncipium producunt sed nõ generant spiritũsanctum. Ista ꝙclusio patet ex simbolis per ecclesiam factis ꝛ per eã approbatis: nec aliter probo eã. ¶ Sꝫ ad sciendum que propositiones debeant concedi ꝑm hanc positionẽ fidei ponam aliquas distinctiones et inde eliciam plures propositiões satis vtiles. ¶ Prima distinctio est ꝙ nomina significantia deũ sũt in multiplici differentia:quedaꝫ sunt eẽntialia. quedã personalia. quedã cõia: quedaꝫ nocionalia. Essentialia autez dicũtur que sic supponũt pro eẽntia vel natura: ꝙ si eẽntia ꝛ suppositum in diuinis realiter distinguerẽtur.illa supponerent ꝓ essentialia et nõ ꝓ supposito.noia vero personalia sũt illa que ex vsu loquendi sic supponunt ꝓ supposito. ꝙ si suppositum ꝛ eẽntia distinguerentur. adhuc supponerent ꝓ supposito ꝛ nõ pro eẽntia. Vel aliter lo-

3.arguit.

Jnoppm.

Decisio q̃stionis.

¶ 1.articul⁹

1.ꝙclusio.

D

quendo personalia sũt q̃ suppo nũt pro personavt pſõa est. et Iz predicte locutiões forte nõ sint vere de virtute sermonis: tamẽ qualiter debeant intelligi patebit in secundo articulo magis. Nomina autem communia sũt que ex vsu loquẽdi supponũt p suppositio et eẽntia: et si suppositum et essentia distinguerent adhuc supponerent pro vtroq;. Nomina vero nocionalia sũt illa que dicuntur de vnã persona vel de pluribus non tamen de qualibet: et si illa dicerentur de creatura supponerent pro quibusdaz actionibus creaturaz. Exempla autem istorum patebũt. ¶Secũda distictio ẽ q; nomina eẽntialia sunt in multipli ci differentia. quedam sunt substantiua: vt hoc nomen deitas: quedam adiectiua vt est cõmunicabile. Item substantiua quedam sunt numerabilia: vt trinitas: quedam nõ numerabilia: vt essentia sapientia bonitas veritas. Item nomina personalia sunt in multiplici differẽtia. q̃a quedam sunt cõmunia. sicut sũt ista suppositum persona q̃dam vero propria sicut pater filius: ⁊ ista sunt duplicia. q; quedam sunt abstractiua vt paternitas filiatio ⁊ ista dicuntur proprietates personarum: ⁊ alia cõcretiua et ista quinq; sumũtur substantiue et tunc ab antiquis doctoribus ex eis dicitur esse predicatio identica vt dicendo eẽntia est pater. quandoq; autẽ adiectiue et tũc dicitur predicatio formalis ⁊ sic ista apud quosdã esset falsa eẽntia est pater. Item nomina cõia sunt in multiplici differentia q; quedam sũt que semper tenentur communiter sicut res ens ⁊c. quedam vero sũt vel saltez aliquod est quod quã doq; sumitur communiter quãdoq; precise essentialiter quandoq; vero precise personaliter sicut hoc nomen de⁹ de quo postea dicetur magis. Item nomina nocionalia sunt in multiplici saltem in duplici differentia. q; aliqua sunt que soluz supponunt pro vna persona sicut generatio: actio: spiratio: passio. q̃dam vero supponũt pro aliquibus psonis sicut spiratio: actio: productio: passio. et hec omnia patent faciliter cuilibet aduertenti ⁊c. ¶Tertia distinctio ẽ q; verba que dicuntur in diuinis sunt in multiplici differentia. q̃dam sunt substantiua sicut ista est existit. quedam sunt adiectiua et ista sunt in duplici differẽtia: quedaz sunt personalia vel nocionalia sicut generare spirare. quedam essentialia sicut cõmunicari plurificari. quedaz vero communia sicut creare/velle intelligere. et cõsimiliter potest fieri distictio de pricipijs ¶His premissis possunt poni multe propositiones seu regule ¶Prima est q; nomina essẽtialia substantiua nõ numeralia vere dicuntur de eẽntia et de quolibet suppositio in singulari vt dicendo essentia est deitas pater est deitas ¶Secunda nomina essẽtialia substãtiua numeralia vere dicũtur de essẽtia in singulari et nõ de suppositio vt eẽntia ẽ trinitas ⁊ nõ pr̃ ẽ trinitas ¶Tertia noia eẽntialia adiectiua dicunt̃ de essẽtia ⁊ nõ de suppositio vt eẽntia ẽ cõicabilis ⁊ nõ pr̃. ¶Quarta noia eẽntialia cuius

cūcq; conditionis existāt dicunt de noibus cōmunib⁹ ac etiam de isto termino deus vt aliqua res ē trinitas aliqua res est cō= municabilis. Quinta noia psonalia cōia dicunt de essentia et quolibet suppositovt eēntia est psona pater est psona. Sexta p= sonalia ꝓprie abstractiua dicū tur de essentia ꝛ aliquo suppo= sito vt eēntia est paternitas pa= ter est paternitas. Ratio est qa nō possunt p̄dicari nisi substāti= ue ꝛ idētice ꝛ nunq; adiectiue vel formaliter vel sēm modum loquendi antiquoꝝ. Septima ꝓpria psonalia cōcreta dicūtur de eēntia ꝛ aliquo supposito. vt eēntia est pater ꝛ hoc qñ predi= cantur substātiue ꝛ idētice sed si adiectiue vel formaliter solū dicunt de vna psonavt p̄ est p̄ et nō de essentia. Octaua noia nocionalia abstractiua dicūtur de eēntia ꝛ aliquo suppositovel aliq̄bus sz nō de oib⁹ vt eēntia D est gñatio actiua. ¶ Nona. oia verba taz substātiua q̄z adiecti ua ꝛ cōia dicunt de eēntia ꝛ quo libet suppositto. Decia oia ꝟba adiectiua essentialia dicunt de eēntia ꝛ nō de aliqua psona. vt eēntia cōicat nō psona. Undecima ꝟba psonalia adiectiua di= cūtur de psona nō de eēntia nisi forsan cū aliquo addito qō facit illa non teneri adiectiue respe= ctu eēntie. vt eēntia ē res gene= rās vel q̄ generat. Sz vidēdū est etiā quō tales termini pñt dici E in plurali. ¶ Uñ sit duodecima regula q⁹ noia q̄ supponūt pro suppositis ꝛ p eēntia ꝛ q̄ nō sup ponerēt p eēntia. sz p quolibet suppositto sic p̄a distinguerētur dicunt vt plurimū de trib⁹ per= sonis pluraliter ꝛ nō singulari= ter vt tres persone sunt tria sup positta ꝛ nonvnū suppositū tres ipostases ꝛ nonvna. Ab hac re= gula excipitur hoc nomē de⁹ qz ex vsu doctoꝝ non dr̄ pluraliter sz singulariter et tñ si suppositū et eēntia distinguerētur suppo neret p suppositto non p eēntia de hoc tamē postea dicā. Deci= matertia. noia q̄ nō supponerēt nisi p eēntia ꝛ nō p suppositto si distinguerētur dicunt de trib⁹ psonis ꝛ non plurali r vt tres p= sone sunt deitas ꝛ nō tres deita tes. Deciaq̄rta noia absoluta q̄ supponūt p eēntia et quolibet suppositto ꝛ ita supponerēt si di stinguerētur dicunt de trib⁹ p= sonis et pluraliter ꝛ singulariť. sicut tres psone sunt tres res ꝛ sunt vna res tria entia et vnum ens. Deciaquita. noia adiectiua q̄ supponūt p eēntia ꝛ quoli bet suppositto. et ita supponerēt si distinguerenť dicūtur vt plu rimū de trib⁹ psonis singulariť et non pluraliter vt tres psone sunt vnus creator vnus etern⁹ et non tres creatores vel tres eterni nisi cū addito vt tres p̄= ne sunt tria suppositta creantia. tria suppositta eterna. Ab hac re= gula excipiunt isti trmini: coeter ni: coequales. Uñ i symbolo bñ ꝓcedunt tres coeterni. tō miror quare ibidē negant tres eterni nec video rationē diuersitatis. Decimasexta. noia q̄ supponūt p suppositto vnor nō p alio nūq; dicunt vere de trib⁹ psonis nec singulariter nec pluraliť: sz bñ de isto termino de⁹ singulariť vt deus est p̄r/ sed non tres p̄so= ne sunt pater. ¶ Regle possunt F multiplicari et poni de verbis

et participijs. sz ex predictis satis patet quid debeat concedi vel negari in materia de trinitate secundū positionē fidei. verūtamen añ ea seruāda est ista regula nullus hoim in hac materia ex ꝓpꝛio sensu aliquid audeat asserere quod non sit a sanctis doctoꝛib⁹ approbatū. sic eñ docet hilarius dicēs q forma fidei certa est nō ergo aliquid addendū est sed modus ꝓstituendus audacie ⁊ hoc allegat magister li. 1. di. xx. et est verbū notabile. Et hoc de prima conclusione. ¶ Hylari⁹.

A

2. ꝯclusio

¶ Scḋa conclusio est q sicut predicta positio fidei nō est nobis naturaliter euidens nec potest euidēter probari. sic nec ipa ex scripturis noui aut veteris testamēti potest euidenter concludi. Prima pars pz. qꝛ talis positio non est p se nota. nec per experientiā vt clarū est. Uñ qui hoc negaret indigeret sensu. Nec ipsa potest euidēter demonstrari in lumine naturali. qꝛ tunc infideles possent cogi vi rōnis naturalis ad assentiēdū fidei articulis qḋ est falsum. vñ si quis dicat oppositū vadat ergo ad infideles conuertenduz. Scḋa ꝓbatur ad illam non assero sed solū pono ꝓbabiliter vnde ad huius ꝓbationē suppono tria. ¶ Primū ē q p̄dicta positio non ꝯtinet formaliter ⁊ expꝛesse in scriptura noui ⁊ veteris testamenti seu in textu biblie. ptz intuēti scripturā. etiā aliter ecclesia in suis cōcilijs: ⁊ sancti in suis libris nō laborassent ad cōcludendū illā positionē ex scripturis ⁊c. Secundo suppono q predicta positio ꝯcedit aliquod ꝓpter quod oꝛtet negare aliquam ꝯnam multū apparentez imo apparēter euidēter cuilibet non catholico sicut sillogismuz expositoriū: vt sillogismū quem Aristoteles reputasset in darij. vel ꝯnam quā ipe reputasset cōuersiuā sicut arguebat i tertia rōne ante oppositū vt post patebit. Tertio suppono q nulla ꝓpositio euidēter ꝯcludit per aliquā ꝯnam minus apparētē q̄z sit illa ꝯna quā oportet negare ꝓpter illā pōnem non p̄t ꝯcludi ex scripturis ⁊c. nisi p aliquam ꝯnam. tūc ārō de illa ꝯna vt ipa est magis aut mīn⁹ aut eque apparēs: sicut illa quā oportet negare ꝓpter illā pōnem vt dicit scḋa suppositio. Non p̄t dici primū scz q sit magis apparēs qꝛ nec Augustin⁹ nec alius vnq̄z fecit aliquā talē vt pz. nec tertiū scz q eque qꝛ nulla reperit talis Itē nec hoc sufficeret ad euidēter ꝯcludēdū sz solū peteret principiū ergo oportet dicere ꝟz scz q per mīn⁹. ⁊ p ꝯnas et p illā nō cōcluditur euidēter vt dicit tertia suppositio. quare. ⁊c. Et ista ratio videt mihi fortis nec scirē eā soluere. ⁊c. ¶ Secūdo spāliter arguo q ex scripturis nō potest euidēter ꝯcludi q eēntia diuina nullam rē in diuinis generat nec ab aliq̄ gn̄atur. ¶ Ubi sciendū est q ꝟm aliq̄s ex duobus euidentib⁹ suppositis vna cum illis q̄ manifesta sunt in fide magr̄ euidenter concludit q essentia diuina non generat ⁊c. Prima suppositio eoꝛū est hec: q nulla res generat seipsam. Secunda est q tanta est idētitas essentie diuine ad quālibet personam sicut essentie ad seipsaz. ¶ His ei suppositis arguit

B

C

Probatio

sic. Si essentia diuina generat ꝛ generat essentiā diuinā aut patrem aut filiū aut spiritūsanctū. non ꝓmū per primā suppositionē nec scām aut quartuz qz hoc est manifeste hereticū. nec tertiū per secundā suppositionem etiā ſm Augu. ꝓmo de trini. c. 1. ꝛ de imortalitate aie. c. 13. Nichil gñat idez qđ ipm est. ¶Sic eñ formatꝝ rōnem magr̄ Grego. et videt multis euidens illatio. Sed salua oim reuerentia dico ꝙ ex dictis suppositionib⁹ vnacū oibus manifestis i fide ante determiationē in qua magr̄ sententiarū approbat ꝛ eius sniam. non cōcludebat euidēter illud: nec ab Augu. nec a magr̄o: nec ab aliqno alio qđ patz. qz q̄s uis cōcederet scām suppositio ꝙ scz essentia sit tam idem pri ꝛc. qđ tamē non est euidēs vt post patebit. non tñ sequit pater gñat. ergo eēntia gñat. ergo pari rōe non seq̄tur euidēter nec formaliter eēntia gñat filiuz ergo gñat se. Ideo dicūt aliqui ꝙ non seq̄tur nisi ꝙ essentia diuina gñat idem qđ se. sicut bene ꝯcedit ꝙ pater gñat id qđ se. quare ꝛc.

E improbatio.

Sic igitur duplicit potuisset responderi magr̄o añ determinationē. Uno modo ꝙ licet eēntia diuina non generet eēntiā diuinā nec generet ab eēntiá diuina. tñ gñat filiū ꝛ generat a patre: nec oppositū euidenter ꝯcludit predicta ratio. Scđo modo potuisset dici ꝙ licet essentia gñaret essentiam non tamen sequitur euidēter essentia diuina generat diuinā essentiā. ergo generat se eēntiaz vel aliam: sicut ipe magr̄ negat istā. deus gñat deum ergo se deū vel aliū deū. Et si dixisset ꝙ non est simile qz iste terminus deus q̄ncq̄ sumit ꝑsonaliter. non autem iste terminus essentia. Contra hoc est Augusti. qui sumit hunc terminū essentia ꝑsonaliter quādo dicit eēntiā de essentia et ita sepe faciebāt doctores alij ante illā determinationē ꝯcilij. ꝛc. Si ergo dicatur ꝙ magister ꝓ illam ꝓpositionē eēntia non gñat essentiam non intendit aliud nisi ꝙ res q̄ est plures res ꝛ quelibet illarū nō generat. ꝛc. ¶Ad hoc dico ꝙ illud nō sequebatur euidenter ex manifestis in fide ante illā determinationē dāmus extra de sum. trini. ꝛc. Si autē dicat quare ergo ecclesia talē positionē ita mirabilē acceptauit et determinauit. ex quo non poterat euidēter ꝯcludi ex scripturis ꝛc. Dico ꝓbabiliter ꝙ ipsa in hoc articulo ꝛ in pluribus alijs mḱta determinauit q̄ non poterant euidēter ꝯcludi ꝛc. sed tales veritates deus voluit credi a catholicis quare voluit ipsas reuelare eccl'ie ꝛ per eam determinari: ꝛ sic q̄ncq̄ determinatiōes eccl'ie nō semp ꝓcedunt ꝑ euidētem illationē ex scripturis sed ꝑ spāl̄em reuelationē factaz catholicis. Si vero q̄ratur quō constat de tali reuelatione ꝛc. Dico q̄ difficile est ꝯstare nisi illis quib⁹ reuelatio fit ideo donū dei speciale est credere recte ꝛc. Et hec de secūda. F

F

¶Tertia ꝯclusio est ꝙ sicut predicta positio fidei a nobis imaginabilis sic ipsa ꝓbabiliter est sustinibilis. Prima pars ꝓbat qz talis positio fidei ꝑt a nobis credi. igit̄ ꝛ imaginari. antecedēs ꝓz ꝛ ꝯña tenet: quia crede-

3. ꝯclusio.

gr̄. pri

re aliquid est apparere sic esse vel saltē non stat aliquid credere et non apparere sic esse.sed p imaginari nichil ꝓ nunc aliud intelligo q̄ apparere sic eē.quare ꝛc.Uñ si q̄ auctoritates videtur sonare oppositū intelligēde sunt q̄ hoc non a nobis imaginabile sz naturaliter pfecte et clare.Scḋa pars ꝓbatur qꝛ illa positio pōt ꝓbabiliter sustineri q̄ potest imaginari ꝛ credi ꝛ ad cuius apparētiā ꝓñt alique rationes ꝓbabiles fieri:ꝛ q̄ potest sine ꝙtradictiōe sustineri sz predicta positio pōt credi ꝛ imaginari vt dicit ꝓma pars. ꝛ ad eiꝰ apparētiā ꝓñt aliq̄ rōes ꝓbabiles fieri sicut miracḷa ꝛ psuasiones vt dictuz fuit in.1.q.arti.2. Et ipa potest sine ꝙtradictione sustineri vt dicet in scḋo ar.huiꝰ q̄stionis.Et sic pz minor. sz maior ꝓbatur:qꝛ ille sunt tres ꝙditiones req̄site ꝛ sufficientes ad hoc q̄ aliqua positio possit ꝓbabiliter sustineri.ꝛ sic pz tertia cōclusio ꝛ p ꝙñs rñsio ad istum articulū. ¶Sed ꝙtra arguit ꝓbando q̄ predicta positio nō possit ꝓbabiliter sustineri. Primo sic talis positio repugnat simplicitati dei.igitur ꝛc. ꝙña tenet qꝛ catholicus cōcedens deū esse simplicissimū non potest ꝓbabiliter sustinere aliq̄d huic repugnās seu ꝙtrariū. Añs ꝓbatur qꝛ vbi est pluralitas:ibi nō potest esse summa simplicitas . Naz illud videtur simplicius in quo nulla oīno est pluralitas q̄ illud in quo est pluralitas. Confirmaꝯ. quia si pluralitas triū ꝓsonarū non repugnat simplicitati dei. pari ratione nec quaternitas et per consequēs nec infinita pluralitas.consequentia tenet: q̄a oīno videtur consimilis ratio. ꝛ per ꝙsequens est absurdum ꝛc.

Ad primo.

¶Secundo predicta positio repugnat vnitati igitur ꝛc. consequētia ꝓtz sicut prius.ꝛ antecedens probaꝯ.quia ista ꝙsequentia est bona vnū est tale quo magis cogitari non pōt ergo illud est deus. Ita pari rōne ista erit bona tria sunt talia quoꝝ quolibet maius cogitari non ꝓt. ergo sunt tres dij qꝛ non apparet ratio dissimilitudinis sed antecedens secūde ꝙsequētie secūduz predictam positionē cōcedit de personis diuinis igit ꝛc.Confirmatur qꝛ ꝓsonaꝝ pluralitas arguit oppositionē ꝙtradictoriaz inter ꝓsonas quia pater est pater et filius non est pater sz oppositio ꝙtradictoria est maxia scḋm phm igitur ꝓsonarum pluralitas arguit oppositionē maximā.sed illa excludit vnitatez summā qꝛ minor oppositio scilz contrarietas excludit illam. igitur ꝛc. ¶Tertio p̄dicta positio repugnat infinitati dei.igitur ꝛc.ꝙsequentia ꝓtz vt prius.ꝛ antecedēs ꝓbatur quia si persone diuine distinguntur vel ergo finite vel infinite. Si finite ergo cū ista distinctio vnius persone ab alia non sit nisi personaꝛ illa distinctio esset finita sequitur q̄ illa ꝓsona erit finita. ꝛ per ꝙñs deus erit finitus non ergo infinitus quod est ꝓpositū. Si infinite ergo tunc ipsa distinctio esset infinita et per ꝙsequēs nulle alie res magis distinguerent q̄ tres ꝓsone nec deus a creatura nec due creature intra se quod est falsum quia distinguntur personaliter et essentialiter et per-

Ad secdo.

Ad tertio.

sone diuine solū psonaliter. C Cōfirmatur. quia si infinite ergo si per impossibile eēnt duo dij illi non magis distigueret inter se ꝙs persone diuine. C Quarto p̄ 4. arguit dicta positio repugnat pfectōi dei igitur ꝛc. ꝓña pz vt prius et añs pbatur qz vel esse patrē ē alicuius pfectiōis vel nullius Si nullius ergo nichil ē eē p̄ez in diuinis. Si alicuius ergo cū filius nō sit pater sequit ꝙ aliq̄ perfectio conuenit patri q̄ non cōuenit filio. et per ꝓñs filiꝰ nō est summe pfectus. igitur. ꝛc. Confirmatur. quia vel quelibet persona est sufficienter pfecta ad agenduz omnia que omnes possunt vel non. si nō. ergo non quelibet est omnipotens nec p consequens summe perfecta. Si sic. ergo plures ꝙs vna supfluūt. quare nō sunt plures ponende. consequentia patet per magistrū li. 1 distin. 3. c. 2. vbi ꝓbat vnitatem dei sic. Si essent duo dij. tūc aut vterq̄ haberet qđ alius habet aut nō Si nō aliquis eoꝝ esset insufficiēs. si sic. aliꝰ superflueret ꝛc. C Ad ista B respondetur. Ad primā pro materia premitto istam distinctionem ꝙ simplicitas potest capi multipliciter. Uno modo vt excludit pluralitatem. et hoc dupliciter: qz vel vt excludit ab aliqua re oēm pluraltiatem tam eēntialem ꝙs realem. vel vt excludit solū pluralitatem eēntialem nō realē. Alio modo potest capi simplicitas vt excludit cōpositionem: et sic sumitur communiter et hoc dupliciter: quia aliquid potest dici sic simpliciter simpler vl̄ qz ex nullis reb⁹ componitur vel quia nec sic cōponitur nec est alicui rei cōponibile. Et iuxta hoc pono ꝓpositiones. C Prima est ꝙ deꝰ seu diuina essentia primo modo nō est simpl̄r simpler pz: quia non excludit pluralitatem suppositoꝝ ꝛ hoc pbat prima rō. Ex q̄ patet ꝙ illo primo modo eēntia diuina non est tā simplex ꝙs simplex est diuina psona. Patet qz eēntia plures res ꝛ non psona quare ꝛc. Scō patet ꝙ esse simplex illo modo non dicit pfectionem simpl̄r. patet qz nō conuenit eēntie diuine. Secunda ē ꝙ solus deus secūdo modo ē simpliciter simplex: patet qz ipe excludit oēm pluralitatem eēntialem sed nulla creatura simpl̄r excludit oēm pluralitatem realem vel essentialez: qz si aliqua excludat sic pluralitatē ꝙ non ē plures res vl̄ eēntie/ vt angelꝰ vel anima: tamē nulla sic excludit pluralitatē quin ipsa sit plures res vel in ipsa sint aut esse possint plures res per modum inherentie. Tertia propositio ē ꝙ non solus deus est tertio mō simpl̄r simplex. Patet qz licet deus sit simpl̄r simplex ꝙ nullis rebus ꝓponitur: tamen etiā aliqua creatura iste modo ē simpl̄r simplex Probat. qz aut aia vel angelus est isto modo simpl̄r simplex vel non. si sic habet ꝓpositū: si non tunc quero. aut talis res est composita ex materia et forma aut non: si nō tunc apparet qūo sit composita. si sic quero de sua forma aut est simplicit simplex aut nō si non tūc erit processꝰ in infinitū in compositione vel dabitur aliquid incōpositum et habetur ꝓpositū. Uerūz est ꝙ ista ratio ꝓbat qđ ē

Ad ꝓmuz

dare aliquid simplr simplex p negationem ꝫpositionis ex ptibus alternis: ⁊ alterius rõnis: sicut materia ⁊ forma: potentia et actus: sed dicenti q aliq̃ res creata ꝫponitur ex ptib⁹ eiusd rationis vel extensis sicut calor et lux. vel non extensis sicut ⁊ia vel angelus: vt aliqui dixerunt contra hoc non demonstrat rõ. quia certũ est q omne continuum est diuisibile in componibilia in infinitũ. tamẽ sic dicere de anima vel angelo videtur gratis dictum: cuius oppositũ non
B sit per se notum ¶Quarta ppõ est q solus deus est quarto modo simpliciter simplex. Probatur et primo q deus sit illo mõ simplex et nullo modo alteri cõponibilis satis patet. et supponit eẽ verum: sed quod nichil aliud ab ipso sit illo mõ simplex immo q ois creatura sit alteri ꝫponibil', pbat qr ois creatura est sda vel accidens. de accidente nb⁹ autem satis patet: sz de substãtijs idem probatur: quia si aliq̃ substantia eẽt vicomponibilis alteri rei marie hoc videret de angelo: sed hoc est falsum: qr nulla repugnantia esset q angel⁹ componeretur alicui rei: ita q ex eo ⁊ illa fieret vnum sicut ex intellectu humano i corpore fit vnum ⁊c. Aliqui autem hoc volunt probare. s. q omnis creatura: substantia est alteri rei componibilis per hoc q ipsa potest substare accidentibus: vnd̃ arguunt q angelus est componibilis: quia recipit suas affectiones: et ad hoc videtur esse intẽtio Aug. 6. de trin. c. 6. vbi dicit Nichil simplex mutabile ẽ: ois creatura mutabil' est: ergo nulla creatura vere simplex ẽ. Sed ista ratio non valet: quia ex substantia et accidentibus non cõponitur vnum nec ex angelo et suis affectionibus. ideo ex hoc q substantia substistit accidentibus non concluditur componibilitas eius: ideo dico q Augustinus non arguit ibi de simplicitate excludente ꝫponibilitatem: qr sic argumentũ non probaret: sed intendit loqui de simplicitate secundo modo scilicz excludente ab aliqua re pluralitatem essentialem. Quod patz ex hoc q ibidem et eodem capitulo subdit q ideo ania non est simplex: quia in anima aliud est cupiditas/aliud timor. aliud letitia. aliud tristicia: quare ⁊c.

B ¶Ex dictis patet q absoluta simplicitas excludens omnem componibilitatem est denominatio perfectionis simpliciter. Secundo patet q simplicitas secundũ quid sicut simplicitas excludens precise componibilitatem partiuz diuersarum rationum non est denominatio pfectionis simpliciter. patet. aliqua res cui denominatio hec cõuenit est min⁹ perfecta aliqua alia: cui talis denominatio nõ competit. patet de materia et composito. Sic igitur ex dictis patet qualiter solus deus est simpliciter simplex: et qualiter non. quare ⁊c. ¶Tunc ad formam rationis patet. quia ipsa
C concepit primam propositionẽ tamen dico q vbi est pluralitas ibi potest esse et de facto est sũma simplicitas sz excludẽs cõponibilitatem: de qua communiter loquuntur doctores: nec illo modo aliquid est simplici⁹.

quia in eo non est pluralitas.
Ad confirmationem dico q̄ trinitas personax non repugnat simplicitati dei: sed ḡternitas seu q̄libet maior pluralitas ei repugnat: quia trinitas est ponibilis. sz maior pluralitas non est ibiponibilis. Concedo tamē istā conditionalē q̄ si essent infinite persone starent cuz sūma simplicitate ꝛ etiā istā. q̄ si essēt infinite non starent cum sūma simplicitate: quia vtriusq; añs est ipossibile: ꝛ per ꝓñs ꝓña bona: et sic patet ad primam rōez

D. ¶Ad secūdam gratia materie premitto istā distinctionē q̄ iste termin⁹ deus sicut supra tactū fuit dupliciter sumitur q̄ñq; essentialiter q̄ñq; vero suppositaliter seu personaliter. primo modo supponit unmediate p eēntia diuina et sic est synonimus cum illo termino essentia diuina seu diuinitas. Secūdo mō supponit unmediate pro persona diuina et sic est synonimus cuz isto termino persona diuina. q̄d aūt sit imediate supponere pro aliq̄ ꝛc. postea patebit in secundo articulo. ¶Tunc iuxta istaz

E distinctionē pono aliq̄s ꝓpōes ¶Prima q̄ non est simpl'r ꝓcedēduz tres esse deos sz tm̄ vnū eē deū. pz q̄ illud nō est simpl'r cōcedēdū q̄ simpl'r negat in symbolo sz illud simpl'r ē ꝓcedēduz q̄ sibi simpl'r ꝓcedit. In simbolo aūt simpl'r dr ita deus pater: de⁹ filius de⁹ spūsctūs. ꝛ tamē nō tres dij sed vn⁹ est de⁹: igit ꝛc. ¶Scda ꝓpō quā solū ꝓbabl'r et non assertiue pono est q̄ capiēdo istū terim de⁹ scdo mō supposital'r sicut iste sunt ꝓcedēde nō tm̄ est vna ꝑsona diuina vel tres sūt persone diuine q̄rū quelz ē de⁹ sic iste sūt ꝓcedende non tm̄ ē vn⁹ de⁹ vel plures sūt dij. patet quia tales eq̄lēt penitus ꝑm illā acceptionē: vt apparet per quid nois. Tamē sicut iam dixi tales nō sunt cōcedende simpliciter. i. sine addito sed ꝑm quid. i. cū addito addendo. s. q̄ ille teri⁹ de⁹ ibi capiat ꝑsonaliter nō essēt̄ialiter. talis aūt locutio licet sit vera et ꝓpa apud doctos. nō tm̄ est consueta ꝛ ꝓpter simplices ē ideo abstinendū ab ea ꝛc. Intelligenduz est etiā hoc ꝑzynā descriptionē huius termini deus scz describendo deum q̄ō est ens quo nul luz est melius vel perfecti⁹. Sic em̄ tres ꝑsone sūt tria entia q̄ quolibet nichil est melius sed describendo eū q̄ est ens omni alio melius vel perfectius non sic pōt dici sicut patet intuenti. sic nullo modo posset hēre vita tem q̄ tres persone diuine sunt tres dij ꝛc. ¶Tertia ꝓpositio F sequens ex predictis est q̄ isti termini deus et deitas nō sunt oino synonimi sz solū sunt synonimi q̄n iste termin⁹ de⁹ capit eēntialiter ꝛ non suppositaliter vt patet quia aliter sequitur q̄ semp loco vni⁹ posset hē ve ali⁹ dici quod est fl'm. q̄ sic sicut vere dr deus generat deū: ita hē ve dici posset deitas generat deitatē Et ꝓña patet q̄ loco semp vni⁹ synonimi pōt hē ve reliquū dici. Quarta ꝓpositio etiā seq̄ns ex predictis est q̄ in symbolo iste teri⁹ de⁹ non vbiq; capitur synonime vel eodē modo. ¶Pz. q̄ aliter sumitur cū dr q̄ est tātuz vnus deus et non plures dij. ꝛ aliter cum dr q̄ deus generat

Ad scdaz

deũ seu q̃ xp̃s est filius dei. Et
er predictis si vera sint qõ vide
tur cui nõ asseram multa ar-
gumenta in materia de trinita-
te faciliter soluunt q̃ aliter dicẽ
do non videntur faciliter posse
solui sicut post patebit in secun
A do articulo. ¶ Tunc ad formaz
rõnis patet ad quem sensũ ꝓñs
posset ꝓcedi. tunc dico q̃ simpl'r
loquendo illa ꝓña nõ valet tria
sunt talia quorũ quodlz est de⁹
ergo sunt tres dij. Et tota ratio
est q̃ iste terminus de⁹ nõ ꝓce-
ditur simpl'r in plurali de trib⁹
psõis tñ bene sequitur q̃ tria
sunt talia quorũ quodlz ẽ de⁹.
Si vero arguitur sic sũt tria ta-
lia quibus nulla cogitari nõ
possunt ergo tres dij. ꝓña tz q̃
a diffinitione ad diffinitũ valz
ꝓña in singulari et per ꝓñs in
plurali ¶ Ad hoc põt dici negã
do añs quia nõ sũt tria magna
sed vnus magn⁹ et vna magni
tudo sicut nõ tres eterni ꝛc. Sz
adhuc concesso añte ꝓña nõ est
formalis nec opz q̃ valeat i plu
rali sicut in singulari. Instãtia
põt dari. bene sequitur. hoc est
animal nõ videns ꝛ aptũ natuz
videre. ergo est cecũ. Et nõ seq̃t
ista sũt alia nõ vidẽtia ꝛ apta
nata videre: ꝯ sũt ceca. demon-
stratis ẽñ duob⁹ quoz vnũ est
cecũ ꝛ aliud nõ. añs ẽ verꝫ ꝛ ꝓñs
B ſ'm. ¶ Ad ꝓfirmationẽ dico pri
mo q̃ oppositio ꝯdictoria nõ est
nisi terminoz aut ꝓpõnũ ꝛ non
rez. Ideo in trinitate nõ ẽ vlla
oppõsitio ꝓtradictoria. Dico se
cundo q̃ aliqua contradictoria
bene vere predicantur de teris
supponentibus pro rebus i di-
uinis sicut bene arguitur. Dico
tertio q̃ cum hoc stat sũma vni-
tas essentialis triũ psonaruz
vnde sequitur quarto q̃ talis
oppositio non arguit summam
distinctionẽ sed bene aliqualem
nec excludit summam vnitatem
ꝛ qñ dicitur q̃ minor oppositio
distinctionẽ cõcludit q̃ excludit
vnitatẽ s. oppositio ꝓtraria hoc ¶
verũ est in creaturis ꝛc. ¶ Ad Ad tertiã
tertiã rõnem sunt diuersi modi .1. opinio.
dicendi. Aliqui eñ dixerũt q̃ p
sone diuine nullo⁹mõ distinguũ
tur differenter sed tamẽ infiniti-
te distinguũtur icõpossibiliter.
primum aũt clare est verũ quia
inter illa non est differẽtia q̃ sũt
idem vt supponitur er quid no-
minis sed persone diuine sunt
idem igitur ꝛc. Secũdũ vero si
sit verum pari ratione erit verꝫ
de quibuscũq̃ duabus reb⁹ qz
cui impossibile est q̃ vna ꝑsona
diuina sit alia tam icõpossibi-
le ẽ q̃ q̃cũq̃ alia res sit alia. Et
sic per hoc non euacuatur diffi 2. opinio.
cultas: Aliqui vero dixerunt q̃
persone diuine ne finite nec infi
nite distinguũtur: sed hoc non
est bene intelligibile q̃ distin-
guantur et non finite nec infinite.
Quia si distinguũtur oporteꝫ
q̃ finite vel non finite. cum isti
termini sint contradictorij et si
non finite ergo infinite. ꝛ sic ma
net argumentum. Similiter si
nec finite nec infinite ergo disti
ctio psonarũ nec est finita nec
infinita distinctio autez illa est
aliquid in diuinis ergo aliquid
est in diuinis nec finitũ nec infi-
nitum ꝛc. ¶ Ideo aliter dico et D
pono aliquas propõnes. Pria Opinio
est q̃ sicut distinctio vnius per- doctoruz
sone ab alia est ipsa persona di
stincta. sic talis distinctio est in-
finita. prima pars patet qz iste

terminus distinctio patris a filio supponit pro aliquo qz si p nullo supponeret tūc nulla essz distinctio inter psonas: sed nō pōt dici q supponat p aliquo quod non est deus qz distinctio psonaz nō est aliqua res creata ergo supponit p deo. et non potest ꝯuenient⁹ dici ꝙ q supponit p patre. igitur. ꝛc. Si vero queratur vtrū supponat pro essentia vel p filio dico q sic sz q supponit pro essentia sed nō imediate. p filio vero nō supponit plus ꝙ iste termin⁹ pater et ꝓportiōabiliter dico de isto termino distincto filij. ꝛc. Secūda pars sequit ex prima qz ois distinctio in diuinis est psona infinita. quare. ꝛc. ¶ Secūda ꝓpositio est q distinctio vn⁹ psone diuine ab alia est maior distinctione alicu⁹ creature a creatura. sequitur ex prima qz distinctio creature a creatura est finita. igit. ꝛc. Tertia est q persone diuine distinguūtur infinite. ptz qz distinguūtur sic q vna nō est alia et tamē quelibet res est infinita. Et ad istū sensum ꝺcedo q distinguūtur infinite. i. sūt res distincte q̄ sunt infinite vt quaz quelibet est infinita ꝛ iste sensus videt satis ꝯueniēs. Quarta q nō obstante predicta ꝓpositiōe tamen aliquo modo potest vere ꝺcedi q de⁹ ꝛ creatura vel vna creatura ab alia plus distinguit ꝙ psone diuine. ptz qz ad istuz sensum q plurib⁹ modis distinctiōis. i. aliqualiter distinguunt sz essentialiter qualiter nō distinguūtur psone. ꝛc. ¶ Tūc ad formā rationis dico q ista ꝯa nō valet distinctio vnius psone ab alia est infinita/ vt distinguūtur infinite ad sensum predictū ergo nulle alie res magis distinguūtur. ꝛc. qz distinctionē vocando rem distinctā distinctio pōt esse maior ꝛ tn̄ res min⁹ distinguit. Sicut si similitudo sit res similis similitudo pōt esse maior ꝛ tamen res minus est similis. sicut similitudo dei ad creaturam est maior ꝙ creature ad creaturā. qz prima est de⁹ sc̄da est creatura. de⁹ tamē est min⁹ silis creature ꝙ creatura creature. ꝛc. Ad ꝯfirmationē dico q si essent duo dij illi nō magis distinguerētur. ꝛc. similiter magis distinguerētur. ꝛc. qz ad ipossibile sequit quodlibet. Uerūtamen si quis ꝯsequēter loquēdo concederet duos deos habere diceret q magis distinguūtur. i. aliqualiter qualiter non psone. ꝛc. ¶ Ad quartam dico q ista oratio infinitiui modi esse patrē capiat significatiue ꝛ ꝓprie tūc ista oratio est incōgrua esse patrē est alicui⁹ pfectiōis. Est em̄ incōgrua qz talis oratio significatiue sumpta ꝛ ꝓprie sz capiendo verbū infinitiui modi verbaliter nō potest reddere suppositū verbo: nec est subiectum ꝓpositionis: si autē caperet materialiter ptz q nō esset ad ꝓpositū. Secūdo dico q si illa oratio infinitini modi capiat significatiue ꝛ ipropzie sz capiendo illū infinitiuū nominaliter vt ista oratio esse patrē tm̄ valet ꝙ tuz ista essentia patris tunc illa est ꝓpositio cōgrua ꝛ vera esse patrē est alicui⁹ pfectionis. Et sic ꝯcedendū est q esse patrem est esse filium. i. essentia patris est essētia filij. ꝛc. Ideo dico tertio q licet pat nō sit fili⁹ nec ecōtra

Secūd
articul

tamen nulla pfectio cõuenit vni que nõ ꝓueniat alteri qz eadem essentia vtriusqꝫ. est pfectio vtriusqꝫ. z eadẽ pfectione vterqꝫ est sũme pfect⁹ et sic ptz ad formã. Quarto dico ad ꝓfirmationẽ qꝫ q̃libet psona est equaliter sufficiẽter pfecta ad agẽdũ oĩa que oẽs possunt agere. ptz qz eadez pfectione. sed nego ꝓñam ergo plures ꝰꝫ vna supfluũt z ad argumentũ magistri dico qꝫ non ꝓbat efficaciter tñ gr̃a. materie valet de dijs z nõ de psonis qz ille sunt idẽ. vnde si vna psona nõ esset idẽ essentialiter cũ alijs alie supfluerent sicut magister arguit de dijs. Hec de primo articulo. ¶ Quantũ ad scõm articulũ in quo videndũ vtrũ positio de trinitate possit sustineri sine ꝓtradictiõe. Primo p̃mittã tria notabilia que faciũt ad ꝓpositũ. Scõo ponã tres ꝓclusiones ad arti. Tertio arguã in oppositũ. Primo ergo notandũ est qꝫ ꝓtradictio est manifestissima repugnantia. i. affirmatio vni⁹ z negatio eiusdẽ. Et ista ẽ dupler quedã est terminoꝝ sicut est termini finiti ad terminũ infinitũ vt homo nõ homo. Alia est ꝓpositionũ sicut est ꝓpositionis vniuersalis z particularis eorũdem terminoꝝ z diuersaꝝ qualitatũ z duaꝝ singularium eorũdem terminoꝝ z diuersaꝝ qualitatũ. z c̃. Et ista potest poni tripler qz vel vocalis tantuz vel mentalis tantũ: vel vocalis z mẽtalis simul. De prima vere nõ est curandũ sed reliqne sunt ad ꝓpositum. Unde de ipsis põt dari ista regula. qꝫ cõtradictio solũ mentalis est ita euidenter ipossibile sicut vocalis z realis

A Secũdus articulus

¶ Secundo notandũ qꝫ ad hoc qꝫ aliqua ꝓpositio sit sufficiens vniuersalis oportet qꝫ subiectũ sit sufficiẽter distributũ per hoc totũ oĩs res que est z quicquid est. seu equiualẽs nec sit sufficienter vniuersalis p hoc signuz oĩs. Similiter ad hoc qꝫ aliqua ꝓpositio sit sufficiẽter singularis oportet qꝫ subiectũ sit terminus vere singularis. proprie autẽ loquẽdo ille termin⁹ nõ est vere singularis qui põt vere affirmari de terminis supponẽtibus p rebus realiter distinctis. z c̃. ¶ Tertio notandũ est qꝫ suppositio alicui⁹ termini in diuis est dupler quedã est suppositio mediata: alia ĩmediata. vñ ille termin⁹ supponit mediate pro patre in diuis qui supponit p patre. z tñ nõ ꝓuertit cũ isto termino pater. ꝓuersiõe regulata p hoc signũ oĩs res q̃ est. z sic ille termin⁹ pater supponit pro essentia nõ ĩmediate. Et similit iste termin⁹ essentia p patre. qz licet pater sit essentia z ecõtra nõ tñ sequit quecũqꝫ res que ẽ pr̃ est essẽtia. ergo quecũqꝫ res q̃ ẽ essentia est pr̃. vt ptz. ideo. z ẽ Sed ille termin⁹ supponit ĩmediate p patre in diuis/ sine pro re que pducit z nõ pducit qui ꝓuertit ꝓuersione regulata per hoc signũ oĩs res que est. null⁹ aũt alius termin⁹ supponit ĩmediate p patre. Et sic dicendum est de filio suo modo z de spiritusancto. z de essentia. z c̃. ¶ Ex istis ifero aliquas regulas bene notandas. Prima est nullus termin⁹ psonalis supponit ĩmediate p essentia in diuinis sicut sunt isti termini pater fili⁹ z spiritussanct⁹. Et ptz clare ¶ Scõo

C

D

2. regula nullus termin⁹ essentialis supponit imediate ꝑ psona in diuinis sicut iste deitas essentia.

3. regula. Tertia ois termin⁹ essentialis supponit mediate vel imediate pro qualibet re in diuinis. patz qz iste termin⁹ essētia vl' deitas supponit pro essentia imediate ꝛ pro qualibet psona mediate. ꝛc. Quarta nullus termin⁹ psonalis supponit ꝑ qualibet re in diuis ptz qm̄ iste termin⁹ pater nō supponit ꝑ filio nec ecōtra. nec spūssanct⁹ ꝑ pre. nec ecōtra ꝛc. tm̄ iste termin⁹ pr̄ bn̄ suppōit mediate ꝑ re q̄ est fili⁹. s. ꝑ essentia. Quita licz q̄libet termin⁹ psonalis nō collectiu⁹ imediate supponat ꝑ psona et imediate ꝑ essentia tm̄ null⁹ talis supponit ꝑ plurib⁹ rebus in diuinis copulatiue: nec etiā diſiūctiue. ptz qm̄ ista copulatiua est falsa pat est pr̄ ꝛ pr̄ est filius. ꝛc. Sil'r ista de copulato extremo est falsa pater est pr̄ ꝛ fili⁹. et sic ly pr̄ nō supponit collectiue ꝑ pluribus reb⁹. nec ꝓiūctim/ nec diuisim. ꝛc. Sexta est q̄ lez iste tminus trinitas supponat imediate ꝑ oib⁹ psonis diuis collectiue. tm̄ ꝑ nulla eaꝝ ꝑ se sumpta supponit. mediate nec imediate. Prima pars patet quoniam hec est vera quecunq; res que est trinitas est pater et filius ꝛ spiritussanct⁹. ꝛ ecōtra q̄cunq; res q̄ est pr̄ ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanct⁹ est trinitas. igit. Secōa patz qm̄ nec trinitas est pater nec econtra. Ex qua sequit septima q̄ ē aliquis termin⁹ qui supponit ꝑ aliqua re in diuis licz mediate tm̄ ꝑ nulla psona supponit mediate vl' imediate. Prima pars patz qz hec est vera trinitas est essentia ergo supponit ꝑ essentia ptz ꝑ diffinitionē suppositionis. Secūda pars patz qm̄ hec non est vera trinitas est persona nec ecōtra. igit. ꝛc. Octaua est q̄ nulla res in diuis est due res quin illa sit tres res. Et illō magis postea declarabitur. Si autē dicatur ꝑductio actiua est due res scz pater ꝛ fili⁹ ꝛ tamen nō est tres res. igit. ꝛc. Simulit ꝑductio passiua est due res scz fili⁹ ꝛ spūssanct⁹ ꝛ tamē non est tres res et sic est de spiratione actiua. Ad hoc dicit q̄ āteqꝫ argumentū valeat requirit nō solū q̄ spiratio actiua sit due res sz etiā q̄ spiratio actiua sit vna res. modo ego dico q̄ spiratio actiua nō est aliqua res q̄n illa sit tres res q̄ꝫ spiratio actiua nō sit tres res est tm̄ res que est tres res sed de hac materia alias videbit. ꝛc. ¶ Ex ꝓdictis etiā patēt alique distinctiones. Prima est q̄ aliqui termini dicūtur de deo tantū in singulari numero: ꝛ aliqui in singulari ꝛ plurali. exemplū ptz ꝓmi sicut sunt isti tmini natura/ essentia/ vita/ intelligēcia/ veritas. ꝛc. et generaliter termini essentiales essentialiter capti. exemplū scōi sicut sunt isti. res. psona. et aliq̄ etiā adiectiui. sicut sunt isti coeterni. equales. plures. duo. tres sed nulle dicūtur in plurali qui dicātur etiā in singulari et hoc si habeāt singulare. sicut sunt isti termini duo tres. ꝛc. ¶ Secūda distinctio sequens est terminoꝝ essentialiū quidam sunt qui modificationē certā nō admittūt sicut sūt isti natura essentia deitas et plures alij qm̄ ꝫm supradicta nō possum⁹ vere di-

8. regula

6. regula.

7. regula

5

f

cere in diuinis ꝙ natura genita est aliquid nec ꝙ essentia genita est aliquid qꝛ scõz determinationẽ nulla est essentia diuina genita. Aliqui autẽ sunt essentiales qui huiusmodi modificationẽ bene admittũt sed tũc per illã modificationẽ efficiũtur personales sicut sunt isti sapientia amoꝛ. ꝛc. Uñ bene dicim⁹ ꝙ sapiẽtia genita est aliquid in diuinis scz filiꝰ. ꝛc. Et hoc de noib⁹ ꝑmittendũ est. ¶ His premissis

A Prima cõclusio. pono tres ꝯclusiones ad istum articulũ rẽspõsales. Prima est ꝙ licet positio de trinitate cõcedat terminos ꝯtradictorios de terminis suppositalib⁹ ꝓ eodẽ ipsa tamẽ nõ ꝯcedit ꝓpositiões ꝯtradictorias: nec vllã que iplicat ꝯtradictionez. Prima pars ꝓbatur qꝛ ipsa ꝯcedit ꝙ essentia nõ generat. ꝛ ꝙ pater generat ꝛ sic ꝯcedit istos termios generare ꝛ nõ generare qui sunt vere cõtradictorij de istis termis essentia diuina ꝛ pater in diuinis quitñ supponũt ꝓ eodẽ licz vn⁹ mediate et ali⁹ ĩmediate. ꝛc. Scda pars ꝓbatur qꝛ ois positio ꝯcedẽs ꝓpositiones ꝯtradictorias vel iplicãtes ꝯtradictiõez est ipossibilis vt notũ est: sed positio de trinitate est possibilis imovera igr̃. ꝛc. ¶ Secũda ꝯclusio est ꝙ

B 2. cõlusio licet positio de trinitate possit sine ꝯtradictione apparẽter sustineri tñ ꝙ ipsa nõ ꝯcedat ꝓpositiones realiter seu mentaliter ꝯtradictorias siue ꝙ nõ iplicet ꝯtradictionẽ ꝯtra ꝓteruũ non potest euidẽter probari. Prima pars ꝓbatur qꝛ absurdũ esset dicere ꝙ fides catholica ꝯcederet aliquam positionẽ que non posset sine ꝯtradictione apparenter sustineri. hoc eñ esset dicere ꝙ fides negat primũ principiũ sicut blasphemauerũt quidam dicẽtes primũ principium nõ tenere in diuinis. Quicunq; autẽ hoc dixerit anathema sit. Secũda pars ꝓbatur ꝛ primo ostẽdo ꝙ nõ posset euidẽter probari ista negatiua: positio de trinitate nõ implicat ꝯtradictionẽ qꝛ si detur oppositũ sequit ꝙ possit euidẽter ꝓbari ꝙ illa positio sit possibilis ꝙñ⁹ tenet qꝛ sicut oẽ qđ̃ iplicat ꝯtradictionẽ est impossibile et ecõtra sic omne qđ̃ nõ implicat ꝯtradictionẽ est possibile ꝛ ecõtra sed falsitas ꝯsequẽtis satis ptz. Scdo ostẽdo ꝙ nõ possit euidẽter probari ꝯtra ꝓteruũ ista negatiua positio de trinitate nõ ꝯcedit ꝓpositiones mẽtaliter ꝯtradictorias. Aliq̃ eñ dicũt ꝙ sic ꝛ supponũt ꝙ positio trinitatꝭ est ponere vnã rẽ esse tres res ꝛ quãlibet illarũ. ꝛc. s. essentiã diuinã eẽ patrẽ. ꝛ esse filiũ ꝛ esse spiritum sanctũ: et etiã sigillatim esse patrẽ/et eẽ filiũ/et eẽ spñscuñ. Ex quo inferũt quod põt concludi euidenter etiã ꝯtra ꝓteruũ vel hereticũ ꝙ illa positio nõ est cõtradictio manifesta neq; tantũ mentalis neq; vocalis et realis qñ̃ ista positio nõ ponit nisi puras affirmatiuas ꝛ ex puris affirmatiuis posset sequi ꝛc. ¶ Sz ℭ istud non sufficit quia isti arguunt ac si positio de trinitate nõ poneret aliud nisi vnam rem eẽ tres res: et quãlibet illarum: ꝛ ac si nõ poneret nisi puras affirmatiuas modo hoc est falsũ. ponit eñ aliud et ꝯcedit ꝓpões negatiuas. s. ꝙ pr̃ nõ est filiꝰ: ꝙ essentia diuina nõ gñat ꝛ tamen

res q̄ est eēntia generat q̄ diui-
nitas non generat/ꝛ tñ de⁹ ge-
nerat. Modo diceret ꝓteru⁹ he-
reticus q̄ licet tales ꝓpositio-
nes nō ꝯdicant vocaliter tñ ꝯdi
cunt realiter et mentaliter sicut
nullus aial currit et aliquid qđ
est aial currit. vel iste marc⁹ nō
currit ꝛ tullius currit. posito q̄
sint nomia synonima ꝛc̄. nec op
positum huius posset euidēter
ꝓbari ꝙtra ꝓteruū cuius op-
positum hui⁹ posset defēdi con
tra ipz ꝛc̄. Dico tñ q̄ potest eui-
denter ꝓbari ꝙtra ꝓteruuz ista
negatiua. positio de trinitate
non ꝙcedit ꝓpositiones vocali-
ter et mentaliter ꝙtradictorias
patet quia talis positio nō po-
nit aliquas duas vnam pfecte
vniuersalem ꝛ aliam pticularē
eorundē terminorū ꝛ diuersaꝝ
qualitatum. vel duas etiam p-
fecte singulares eorundē termi
norum ꝛ diuersarū qualitatum
vt patet inductiue et magis de
D clarabitur/ꝛc̄. Tertia conclusio
ꝛ. ꝙclusio. est q̄ licet positio ponēs q̄ nul-
la creatura est vel eē potest que
sit tres res: quelibet illarum sit
vera: ꝛ rationabilis tñ ipsa non
est nobis euidens: vel euidēter
demōstrabilis ¶ Prima pars ꝓ
batur qua si eēt aliqua creatu
ra que eēt tres res et q̄libet ea-
rum: vel si deus absolute potest
facere talem creaturā eadē ra-
tione posset facere q̄ vna crea-
tura eēt omnes que iam sūt ꝛ q̄-
libz illaꝝ. ꝙsequētia tenet. qz nō
videtur maior ratio ꝺ vno q̄z de
alio ſz ꝙsequēs est irrationabile
quoniā tūc idē eēt pfectū et im-
perfectū: diuisibile ꝛ indiuisibi
le et quātū ꝛ diuersaꝝ speciem
ſcz hō asin⁹ ꝛc̄. imo humanitas
et asinitas ꝛc̄. qđ videtur absur
dum quare ꝛc̄. ¶ Scđa pars ꝓ
batur. quia ponēdo talē creatu
ram eē vel eē posse nulla mani-
festa ꝙtradictio pōt inferri i lūi
ne naturali qz sicut sustineri pt
i diuinis absq̄ ꝯtradictione q̄
vna res sit tres res et q̄libet ea
rū eadē ratione et eodem mō in
creaturis posset defendi ꝛ ꝓ ꝙse
quens nō scimus euidēter vtrū
talis creatura sit possibilis vel
non q̄re ꝙclusio vera. Cōfirmat.
quia de facto aliqui ātiqui phi
losophi posuerūt q̄ gen⁹ est rea
liter omnes sue spēs: ꝛ species
quodlibet suū indiuiduū et per
ꝙsequens habebāt cōcedere q̄
aliqua res que nō erat de⁹ esset
plures res et quelibz illaꝝ. mō
licz ista opinio sit falsa tñ nō pos
set euidenter ꝓbari sicut nec
positio de trinitate in diuinis q̄
re ꝛc̄. Ex predicta cōclusione se
quūtur aliqua. ¶ Primo sequi-
tur. q̄ licet aliquam creaturam
que sit tres res et q̄libet earum
posse fieri ꝓ absolutā potentiaz
dei possit sine ꝙtradictione susti
neri. tñ hoc debet a catholicꝭ ne
gari. ¶ Prima pars patet ex di
ctis. secunda pars q̄uis negat
ab aliquib⁹ tamē ꝓbatur sic.
Unde pro isto pono duas regu
las ¶ Prima est q̄ aliquā posi-
tionem posse sine ꝙtradictōe su
stineri non est sufficiēs ratio q̄
talis positio nō debeat negari.
patet qz multe sūt veritates ra
tionabiles quaꝝ oppolite falsi
tates possūt sine cōtradictione
sustineri: sicut patet in phia na-
turali ꝛc̄. ¶ Secūda est. ois po-
sitio debz a catholicis: ꝛ ab om
nibus negari cuius oppositum
circunscripta fide apparet eui-

dens in lumine naturali et hoc nisi ad concedendũ ip̃am cogat auctoritas fidei: patet clare ꝛc̃. Ex hoc arguitur sic. circũscripta fide apparet euidens in lumine naturali: ꝙ nulla res pōt esse tres res ꝛ quelibet earum. ꝛ nulla auctoritas scripture vl̃ fidei cogit ad cõcedẽdum oppositz in creaturis imo magis videtur consonum fidei dicere ꝙ hoc infinite perfectionis est et ꝙ solũ conuenit deo ratione sue
A immẽsitatis. igit̃ ꝛc. ¶Scõo sequitur specialiter ex secũda regula ꝙ cõcedẽtes aliquod vnũ esse plura idiuiduavnius generis vel speciei non sũt digni vocari philosophi. patet. quia illi non sũt digni vocari ph̃i qui cõcedunt aliq̃d ita difficile ad sustinendum sicut ꝛ positio de trinitate absq̃ hoc ꝙ ad hoc cogãtur fidei auctoritate. Istud patz quia ꝓprietas philosophi ꝙ ẽ innitat̃ lumini naturali nisi vbi appositum docet lumẽ fidei. Sz sic est ꝙ aliquod genus / vl̃ speciem aliquã esse realiter plura indiuidua et quodlibet illorum est ita difficile ad sustinendum sicut essentiam diuinã esse tres personas: ꝛ quamlibet illarum imo videatur aliquo mõ difficilio qz fides nõ ponit personas distigui essẽtialiter ꝛ tamẽ duo diuidua eiusdẽ speciei distingũtur essentialiter. ꝛ tamẽ ad hoc nõ cogit auctoritas fidei immo forte magis ad oppositũ vt posset declarari: sed non curo igit̃
bum quod est nota distinctiõis est falsa de ꝟrute sermonis licz possit eẽ vera ad bonuz sensum cõmuniter loquentũ. talia autẽ ꝟba sũt sicut habere/ ꝯstruere/ esse in/ ⁊ hmõi. Ideo dico ꝙ paternitas nõ est i patre sz magis est i filio scz per circũincessionẽ. Ad bonũ sensum tamẽ ꝯcedit ꝙ paternitas est in pre et nõ in filio est pater. Sed de hac materia magis alias videbiꝫ. ¶ Vis premissis respõdetur ad predictas rationes. ¶ Ad primam negatur consequentia ⁊ dico ꝙ non sunt cõcedende plures formalitates propter rationem supradictam quia esset processus in infinitum in formalitatibus. Ideo concedo ꝙ essentia diuina seipsa sine omni distinctione a parte sui est eadez realiter cũ relatione ⁊ distinguitur formaliter ab eadem nec aliquo conuenit et alio differt. nec distinguitur formaliter per aliquam formalitatẽ nec oportet ꝙ sicut distinctio realis est distinctio rez ⁊c. ꝙ etiam distinctio formalis ꝺ qua loquimur sit distictio formalitatũ. et sic patet ad rationẽ ¶ Ad scãm negatur assũptum ꝙ sicut se habet distictio realis ad dicta realiter sic formalis ad dicta formaliter ⁊c. quia vt ptz ex dictis distinctio formalis ꝓsupponit idẽtitatem realẽ. Ideo ꝟtus in aliis distinctionibus contingat vnum negare ab alio non tamen in ista ⁊c. Nõ est etiam simile de distinctione materiali et de ista formali. qz hic non sumitur formaliter vt distinguitur contra materialiter: nec distinctio formalis est formarũ seu formalitatum: sicut materialis materiaꝝ ⁊c. Ad ẗiã ꝯceꝺo ꝙ ex sola dictõe formali nõ ꝯtingit hẽre dictionẽ realem a priori et ideo ex sola distinctione formali essentie relationis non concluditur distinctio realis personarum a priori: sed ecõuerso ex distinctione reali personarum et identitate essẽtie cũ personis ⁊ relationibus. cõtingit arguere distinctionẽ formalem essentie et relationis. et sic distinctio realis trium personarum non est quia essentia et relatio distinguntur formaliter sed magis ecõtra vt patet ex dictis quare ⁊c. ¶ Ad quartã dico ꝙ nõ est simile: quia idẽtitas formalis nullaz compatitur nõ identitatem vel distinctionem ⁊ ideo nullo modo permittit verificationem contradictoriaꝝ sed identitas realis compatitur aliquam nõ identitatem vel negationem alicuius modi identitatis ideo aliquo modo eã permittit ⁊c. Si vero hic queratur an debeat concedi ꝙ distinguntur formaliter. ¶ Et videtur ꝙ non quia cuz formaliter nõ sit determinatio distrahẽs vel diminuens sequitur distiguiꝫ formaliꝫ ergo distinguiꝫ. ¶ Scõo contra dictio est via potissima ad ꝓbãdum distinctionẽ realem ergo si de eẽntia et relatione verificentꝫ contradictoria sequitur ꝙ distinguntur realiter. ¶ Tertio realitas est in plus ꝯꝫ formalitas et per ꝓns etiã realiter in plus ꝯꝫ formaliꝫ ergo hic arguitur ab inferiori ad superius distinguitur formaliter ergo realiter. a. ẽ formalitas ⁊c. ¶ Ad hoc respõdetur vnde ad primũ quicquid sit dicẽdũ de virtute sermonis.

Ad primã.

Ad scõaz.

Ad tertiã

Ad ꝗrtaz.

Questio.

Arguiꝫ.

Secundo

Tertio

so. ad. ı.

dico tamen q̄ ad bonũ sensuz ꝛ ad intellectum supradictum potest ꝓcedi q̄ distingũtur formaliter ꝛ negari ꝓña ergo distigũtur/ qz distinctio formalis vt dea loquimur non est distinctio loquendo simpliciter et proprie nec destingui formaliter vt hic sumitur est simpliciter distigui: ꝛ sic ly formalis/ ꝛ ly formaliter est determinatio distrahens/ vl diminuens respectu distinctionis ꝛc. ¶ Ad secundum dico q̄ cõtradictio est via potissima ad ꝓbandum distinctionem realez quãdo ita est q̄ negatio est simpliciter ita q̄ per nullam circũlocutionem potest alterum contradictoriorum verificari de illo a quo negatur. sed quando bene verificatur tunc solum est via ad probandum distinctionẽ formalez. Et sic est in proposito: quia cuius hec sit vera negatiua paternitas nõ est communicabilis tamen hec affirmatiua est vera. paternitas est illa res que est communicabilis et ita de alijs in proposito et hoc solum contingit in diuinis vt dixi ¶ Ad tertiũ dico q̄ nec formaliter est inferi⁹ ad realit nec formalitas ad realitatem vt de formalitate hic loquimur vt quando dicitur essentia et relatio distinguntur formaliter. ly formaliter est ibi vnum purum sincathegoreuma sicut est per se/ vel necessario/ vel contingenter/ vl omnis. ꝛ sic de alijs. Et ideo nõ plus est formaliter inferius ad realiter q̄ per se aut contingenter ad realit nec formalitas ad realitatem q̄ persitas aut necessitas ad realitatem. Et si dicatur sine formalitas sit inferius ad realitatem siue non tamẽ hec est vera omnis formalitas est realitas: ergo eodẽ mõ omnia distincta formaliter sunt distincta realiter. ¶ Respõdeo q̄ hec non debet concedi proprie loquendo omnis formalitas est realitas. quia formalitas sicut hic loquimur est quasi quedam conditio totius propositionis que nõ est proprie aliquod ens reale. Unde simile est sicut de necessitate respectu realitatis loquendo de necessitate que correspondet necessario. quando dicitur homo necessario non est asinus. hic enim est quedam necessitas: et tamen illa non est aliqua vera realitas quia tunc esset aliqua vera realitas et realis necessitas alia a deo sed illa necessitas est conditio totius propositionis. Uel forte magis proprie loquendo posset dici q̄ tales termini abstracti persitas/ necessitas correspõdentes aduerbijs siue sint cathegoreumatibus modificãtibus propositionem sunt termini ficti et pro nullo supponẽtes et ita de formalitate. ꝛ ceta. ¶ Si dicatur q̄ non loquimur de propositione/ sed de re/ et de formalitate que est ex parte rei Dico q̄ quis loquamur de re tamen loquimur mediante propositione: et ideo concedo q̄ essentia et relatio ex natura rei distinguntur formaliter tamen illa formalitas non est in re ex natura rei. sicut homo necessario est risibilis ex natura rei et tamen illa necessitas non est in re. ¶ Si ergo cum dicitur essentia non est formaliter relatio potest exponi q̄ non est pres

A Ad scõm. B Ad tertiã Justantia C Solutio.

dicatio formalis eēntia est relatio: qz nō conuertunt p hoc distributiuū quicqd ē vel oīs res que est z sic pñt intelligi supradicta. D

2. artic's

¶Quantū ad scām articulū in quo videndū vtrū in deo sit aliqua distinctio inter essentiā et suas pfectiones attributales. Primo premittā notabilia z terminoz declarationes. Scōo ponā respōsales 7 clusiones. Tertio arguā cōtra dicta per aliquas ratiōes. Circa primū notandū est ꝓmo qꝺ pfectio attributalis pōt accipi dupliciter vno modo ꝓprie ꝓ aliqua pfectione simpliciter diuina que est realiter deꝰ. Alio modo pro aliquo p̄dicabili vere de deo et de oībus tribus psonis diuinis diuisum z cōiunctum. Primo mō dico qꝺ non sunt plures pfectiones attributales sed tm̄ vna, et undistincta re z ratiōe q̄ proprie z de virtute sermonis nō debet dici eē in deo sed est oibꝰ modis ipsa diuina essentia vt patebit. Scōo modo dico qꝺ sunt plures pfectiones attributales vt ptz. E

¶Scōō notandū qꝺ pfectiones attributales scōo mō dicte non sunt ꝓprie loquēdo pfectiones diuine sed sunt q̄dam signa vel conceptus qui possunt p̄dicari vere de deo et magis debēt dici conceptus attributales siue noīa attributa q̄ pfectiones attributales. Unde ꝓprie loquendo differentia est inter attributa diuina: rationes attributales/ et perfectiones attributales. Nam attributa ꝓprie sunt noīa siue signa vocalia supponentia immediate pro pfectione diuina. sed rationes attributales sunt conceptus mentales predictis attributis correspondentes. sed perfectio attributalis est illud pro quo supponit immediate ratio attributalis. Ex his sequuntur aliqua. ¶Primo F sequitur qꝺ attributa diuina vl rationes attributales sunt plures z in multiplici differēcia. qz quedam huiusmodi signa iportant ipam essentiā diuinā affirmatiue z simpliciter absolute sicut essentia deitas. quedā affirmatiue tamen cōnotando aliqd aliud sicut predestinās/ creatū z̄c. quedam vero negatiue sicut immutabile/ incorruptibile. z̄c. Secundo sequitur qꝺ attributa diuina z ipe rationes attributales distinguunt essentialiter inter se z ab eēntia diuina pz clare ex dictis. Tertio sequitur qꝺ G attributa diuina loquendo pro prie nō distinguunt ratione. pz. quia sicut vnūquodqꝫ quod est realiter extra aiam est seipo formaliter ens et nō per aliquod extrinsecum. ita est vnū z a quolibet alio distinctū seipso nec p aliquod extrinsecum. z per consequēs circūscripta oīno qualibet rōne z quolibet opere intellectus talia attributa distiguūtur seipsis. Uerum est tn̄ qꝺ vna ratio attributalis ab alia distiguitur ratione qua seipsa. Similiter impropie loquēdo z ad bonū sensum attributa diuina distinguūtur ratione. i. eis correspondēt distincte ratiōes mētales z̄c. Quarto sequitur qꝺ attributa diuina vel rōnes attributales non supponūt pro pfectionibꝰ distinctis essentialiter vel realiter. pz ex dictis z similiter oēs doctores in hoc concordant sed differēter quia aliqui

tenent q̃ nec supponunt p̃ perfectionibus distinctis formaliter seu quomodocunq̃ aliter et hoc infra tenebo ꝛ p̃babo. Alij tenent q̃ p̃ distinctis formaliter ꝛ concedunt pluralitatẽ perfectionũ diuinarũ non tamẽ realiter sed solum formaliter distinctarũ sicut Scotus ꝛ suus cõmẽtator ille Joh̃es de rippa quaz opinionem inferius euidenter reprobabo. ¶ Tertio notandũ est q̃ differentia est inter perfectionẽ simpliciter ꝛ denoiationẽ pfectionis simpl'r. Unde perfectio simplicit cõmuniter describitur a doctoribus q̃ est illud quod est ·i quolibet melius ipm q̃z non ipm (id est) esse aliquale vel aliquid quod melius est eẽ q̃z non esse: sicut vita intellectiua ꝛc̃. Sed denoiatio perfectionis simpliciter est terminus vel conceptus supponens imediate pro tali perfectione. Aliqui autem vocant denoiationẽ perfectionis simpliciter perfectionem creataz que habet consimilem denoiationẽ cum perfectione diuina. Unde vitam vel itelligentiam diuinam ipsi vocant perfectionẽ simpliciter ꝛ vitam vel intelligẽtiam creatam vocãt denominationẽ perfectiõis simpliciter. Licet aũt hoc nõ possit reprobari. quia nomina significant ad placitum tamẽ proprie loquendo dico q̃ tam vita diuina q̃z vita creata debet dici perfectio simpliciter: ꝛ iste termin⁹ vita pro vtraq̃z supponens debet dici denominatio perfectionis simpliciter per nomen eñ res denominatur. quare. ꝛc̃. Ex hac distinctione sequuntur aliqua. ¶ Primo sequitur ista regula q̃ ad hoc q̃ aliquis terminus sit denominatio perfectionis simpliciter requiritur q̃ verificetur cõuertibiliter de quiditate rei siue essentia pro qua supponit: ꝛ hoc conuersione regulata per hoc distributiuum quicquid est: vel omis res que est. patet ex descriptiõe denoiatiõis pfectõis simpliciter q̃ aliter tales res non supponerent immediate pro perfectione simpliciter sicut apparet ex descriptione suppositionis immediate: data in precedẽti questione. Sed tamẽ non requiritur q̃ sic verificet cõuertibiliter de quolibet quod est illa essentia siue illa perfectio p̃ qua supponit: Uerbi gratia iste terminus vita diuina est denominatio perfectionis simpliciter quia quicq̃d est vita diuina est essentia diuina ꝛ econtra. sed tamen aliquid est essentia diuina scz pater de quo non sic dicitur conuertibiliter: quia non quicquid est vita diuina est pater licet econtra. quare. ꝛc. ¶ Secundo sequitur alia regl'a q̃ ad hoc q̃ aliquis terminus sit denominatio perfectionis simpliciter in diuinis requiritur q̃ vere dicat de eẽntia diuina ac etiam cõiunctim: ꝛ diuisim de personis pz ex predicta regula q̃ talis terminus debet supponere pro eẽntia diuina ꝛ pro quolibet quod ẽ ipa aliter non supponeret pro ipsa immediate. Tertio sequitur ex predictis regulis. q̃ ũi termini suppositum psona pater paternitas trinitas spiratio ꝛ huiusmodi non sunt determinationes pfectionis simpliciter pz clare. Quarto sequitur q̃ licet

posse producere creaturam sit determinatio perfectionis simpliciter nō tamē posse pducere psonam diuinā: pz clare. Et hec de terminorum declaratione.

D ¶ Hijs premissis pono tres cōclusiones ad articulū responsales. ¶ Prima est sicut deitas et diuinus intellectus seu voluntas nō distinguūtur realiter inter se. Sic nec ppꝛie loquendo distinguunt ratiōe. Pria pars supponit. qꝛ ab oibus pceditur Sz scda sequitur ex pma. qꝛ que sunt idē realiter ꝓpꝛie nō distinguunt ratione vnde sicut distincta realiter nō sunt idem secundum rationē sic nec eadem realiter sunt distincta scdm rationem. ꝛ sicut nullū ens rationis est idem scdm rē cuicūq; alteri enti rōnis. sic nihil reale est idem fm rōem alteri enti reali vt prius tangebatur ꝛ per consequens multo minus aliquid reale distinguetur secūdum rationem ab aliquo quod est ipm seu idem sibi scdm rem. Tamen licet de virtute sermonis nō sit verū bene tñ qñq; gra breuis locutionis pceditur ad bonū sensum q intellect⁹ diuinus ꝛ volū tas distinguūtur rōne id est isti termini supponentes ꝓ eadē re habēt diuersas distinctas rōes

E eis correspondentes in mēte. et

2. pclusio sic intelligūt doctores talē locutionē. quare. ꝛc. ¶ Secūda conclusio est q sicut deitas ꝛ diuinus intellectus seu volūtas nō sunt eiusdez eētie distincte realitates. sic nec sunt eiusdē rei distincte formalitates. Pria pars supponit ꝛ ab oibus sanctis et philosophis pcedit. Sz scda ꝓ ꝓbatur sicut arguebat i tertia rōne scde pclusionis primi artī culi qua esset ꝓcessus in infinitum in formalitatib⁹ ꝛc̄ ¶ Ter F
tia conclusio est q sicut deitas 3. cōclusio et diuinus intellect⁹ seu voluntas sūt tam idē q̄ idē est deitas deitati sic inter hec est distinctio formalis seu quecunq; non idētitas ex natura rei. Ista conclusio quo ad vtrāq; partē satis pz ex dictis in pma ꝛ secūda cōclusionibus primi articuli. ꝛ satis sequitur ex secunda cōclusione nunc ꝓbata nec indiget alia ꝓbationeꝛ vt pz. ¶ Sz tamē ad euidentius refellendū oppositam G
opinionē. Iterū eam ꝓbabo. Et q̄uis magr̄ Gregorius ad hoc multipliciter arguat tamen. qa vt in pluribus rationes eius ꝓcedunt ac si opposita opinio poneret distinctionē realem inter huiusmodi perfectiones vt pz intuenti eas quod tñ nō imaginātur alijs ideo aliter est ꝓcedendū ad reꝓbādū opinionē prędictaz. Unde ad ꝓpositū declarandū premitto aliquas ꝓpositiones. Prima est. q vbicūq; est aliqua distinctio vel non idētitas ibi possunt aliqua contradictoria de sic distinctis verificari. pz. quia si a. et b. non sint idem omnibus modis tūc iste sunt vere. a. est idem a. oībus modis si b. nō est idē a. oībus modis. et sic esse idem a. omnibus modis ꝛ non esse idem a. omnibus modis verificatur de a. et de b. Et ita etiam aduersarij concedunt q sapientia diuina est formaliter sapientia diuina: ꝛ bonitas diuina non est formaliter sapientia diuina ꝛc̄. et sic patet suppositio illa. ¶ Secūda est q H
oia contradicto ria habēt equa-

lem repugnantiam inter se ptz qz tanta est repugnantia inter animam et non animã angeluz et non angelum. sicut inter deũ et non deum siue inter ens ⁊ nõ ens nisi forte dicatur eẽ maior repugnantia inter ista vel inter illa. ppter maiorem pfectionem alicuius partis in vna cotradictione q̃ in alia. sed hoc non est ad propositum quia loquimur de repugnantia verificationis. ⁊c̃. quare ⁊c. Ex predicta sequitur tertia suppositio q tanta est repugnantia aliqua contradictoria verificari de aliquo eodẽ omnino quanta esset quecunqz alia contradictoria siue omnia verificari de illo. ℔atet ex quo omnia equaliter repugnãt. ⁊c.

A ¶ Quarta suppositio est q ex aliquibus contradictoriis contingit inferre. q illa de quibus verificantur' sunt distincte res seu q non sunt eadez res. patet quia sequitur. a. est. ⁊. b. non est: ergo sunt distincte res vel i actu vel in potentia saltem sequitur ergo non sunt eadem res. sicut sequitur. substantia est et accidens non est. ergo substantia et accidens non sunt eadem res. et capio ly res sicut se extendit ad ens reale ⁊ ad ens rationis. quia omne ens rationis est vera res. patet ergo suppositio.

B ¶ Tunc ex hijs arguitur sic. intellectus diuinus et voluntas diuina non sunt omnibus modis idẽ sed inter hec non est idẽtitas siue distinctio formalis per aduersarium. igitur de ipis aliqua contrãdictoria verificantur. consequentiam concedit aduersarius et consimiliter. patet per primam suppositionem sed impossibile est cõtradictoria verificari nisi de distinctis rebus vel ratione distinctionis realis quia verificatio contradictoriorum infert distinctionem realem in aliquibus: vt patet per quartam suppositionem: ergo vbicz et in omnibus. ℨsta consequentia patet et secunda ⁊ tertia suppositionibus. ⁊ per cõsequens sequitur q si esse idem formaliter intellectui verificatur de intellectu et negetur de volũtate oportet q intellectus et voluntas in deo importent aliqua que non sunt idem realiter quod est falsum. quare. ⁊c. Confirmatur. quia qua ratione tu dices q aliquid idem potest vere affirmari de intellectu diuino et vere negari de voluntate diuina non obstante reali idẽtitate propter solam distinctionem formalem eadem ratione dicam vniuersaliter: q esse et nõ esse vel quecunqz alia contradictoria verificatur de a. et de b. propter solam distinctionem formalem non obstante q sint idez realiter. et sic perit omnis via ad probandum distinctionem vel non idẽtitatem realem. ¶ Si enim dicas q homo est rationalis et asinus non est rationalis. ergo homo et asinus distinguuntur realiter. dicam q non sequitur quia sufficit q distinguuntur formaliter Sed forte dicetur. q quãdo aliquid idem vere affirmatur. ⁊ vere negatur simpliciter ⁊ absolute sine aliqua additione alicuius modi sic a thegoreumatici: tunc bene contingit inferre nõ idẽtitatem realem. ideo sequitur simpliciter. a. est et b. nõ est

C

ergo est ibi non identitas realꝫ
similiter sequitur intellectꝰ di-
uinus ꝛ volūtas diuina ꝛ nō est
intellectus diuinus. ergo disti
guūtur realiter vel nō sunt idē
realiter. Sed qñ aliquid cū aliq̄
modo sincathegoreumatico af-
firmatur vel negatur nō requi-
ritur identitas realis: sed suffi
cit formalis et sic est in propōsi-
to. Nam hec est vera intellectꝰ
diuinus est formaliter intelle-
ctus diuinus ꝛ hec similiter vo
luntas diuina non est formaliꝫ
intellectus diuinꝰ. Sed hoc nō
valet: quia omnia contradicto-
ria sunt eque contradictoria: et
eque repugnantia. per secūdā
suppositionem et per ꝓñs tātū
sunt contradictoria esse forma-
liter intellectum diuinū: et non
esse formaliter itellectū diuinū
sicut esse itelllectū diuinū ꝛ nō
esse intellectum diuinum. ergo
ex vna contradictione contigit
inferre non idētitatē realē sicut
et alia. Et qua ratione tu dicis
ꝙ ex ista non contingit inferre.
ꝛc. eadem ratione et pari facili
tate dicam ꝙ nec ex alia. quare
D ppositū. ¶ Secundo arguitur
declarando predictam rationē
qua ꝯuis talis distinctio vel
non identitas formalis conce-
datur esse inter essentiam diui-
nam et personam ad sensū posi
tum et declaratum in primo ar
ticꝺo et licet eque faciliter et ab
solute posset sustineri inter eēn
tiam et intellectum aut volun-
tatem diuinaz: quia tamē talis
distinctio est difficillia ad intel-
ligēdū ꝛ ad sustinēdum ybicūq̄
nec facilioꝛ ꝯ sit trinitas perso
narū cū vnitate essentie. iō non
debet poni nisi vbi euidēter se-
q̄tur ex creditis traditis in scri
ptura sacra: vel determinatiōe
ecclesie ꝓpter cuius auctorita-
tem dz̄ oīs ratio captiuari. Et
ideo cum oīa tradita in scriptu
ra sacra et determinatione ec-
clesie ac dictis sanctoꝝ possint
saluari non ponendo eaz̄ inter
intellectum et volūtatē diuinā:
et sic de qualibet ꝑfectione diui
na: immo eam non ponere ma-
gis ꝙsonet simplicitati diuine.
sequitur ꝙ non est ponēda: sed
neganda. Sed qꝛ ex credendis
euidenter sequitur ꝙ de eēntia
et de persona seu relatione di-
uina verificantur ꝙtradictoria
et tñ sunt idem realiter: iō ꝙce-
ditur ibi distictio formalis nec
ibi verificatio cōtradictoꝛioꝝ
concludit distinctionē realē in-
ter essentiam ꝛ psonā. ꝯuis alī
quam distinctionē realē conclu
dat sc̄z inter vnā personā ꝛ alī
am sicut magis declaratū est i
primo articulo. Cū igitur q̄cq̄d
est intellectus diuinus est volū
tas diuina ꝛ ecōtra nō est ibi di
stinctio formalis ꝙcedenda. In
ter eēntiā vero ꝛ psonā ponēda
est: qꝛ ad primū nō cogit fides sꝫ
bene ad sc̄z: nec etiā i creatu-
ris ꝙcedenda ē ꝯuis posset ibi
eque faciliter sustineri sicut in
diuinis. Et ratio est: qꝛ ꝙ in di-
uinis vna res sit tres res ꝛ q̄lz
earum in fide expꝛessum est: sed
non ꝙ ita sit in creaturis: ꝛ per
ꝓñs cuz repugnet rationi negā
dum est. Confirmatur predicta
ratio siue breuiter recolligitur
per hunc modū quā docūq̄ ali
qua positio est ita difficilis ad
sustinendū sicut positio trinita-
tis ipsa est negāda: nisi ꝑ ipam
cogat fides: sed positio ꝙcedēs

intellectũ diuinum et volũtatẽ et sic de qualibet alia perfectione diuina esse idẽ realiter ꝛ distingui formaliter est ita difficilis ad sustinendum sicut positio trinitatis immo forte magis qꝛ ponit pluralitatẽ sine distinctione reali: quod non facit positio trinitatis: nec ad illam cogit fides. ergo talis positio est negãda presertim cũ opposita possit faciliter sustineri. et sit magis consona diuine simplicitati ꝛc.

¶ Tertio arguit sic: quia si illa distinctio formalis sit ponẽda vel sic distincta magis distinguũtur ꝙ̃ persone: vel min⁹ vel eq̃. Non põt dici ꝙ magis vt eque quia tunc distinguũtur realiter quod supponitur: et ab aduersarijs concedtur esse falsũ. Nec potest dici ꝙ minus quia distinctio personalium ꝑm doctores est minima distinctio siue minimus modus distinctionis nec minor videtur imaginabilis vt in primo articulo tangebatur: ꝛ sic patet conclusio demõstratiue probata ꝛc.

B ¶ Sed cõtra predicta arguitur aliquibus rationibus nec faciam oẽs rationes que possunt fieri pro opinione oppolita. sed inducã fortiores.

1. arguit. ¶ Primo arguitur sic distinctio emanationum diuinarum presupponit distinctionem principiorum elicitiuorum et nõ soluz distinctionem ꝑm rationem: et per consequens aliquã aliã ꝓuenientem omnẽ operationem intellectus nostri: sed intellect⁹ ꝛ volũtas sunt in deo principia elicitiua: et nõ distinguũtur realiter. ergo distinguũtur formaliter. Confirmatur: quia fili⁹ producitur naturaliter per intellectum tanꝙ verbum patris: sed spiritussanctus libere per volũtatem tanꝙ amor amboruz. Similiter filius ꝓducitur quomodo natus et spiritussanct⁹ qũo datus: hoc aũt non videtur posse esse: nisi in principijs elicitiuis scilicet inter intellectũ ꝛ voluntatez sit aliqua distinctio ex natura rei ꝛc. 2. arguit. Secundo arguit sic aliquid per se conuenit intellectui diuino quod non sic cõuenit voluntati diuine ergo non sunt formaliter et adequate idẽ consequentia patet: et añs ꝓbatur. Tum primo ex natura rei. deus intelligit per intellectum et non per voluntatẽ et de⁹ vult per voluntatem et nõ per intellectum: Tum secundo qꝛ deus naturaliter intelligit et deus libere vult Tum tertio: quia de⁹ per intellectum non est causa efficiens rerum per voluntatez est causa efficiens rerum. Tuz quarto: qꝛ deus intelligit peccata et non vult peccata: vt oẽs concedunt quare ꝛc. igitur.

3. arguit. ¶ Tertio arguitur sic. si in deo nulla eẽt penitus distinctio ex natura rei nõ esset ratio quare ꝓduceret distincta. sicut vnũ viuens et aliud non viuens. consequẽtia tenet: quia idem iquã tum idem semper natum est facere idem. nec valet dicere ꝙd hoc sufficit libertas. qua tunc sicut de⁹ posset producere vnã creaturam viuentem et non intelligentez: sic etiam posset producere vnam intelligentem et non viuentẽ: quod est impossibile. Igit opz ponere ꝛc. 4. arguit. ¶ Quarto arguitur sic. si nulla esset penitus distinctio in deo inter perfectiones attributales seqꝛtur

q̄ nomina attributalia et rationes attributales eis correspondentes significarent pentus idem et per consequens essent synonima quod est falsum: igitur et cetera. Ista sunt fortiora argumenta istius opinionis et cetera. ¶ Ad primam rationem dico q̄ si loquamur de emanationibus passiuis bene concedo q̄ presupponunt distincta principia scilicet patrem et filium id est distinctas res quarum quelibet est principium. Sed si loquamur de emanationibus actiuis non oportet q̄ presupponāt distincta principia. Secundo dico q̄ distinctio diuinarum emanationum passiuarum non presupponit aliquam distinctionem principiorum elicitiuorum: sed sicut in creaturis idem est principium totaliter elicitiuum diuersorum ita in diuinis. Tertio dico q̄ nullus est principiū quo filiꝰ in diuinis aliquo modo distinctū contra principiū qđ id ē nichil in diuinis est principius quo ꝓducit filius quod sit aliq̄ modo distinctū a patre qui est principiū a quod ꝓducit. Ideo dico quarto q̄ intellectus diuinus non est principiū quo producitur filius: et ita de volūtate respectu spirituſſancti. Et iō nulla res in diuinis est principium filiꝰ: nisi illa que nec est filiꝰ nec spūſſanctus. Nec oportet ponere principia aliquo modo distincta ꝛc. qꝛ qua ratiōe tu dices q̄ ab vno eodem principio simpliciter indistincto nō producuntur distincti. Ita dico q̄ ab vno eodem non distincto realiter non producuntur distincti realiter et cetera. ¶ Ad confirmationem dico primo q̄ filium produci per intellectum siue per actum intellectus et cetera. potest multipliciter intelligi. Uno modo q̄ intellectus sit principium quo siue per quod producitur filius: et sic est falsum vt iam tetigi. Alio modo nō virtute sermonis sed per quandā appropriationem vsitatam a sanctis et sic illud est verum. Proximus declaratione dico secundo q̄ generatio actiua filij appropriatur intellectui ꝛ spiratio actiua spiritusſancti appropriatur voluntati. Cuius ratio potest esse propter similitudinem ordinis productionis intellectionis et amoris in anima ad ordinē productionū verbi ꝛ spūſsancti in diuinis vnde sicut productio intellectionis in anima non supponit aliud produci in ea et productio volitionis ē ab anima et intellectione iam producta: vt supra dictū est: sic pater a nullo producitur sz filius est a patre improducto et spirituſſanctus ab vtroq̄ ꝛc. Et hoc tamen non arguitur aliqua distinctio inter intellectum et voluntatem. et secundus hoc etiā potest exponi q̄ filius producitur quomodo natus et spirituſsanctus quomodo datus. ¶ Sz ē quia tangitur q̄ filius producitur naturaliter ꝛ spirituſſanctꝰ libere iō dico. Tertio q̄ accipiē do libertatem proprie et stricte secundum q̄ distinguitur contra principium productiuū naturale. illud non est concedendum quia pater et filius ita naturaliter et necessario spirant spiritum sanctus sicut pater ge

Ad ſmū.

D

Ad ſcd

nerat filium. sed accipiendo libertatem pro voluntate potest concedi ad bonum sensum: q filius procedit per modum intellectus et nature: et spiritussanctus per modum voluntatis et libertatis. scilicet per quandaz appropriationem vt tactum est. Dico quarto. q̄ concesso q̄ filius naturaliter producitur ⁊ spiritussanctus libere non tamen sequitur illa distinctio formalis inter principia elicitiua. quoniam deus pater producit filium naturaliter et creaturam libere per idem principium vt etiam habent concedere aduersarii. Similiter idem totaliter indistinctum re et ratiõe: etiam in creaturis potest esse principium naturale respectu vnius. et principium liberum respectu alteri⁹ non tamen respectu eiusdez. saltem eodem tempore et stante eadem dispositione et cetera.

A Ad scõaz

¶Ad secundam dico primo. q̄ aliquid per se conuenire intellectui diuino et cetera. potest dupliciter intelligi. Uno modo de virtute sermonis scilicet q̄ aliquid aliquo modo competat rei que est intellectus diuinus quod non conueniat rei que est voluntas et sic illud est falsum Alio modo improprie scilicet q̄ aliqua propositio in qua aliquod predicatum enunciatur de hoc termino intellectus diuinus est per se vera et tamē propositio in qua idem predicatum enunciatur de hoc termino voluntas diuina non est per se vera. et sic potest concedi illud. sed tunc non valet consequentia. Si autem primo modo intelligitur consequentia est bona, sed antecedens falsum. ¶Dico B secundo pro solutione instantiarum pro q̄to facerent pro intellectu falso. q̄ de virtute sermonis concedunt est q̄ sicut deus intelligit per intellectum ita intelligit per voluntatem ⁊ vult per intellectum: et per voluntatem intelligit naturaliter et per intellectum vult libere et per intellectum est deus per intellectum est causa rerum sicut per voluntatem.

¶Dico tertio q̄ improprie ad C bonum sensum deus dicitur intelligere per intellectum et non per voluntatem. quia non omne quod intelligit vult ⁊ per voluntatem dicitur causa efficiẽs rerum et non per intellectum: quia omne quod vult esse vel fieri est vel fit sed omne quod intelligit est vel fit. Et dicitur intelligere naturaliter quia non potest non intelligere et libere velle quia potest non velle. a. Et ista possunt bene verificari de deo absq̄ aliqua distinctione ex parte dei per solam connotationem distinctionis in creaturis. Sicut iste verificantur deus beatificat petrum et non dãnat petrum. nõ propter aliquaz distinctionem inter voluntatez beatitudinem et non damnantem. sed propter distinctionem inf vitã eternã. ⁊ penã etnã q̄ istam. deus beatificat petrum importatur totum istud: deus dat petro vitam eternam ⁊ per istam deus non damnat petrũ significatur totum istud deus non dat petro penam eternam et sic ista verificatur sine distinctione a parte dei quia deus p eãdem virtutem et voluntatem dat vitam et non dat penam,

sed hoc fit ꝓpter varietatem ex parte creature. Similiter deus potest creare. a. et non creat. a. Nec tamen ex hoc sequitur ꝙ posse creare ꝛ nō creare distinguitur formaliter in deo. Et ita potest dici in ꝓposito ꝛ hoc est quod vult magr̃. libro. i. distinctione. 35. vbi dicit ꝙ de⁹ ꝓpter diuersos effect⁹ sortitur diuersa noīa sicut p̄destinatio p̄scientia. ꝛc̄. ¶ Quarto specialiter dico pro quarta instātia ꝙ p̄ istaz de⁹ vult peccata ī portatur scd̄z cōmunē modū loquendi ꝙ de⁹ facit aliqua male ꝛ qualiter nō debet: ꝛ sic per illā connotatur res faciēs aliquid male vl̄ qualiter nō debet quod solū potest cōpetere creature sed p illā deus intelligit mala vel peccata illud non cōnotatur ideo sancti in hoc sensu negant primā ꝛ cōcedūt scd̄az. sed ex hoc nullo modo sequitur ꝙ itellectio dei aliquo modo distinguit ab ei⁹ volitione sed hoc solū ꝓuenit ꝓpt̄ diuersa cōnotata. vnde sequit ꝙ si ist̄i termini intellectus volūtas intelligere velle et sic de alīs non essent cōnotatiui sed p̄cise importarēt absolute illaz rem que deus est nō plus esset hec vera deus itelligit mala q̄z hec de⁹ vult mala ꝛ sic de alīs ꝓpositionib⁹ supradictis ꝛ hoc apparet ex premissis. ꝛc̄. ¶ Ad tertiū dico ꝙ ꝛ̄a nō valet ꝛ cōcedo ꝙ idē ꝛ oīno indistinctum potest ꝓducere distincta nec ex distinctione productorū potest ꝛcludi in deo distinctio realis. nec potest cōcludi in deo distinctio formalis rationū causaliū plus q̄z distinctione reali taliū ꝓductoꝝ possit cōcludi in deo

D

E Ad tertiū

distinctio realis huiusmodi rationū qz qua ratiōe tu dices ꝙ ab eodē principio causali indistincto realiter ꝓducūtur effectus distincti realiter ita facilīter dicā ꝙ ab ipso indistincto taliter ꝓducūtur tales effectus distincti realiter. Et si queras quare ꝓducit distincta. dico ꝙ sufficit ꝓ ratione eius libertas nec ideo sequitur ꝙ ipse libere possit ꝓducere vnā creaturam nō viuentē tamen intelligentē. ꝛc̄. qz nō stat aliquid esse intelligens ꝛ nō viuens sed bene ecō tra. quare. ꝛc̄. ¶ Ad quartā dico ꝙ noīa attributalia ꝛ rationes attributales significant penitus idem in deo. i. significant deū qui est penit⁹ ꝛ oīb⁹ modis idē Secūdo dico ꝙ quandoqz tales termini cōsignificant siue cōnotant diuersa in creaturis. Unde licet in deo oīno idē significatur per intellectū ꝛ volūtatē ꝛ sic de alīs noibus ꝓfectionalib⁹ tamē in creaturis illud correspōdet ꝛceptui intellect⁹ alīs cōceptiu volūtatis ideo ista nomina non sunt synonima. Et si dicatur ꝙ saltē sequit ꝙ hec nomina hec itellect⁹ diuinus hec volūtas diuina sunt noīa synonima. Pro isto dico tertio ꝙ non sunt synonima plus q̄z ista hic homo hoc aīal eodē denotato. vñ licet nulli cōueniat vnū quin eidē cōueniet reliquū tamē aliquid significatur per vnū quod nō p reliquū. verū est tamen ꝙ res que est intellect⁹ diuinus ꝛ res que est volūtas diuina possunt significari p̄ synonima nomina. Quarto dico ꝙ licet p̄dicta noīa significēt penit⁹ idē in deo tamē nō est nugatio dicēdo

F Ad q̄rtū.

deus itelligẽs volẽs de⁹ iustus sapiẽs. ꝛc. ꝛ hoc propter diuersas ꝓnotationes. Et sic patz ad ꝓdictas rationes. Et hec de secũdo articulo. ꝛc. ¶ Quantum ad tertiũ articulũ in quo videndum vtrũ in deo sit aliqua distinctio inter essentiã et ideas siue rationes causales. Primo videbitur quid sit idea. Secũdo probatur triplex ꝯclusio resp̃siua Tertio monebũtur dubia. Circa primũ punctũ primo notanduz est. q̃ licet de ideis diuerse sint opiniones apud antiquos doctores oẽs tamẽ vel plures in hoc cõcordant q̃ idea est realiter diuina essentia sed ad saluanduz q̃ in deo sunt distincte idee ꝛ quomodo distingũtur: et ad quid. diuersimode dixerunt Sed de his ãtiquitatib⁹ trãseo ꝛ remitto ad ea q̃ tractat ockaz circa. 35. distinctionẽ primi libri vbi hãc materiã valde pulchre determinauit. ¶ Secũdo notãdum est q̃ idea ſcdm̃ ꝓdictũ doctorem nõ habet quid rei q̃ est nomẽ ꝓnotatiuũ nec significat ꝑcise aliquid vnũ: sed supponit ꝑ aliquo ꝛ ꝓnotat aliquid aliõ vel illud idẽ ꝑ quo supponit et ideo habet tm̃ quid nois. vnde potest sic describi. idea est aliq̃d cognitũ a pricipio ꝓductiuo intellectuali ad q̃ ipsuz aspiciẽs potest aliq̃d in esse reali ꝓducere. Prima particula huiꝰ descriptionis ptz per Augustinũ. 83. q. q. 46. vbi dicit. has autẽ rationes vbi arbitrãdũ est esse nisi in mẽte creatoris Nõ em̃ extra se quicq̃z positũ ituebat vt ꝑm illud ꝓstitueret q̃ ꝓstituebat. Ex quo ptz q̃ idee sunt cognite a mẽte diuina. Secunda particula ptz. scz a principio ꝓductiuo. ꝛc. per illud q̃ in dicta auctoritate ponit vbi arbitrandũ ꝛc. nisi in mẽte creatoris Tertia particula scz ad q̃ aspiciẽs ꝛc. patz per finalẽ clausulã illiꝰ auctoritatis q̃ dicit nõ em̃ extra se. ꝛc. Ex hoc clare insinuãs q̃ deꝰ ideas ituetur vt secũduz illas ꝓstituat. i. efficiat illa que cõstituit. Itẽ ista descriptio ptz per Sene. epĩa. 66. vbi enumeratis quattuor causis positis ab Arist. dicit sic. quintũ plato adicit exemplar quod ideã vocat hoc em̃ est ad q̃ aspiciẽs artifex illud q̃ destinauit efficit: nichil autẽ ad rem ptinet exemplar ad q̃ referat ockaz an intus q̃ ipse cõcepit. Ex qua auctoritate pz q̃ idee sunt quedã exemplaria cognita ab artifice ad que respiciẽs potest aliquid in esse producere. ꝛc. ¶ Tertio notãdũ est q̃ ꝓdicta descriptio prout supponit ꝑ idea creature nõ ꝓuenit diuine essentie: sed est ipsamet creatura: primũ ptz q̃ ſcdm̃ oẽs plures sunt. Unde dicit Augu. vbi supra. alia ratione ꝓdit⁹ est homo: alia equus ꝛc. Et capit rationẽ ꝑ idea: sed essentia diuina est vnica ꝛ non plurificabilis nisi in trib⁹ suppositis de quib⁹ nõ est ad ꝓpositũ igit̃. ꝛc. Unde inymaginabile est q̃ diuina essentia esset realiter plures idee creature nisi ponẽdo illas ideas esse distinctas formaliter: q̃ distictio formalis supra satis reprobata est. Alios modos saluandi ꝑ distinctionẽ rationis ꝛ respectũ ad creaturã satis reprobat doctor ꝓdict⁹. Tales em̃ respect⁹ nichil sunt et si essent nõ faciũt

A Tertius articulus

B

C

ad ꝓpositū. Sc̄ꝺz ptz sc̄z ꝙ ipsi⁹ creature idea sit creatura: ꝓmo qꝛ sibi competūt oēs particule ꝓdicte descriptionis. Nā ipsa est cognita ab intellectuali actiuo ⁊ de⁹ a ꝫ ipsam aspicit vt rationabiliter ꝓducat: qꝛ ꝑtūc ꝗ de⁹ cognosceret essentiā suam si nō cognosceret suū ꝓducibile ignoꝛāter ꝓduceret ⁊ nō rationabiliter ⁊ ꝙ ꝫ nō per ideam Et si per ipossibile de⁹ ipse cognosceret suū ꝓducibile ⁊ nō cognosceret suā essentiā posset vere ⁊ rationabiliter ꝓducere. igit̄ ipsam creaturā ꝓducibilē vere aspicit et ipsam aspiciēdo ꝓducit: ergo ipsa est idea. Itē idee ꝓportionabiliter sunt ponēde i artifice creato ⁊ icreato: sed si artifex creatus ꝓcise cognosceret illud artificiū qꝺ ꝓducit illud vere ageret p exemplar. ⁊ per ꝫ ꝙ per ideā ⁊ sic respectu artificis creati ipsūmet ꝓducibile esset exēplar ⁊ ꝙ ꝫ ꝙ per ideā ⁊ ideo idea. qꝛ idem intelligūt doctoꝛes p ideas ⁊ exēplaria. igitur de⁹ artifex icreatus cū suā creaturā ꝓducibilē ꝓcognoscit ipsa sibi est exēplar ⁊ idea. quare. ⁊c. Itē istud patz a signo qꝛ plato cui⁹ sentētiam sequitur Augu. ideā hois dicit esse hominē vl̄ quidditatē hois vl̄ creaturā humanā vniuersalem sicut ptz ꝙ Aristo. recitantē opinionē platonis de ideis in diuersis locis. ergo ei⁹ intentio fuit ꝙ idea esset nō diuina essentia: sed aliqua res alia cognita a deo que esset sibi exēplar ad quod aspiceret in producendo: sed inter omnia cognita nichil potest conuenientius poni idea ꝙ ipsamet creatura vt magis patebit. igitur. ⁊c. ¶ Ex predictis sequūtur alique ꝓpositiones ex quib⁹ patebit que sit necessitas ponendi ideas. Prima est ꝙ idee nō sūt ponēde vt sint rationes cognoscēdi ipsas creaturas ab eis distinctas. Patet qꝛ preter ipsaz diuinā essentiā que est oībus modis sua cognitio non sunt aliqua que possint sibi esse rationes cognoscēdi et ideo nō sunt plures rationes cognoscēdi creaturas. Secunda est ꝙ idee nō sūt ponēde tāꝯ similitudines quedā repsentantes intellectui diuino ipsas creaturas. Patet qꝛ ille similitudines nō possunt esse diuina essentia cū ipsa sit oino iplurificabilis nec possūt poni aliqꝺ aliud: qꝛ nō apparet quod esset illud ⁊ ꝙ ꝫ sequēs sequitur propositū D

¶ Tertia est ꝙ ꝓdicte non sunt ponēde: vt de⁹ cognoscat p eas ipsas creaturas: patet. qꝛ sicut apparet ex ꝓdictis de⁹ ꝓprie loquēdo nō cognoscit p ideas. ⁊c. Hic tāmen distinguēdum ꝙ ly per potest dicere circūstantiam cause motiue sicut dicimus ꝙ ala intelligit p habitū tāꝯ p causam motiuā seu affectiuā: vel potest dicere circūstantiam potentie cognitiue sicut dicim⁹ ꝙ homo intelligit p intellectū: vel potest dicere circūstantiam obiecti medij sicut dicim⁹ ꝙ intelligim⁹ deū in via p quendam ꝛceptū sibi ꝓpriū vl̄ improprie potest dicere circūstantiā obiecti terminātis imediati sicut dicimus ꝙ videbim⁹ deū per suā essentiā quia ipsa erit visa in se imediate. Primis autez tribus modis non intelligit deus alia a se p ideas eoꝝ qꝛ ille nec ui o- E

uentintellectũ diuinũ nec sunt ipse itellect⁹ nec obiectũ mediũ inter deũ ꝛ alia a se cognita. Si quarto modo põt ꝓcedi. qꝛ idee sunt ipsa cognita a deo alia ab ipso sicut dictũ est ꝛ magis patebit ꝓ sequentia. ꝛc. ¶ Quarta A ꝓpositio est ꝙ idee ponẽde sũt p̃cise vt sint exẽplaria ad que intellect⁹ diuin⁹ aspiciẽs ꝓducit creaturas. Patet. qꝛ scõm Augustinũ vbi supꝛa propter hoc p̃cise ponẽde sunt idee in deo vt ipse sit rationabiliter ꝓduceus Unde ait. Quis audeat deũ dicere oĩa irrationabiliter ꝓdidisse ꝛc. Sed ad rationabiliter operandũ nõ requirit nisi potentia ꝓductiua ꝛ exẽplar ad qđ aspiciat ꝓducẽs i ꝓducẽdo sed idee nõ sunt ipsa potẽtia ꝓducẽtis cũ illa sit vnica ꝛ iplurificabilis igit sunt ipsa exẽplaria ꝛ sic vt B exẽplaria sunt ponẽde. ꝛc. ¶ Ex p̃dictis ꝓtz q̃ res sit idea qꝛ non est nisi aliqd cognitũ ad qđ cognoscẽs aspicit in ꝓducẽdo et scõm ipsum aliquid simile illi ꝛ ipsummet ꝓducit in esse reali. Sicut vna domus põt dici vere idea et exẽplar alteri⁹ dom⁹ qꝛ artifex illã domũ cognoscendo põt aliam simlẽ fabricare: ꝛ sic prior dom⁹ dicit idea secũde. Similiter etiã si illa. ꝛc. esset ab artifice p̃cognita ꝟtute illi⁹ posset domũ eandẽ ꝓducere ꝛ sic illa esset idea ꝛ exẽplar suũ ipsi⁹. Ex quo vlterius ꝓtz ꝙ hoc nomen idea significat ꝛ iportat i recto ipsam rem ꝓductã ꝛ eãdẽ etiaz importat in obliquo et p̃ter hoc iportat in obliq' ipsã diuinã cognitionẽ seu potẽtiã cognoscẽtẽ ꝛ ideo supponit ꝓ ipsa re producta sed nõ ꝓ cognoscẽte siue ꝓducẽte. ꝛ totũ ꝓtz ex dictis. ꝛc. ¶ His p̃missis pono tres ꝓclu C siones respõsiuas. Prima est ꝙ 1. ꝓclusio. in deo sunt plures idee que sũt realiter idẽ diuie essentie. et sũt iter se ꝛ ab ipsa essentia aliqliꝫ distincte. patz qꝛ in diuis sunt due ꝑsone ꝓducte. ſ. fili⁹ ꝛ spiritus sanct⁹. et cuilibet ꝙuenit descriptio idee et ꝓditiões supꝛa posite et oĩa q̃ attribuit Augu. ideis ꝙueniũt eis ita proprie et forte magis de virtute ꝑmonis q̃ ꝙuenãt creaturis vt ꝓtz cuilibet intuẽti. ergo licet pater in diuinis nõ sit idea: qꝛ nõ est ꝓducibilis. tamẽ due ꝑsone p̃dicte sunt idee. constat aũtẽ ꝙ ille sunt realiter idẽ diuine essentie ꝛ inter se realiter distincte simiIiter ab essentia aliqualiter distincte scz formaliter ꝛ nõ realiter ad sensum supꝛa expositum in primo articlo igitur quo ad vtrãq; partẽ ꝓtz clare cõclusio. D ꝛc. ¶ Secunda conclusio est ꝙ 2. ꝓclusio in deo sunt plures idee que sũt inter se et ab essentia diuina realiter distincte. patet qꝛ plures sunt creature iter se et ab essentia diuina realiter distincte et ille sunt idee vt dictum est et sunt in deo vt ꝓtz per illud Jo. 1. Omnia per ipsum. ꝛc. qđ factũ est in ipso vita erat. ꝛc. ergo pater conclusio sed satis patebit E ex⁹ declaratio. ꝛc. ¶ Tertia cõ- 3. ꝓclusio. clusio est ꝙ in deo non sunt plures idee q̃ due que sunt in eo realiter et ꝓprie sed bene sunt in eo ifinite itellectualiter ꝛ obiectiue. patet qꝛ nõ sunt plures idee q̃ due q̃ sunt realiter de⁹ vel in deo vt patet ex dictis sed ifinite sunt idee sicut sũt ifinite res ꝓducibiles ꝛ ille nõ sunt in

deo realiter ꝓprie ſz ſolū intellectualiť et obiectiue ſcz tanꝯ q̄dam cognita ab ipſo ꝛ nō alio modo. Et ſic patet concluſio ꝛc̄.

F ¶ Ex predictis clare ſequuntur alique ꝓpoſitiones de quib⁹ a diuerſis multe ſūt queſtiones. ¶ Prima eſt ꝙ materie ꝛ forme ꝛ generaliter oim partiū eēntialiū aut integraliū et vniuerſaliť oim rerū ꝓducibiliū ſunt diſtincte idee ſicut ipſe res inter ſe ſūt diſtincte ¶ Scōa eſt ꝙ idee ſolū ſūt ſingulariū. ꝓz qz ſola ſingularia ſūt extra ꝓducibilia ꝛ nulla alia et ſi plato aliter ſenſerit nō eſt in hoc ſequēdus nec i hoc eum approbat Auguſti. ¶ Tertia ꝙ idee nō ſunt vniuerſaliū. ꝓz qz nulla ſūt niſi ponatur ꝙ vniuerſalia ſint q̄dam res i aia ſimpliciter exīntes reb⁹ extra cōmunes et ꝓ p̄dicationez vniuerſales. ¶ Quarta eſt ꝙ negatio-

S num ꝓpoſitionū. vel mali culpe ꝛ huiuſmodi q̄ non ſunt res poſiti ue ꝛ ab alijs rebus diſtincte nō ſūt idee. ꝓz clare. Et ſic ex dictis ꝓz rñſio ad articulū. Sz cō tra predicta ſunt aliqua dubia. ¶ Primū eſt qz videť ꝙ idee creaturaꝝ ſint realiter et ꝓprie in

h deo creatore qz illud qđ eſt eternuz eſt realiter de⁹ vel i deo. aliter aliqđ aliđ a đo eēt eternū ſed idee ſunt eterne ſm beatū Auguſtinū vbi ſupra dicentē Sunt nāq̄ idee principales quedam forme atq̄ rōnes rerū ſtabiles atq̄ incommutabiles q̄ ipſe formate non ſūt ac ꝓ hoc eterne ac ſemp hoc eodē mō ſe habentes. Itē poſtea ſubdit. ꝙ ſi he reruz oim creaturarū creandarum ve rationes diuina mente ꝓſtituūt neq̄ in diuina mēte quicq̄ niſi eternū ac icommutabile eē pōt atq̄ has rationes rerū ꝑncipales ideas appellauit plato. Nō ſolū idee ſz ipſe vere ſūt qz eterne ſunt atq̄ incōmutabiles manent. Ex quib⁹ ꝓz ꝙ ſm Auguſtinum idee ſunt forme principales et ꝙ vere ſūt et ꝙ eterne ꝛ incōmutabiles ſūt q̄ oia nō poſſunt competere niſi deo ꝛc̄. Z

1. dubiuz ¶ Secūdum dubiuz eſt quia nō videť ꝙ ipſe creature ſint idee. ¶ Primo qz Auguſtin⁹ dicit de ideis: ꝙ ea⁹ viſione fit aia beata. Similiter dicit ꝙ ipſa rationalis aia: non omnis et quelibz ſed que ſancta et pura fuerit aſſeritur illi viſioni idearū eē idonea et illū oculū quo videť iſta eſſe ſanū ꝛ ſincerum ꝛc̄ Sed cō ſtat ꝙ aia viſione creaturarum non ſit beata. Similiť etiā ipas creaturas pōt intueri aia nōſ ā cta ſicut aia ſancta. Item ſi ipamet res creata eēt idea ſequiť ꝙ idea non plus haberet eē ab eterno q̄ lapis et per ꝙñs idea non eſſet eterna qđ eſt ꝙtra Auguſtinū dicentē ꝙ exemplaria oim rerum de⁹ intra ſe habz numeros vniuerſoꝝ q̄ agenda ſūt ꝛc. plen⁹ hijs formis quas plato ideas appellat imortales et imutabiles ꝛ ifatigabiles. Nec autem nō poſſunt ꝙpetere creaturis. Item ſm Auguſtinū ipe idee neq̄ oriūtur neq̄ intereūt ſed ꝙz eas tranſformari dicitur oīne qđ oritur qđ oriri aut interire poteſt ꝛc. ſed impoſſibile eſt idē oriri et interire ergo creatu re que oriūtur ꝛ intereūt nō ſūt idee ꝛc. ¶ Tertium dubiū ē ḑa

R non videtur ꝙ ipſi deo ſiue i tel- 3. dubium lectu diuino ipa creatura ſit ſibiꝑſius idea ¶ Primo qz ſic de

us aliquid extra se ituereturvt
fm illud ꝓstitueret qđ cõstituit
qđ expresse negat Augustinus
vbi supra. ¶ Secundo qr sic de-
us indigeret aliquo alio a se ad
hoc qđ ageret qđ est absurdum
¶ Tertio quia sic idem esset ex
emplar suꝯ plius qđ est falsũ qr
inter exemplar r exemplatũ de
A bet esse distinctio rc. ¶ Ad pmũ
Solutio ꝓ dubium dico pmo ꝙ idee crea-
mi dubij. turarum non sũt in deo eterna
liter realiter subiectiue. sed solũ
obiectiue id est ab eterno fuerũt
in deo qr ab eterno fuerunt co-
gnite ab eo. Ũñ nũ ꝫ inuenitur
ꝙ Augustinus ponat ideas ni-
si in diuina mente vel intelligẽ-
tia et nunꝯ in essẽtia per hoc i
sinuans ꝙ non sũt in deo nisi si
cut cognita r non sicut realiter
existentia. dicit eñ vbi eas arbi
trandũ eẽ nisi i mẽte creatoris.
Et supra dicit eas diuina intel-
B ligentia contineri. ¶ Secundo
pro intellectu Augustini dico ꝙ
eternuꝫ dupliciter accipiť. Uno
modo ꝓprie pro illo quod vere
et realiter ẽ existẽs etnaliter et
sic solus deus est eternus. Alio
modo improprie pro illo qđ est
cognitum eternaliter r sic intel
ligunt Augustinꝰ et alij ideas
eẽ eternas immutabiles r infa
tigabiles nec oriri nec interire
hoc est sũt eternaliter imutabi-
liter et infatigabiliter cognite
nec de nouo incipiunt intelligi
nec desinunt intelligi a deo. Et
hec oia dicunt sancti vt insinu-
ent differentiam ideaꝝ in mẽte
diuina r in mẽte artificis creati
qui nec eternaliter nec imuta-
biliter nec infatigabiliter intel
C ligit rc. ¶ Tertio dico ꝙ loquẽ-
do de virtute sermonis r ꝓprie
licut creature non sũt eterne sic
nec idee ſz improprie. Et ad eũ-
dẽ sẽsum quo ꝓceditur ideas eẽ
eternas posset ꝓcedi creaturas
eẽ eternas vnum tñ vsitať a san
ctis r nõ reliquũ. Cuius ratio ẽ
quia hic terminus idea impor-
tat cognitionẽ r est terminꝰ am-
pliatiuꝰ. Nõ sic autez iste termi
nꝰ creatura necisti hõ lapisa- D
sinus rc. quare rc. ¶ Quarto
dico ꝙ quãdo Augustinꝰ dicit
ꝙ idee vere sũt quia eterne sũt.
nõ itelligit ꝙ idee vere r ꝓprie
sũt eterne. sed sicut aliqui dicũt
ꝙ creature fuerũt eterne i dei
potẽtia qđ nõ est vex devirtute
sermonis sed intelligũt ꝙ etna
liter deus potuit eas pducere.
Sic Aug. itẽdit ꝙ idee vere sũt
id ẽ vere sũt intellecte a deo ab
eterno nec ꝓpter hoc oportz cõ-
cedere ꝙ ab eterno ve est quia
ab eterno vere intelligiť. Nam
ista locutio nõ est vsitata a san-
ctis sicut prima: r causa fuit iã
dicta. Similiter quando Augu
stinꝰ vocat ideas formas pnci-
pales rc. Non intẽdit ꝙ preter
ideas sint alie res minꝰ pricipa
les sed ideo dicit qr res ille pri
us natura sunt idee r in deo co
gnite q̃ꝫ sint extra deuꝫ pducte
r qr necessario i deo sũt idee et
non necessario ſz contingenter
sunt extra deum producte sicut
necessario sunt a deo cognite r
cõtingenter producte. ¶ Si ve- E
ro querať vtrum precise aliqua
res debeat vocari idea qñ deꝰ
actualiter ꝓducit ꝓz eã. an siue
ꝓducat siue nõ ita ꝙ sufficiat ꝙ
possit producere ꝑm eaꝫ Rñdeo
ꝙ ista difficultas magis est vo
calis q̃ꝫ realis. dico tñ ꝙ magꝫ
est devsu sanctoꝝ vocare ideas

ꝓ. ij.

Quis deus nō ꝓducat actualiter ſm eas. vñ dicunt ꝙ res ab eterno fuerunt idee. Ex quo patet ꝙ ſi nullus aſin⁹ eēt iſta de virtute ſimonis eſſet falſa idea aſini eſt ſed hec eſſet vera idea aſini ē idea aſini patz ꝓ qđ nois ꝛc. ¶ Secūdo ptz q̄ ante creationem rez hec nō erat vera idea creature eſt ſed hec fuiſſet vera idea creature eſt idea. Et ſic ante ē idea creature eſſet aliquid erat idea creature. ꝛc. ¶ Ad ſecūdum dubiū ꝑmo dico q̄ aīa non fit beata viſione idearū niſi beatitudine quadam accidētali qz viſio creaturarū magna eſt perfecto aie rōnalis. ¶ Secūdo dico q̄ aīa nō ſācta pōt intueri ideas ſaltez aliquas ſicut aīa ſancta Sed Auguſtin⁹ vult vel ꝙ aīma ſācta beata multas veritates poteſt de ideis perfecte cognoſcere quas nō poteſt aīma uō beata vel ꝙ aīma ſctā etiā in via habz de eis multas veritates quas non habet aīa nō ſācta et maxime infidelis. Ut anima fidelis cognoſcit ꝙ oim rerum ſunt idee in deo. hoc ē ꝙ deus eſt oim rez cauſa ꝑ ſuam cognitionē ꝛ ita de multis aliis hs ignorat infidelis ꝛc. ¶ Tertio dico ꝙ iſtud dictuz Auguſtini et multa alia de ideis poſſēt exponi non de ideis creaturaꝝ ſz de ꝑſonis diuis ꝓductiue vt ptz

¶ Quarto dico ꝙ non oia dicta Auguſtini poſſent exponi de illis ideis increatis quia in deo non ſūt niſi tres res realiter et propue ꝛ ih̄ dicit Augu. ꝙ ſingula ꝓpriis rationibus creata ſunt ꝛ ſm eſſus Auguſti. intendit ꝙ tot ſunt idee quot ſūt res ꝓducibiles vl̄ producte. ſaltem ſpecifice diſtincte. et ita nō intēdit Auguſtinus ꝙ omnes idee ſint in deo realiter et ꝓprie. Et ſi hoc intelleriſſz Auguſtinus: non eēt in hoc ſequēdus ſed cū reuerentia negandus. ſic ei docet Auguſtinus in ꝓlogo tertij de trini. Noli inquit noſtris litteris q̄ſi canonicis ſcripturis ſeruire et niſi quod certū intellexeris noli firmū tenere ꝛc. Et eandē ſententiam ponit i epiſtola. 8. ad Hiero. quare ꝛc. Ad ſecundam et tertiā inſtantiā ibidem factā ptz quid dicendū ſit ex reſponſione ad primū dubiū ꝛc. ¶ Ad tertiuz dubiū dico primo ꝙ deus non intuetur aliqđ realiter exiſtens extra ſe vt ſm illud ꝓſtituat qđ ꝓſtituit: tamen intuetur aliquid quod nō ē ipſe nec eſt aliquid in re vt ꝑz illū conſtituat ipſum et quod poteſt eē. ¶ Scđo dico ꝙ ex hoc non ſequitur ꝙ de⁹ indigeat aliquo alio a ſe ad hoc ꝙ agat nec deus indiget ideis ad hoc ꝙ agat nec ipſe idee ſeu aliqđ aliđ ab eo requirūtur ꝓprie loquēdo ad hoc ꝙ agat ſed ſm requirit cognitō ideaꝝ ipſaꝝ que eſt oibus modis ipſe deus. et eoipſo ꝙ deus eſt de⁹ ipe cognoſcit oia nec aliter eēt rationabiliter operās niſi cognoſceret ſua opera ¶ Tertio dico ad tertiā inſtantiam ꝙ ipſa creatura ē ipſi deo exēplar ſuiꝑſius ꝛ idea. nec oportz ꝙ iter exemplar ꝛ exemplatū ſit diſtinctio. Vñ ſicut vna domus extra cognita poteſt eē exemplar alterius domus fiende. quia eſt illud ad quod artifex aſpicit vt conſimilē ꝓducat. ita ſi artifex ipſaz domū fiendā cognoſceret in particulari ita quod nihil alu

Solutio. 2. dubij.

ꝑ ſo°. 3. dubij.

ligi: sic scilicet intelligēdo q̄ essētia est aliquo modo prior personis: quia communior: vel aliq̄ talī modo. Modus aūt loquēdi ē simpliciter falsus/ ꝛ min⁹ abusiuus. Nec ē facile declarare q̄ res sint illa instantis vel signa: sed nolo hic insistere. Qui autē voluerit hoc reprobare videat Ockam distin. 9. primi libri questione. 3. ¶Tertio notandū circa declarationem p̄dictorum q̄ diuersi sunt modi prioritatis ꝛ posterioritatis sicut patet in p̄dicamentis: ꝛ. 5. metaph̄. capō de priori. quod longum est nūerare/ ꝛ distinguere. tñ iter alios isti videntur esse magis famosi scilicet prius duratione/ prius natura/ prius causalitate/ pri⁹ communitate/ prius dignitate/ prius ſm locum. Prius aūt duratione est ꝑpriissime prius ſm ph̄m in predicamentis pri⁹ natura ē illud quod p̄t esse sine posteriori: sed non ecouerso: patz. 5. methaph̄. vnde ſm ph̄m materia ē prior natura sua forma: et subiectū suo accidēte saltē separabili: et partes toto/ prius causalitate ē causa respectu sui causati/ et sicut dicitur prius causalitate: ita posset prius productiuitate. Et patet distinctio huius modi ab alijs predictis q̄z ſm ph̄m causa et causatū aliq̄n sūt simul duratione: nec oportet q̄ causa sit prius natura suo causato. Et ſm aliquos pater in diuinis ē prior filio: ꝛ tamē nec duratione nec natura. Pri⁹ ꝛmunitate ē illud a quo non conuertitur subsistēdi consequētia. Pri⁹ dignitate est omne ꝑfectius respectu ipfectioꝛ: ꝛ hoc siue ex natura rei siue ex volūtate hūana

sicut rex est prior comite/ et comes milite. Prius fm locū contingit dupliciter: vel p cōparationē ad aliquid quod naturaliter est primū aut ad aliquid qđ statuitur primū. ꝓmo mō ignis est prior aere/ ꝛ aer aqua. secundo mō idem etiā respectu eiusdem potest eē prius et posteriꝰ ꝓpter diuersa que statuunt eē ꝓma sicut vult Aristo. 5. metha. Istis ꝓmissis pono aliqs ꝓpões de cōparatiōe ꝓdictoꝝ modoꝝ ¶ ꝓoritatis ꝛ posterioritatis. ¶ Prima est ꝙ alicui eidē ꝓpetunt diuersi modi prioritatis: sicut idē respectu eiusdem potest esse prius duratione/ natura/ causalitate/ et dignitate: vt ptz de celo respectu alicuius noui effectꝰ ꝓducti ab eo. Secūda est ꝙ idē respectu eiusdē diuersis modis prioritatis potest eē prius ꝛ posterius: patet de materia ꝛ forma: toto ꝛ parte. Tertia est ꝙ aliqua sunt ordinata fm prius et posterius in quibꝰ ꝓprie dicitur ꝙ prius est in aliquo ꝓori in quo nō est posterius. Patz de ordinatis fm prius ꝛ posterius q̄bus correspondēt aliqua extrinseca in quibꝰ ordinantur: sicut prius ꝛ posteriꝰ secundum tēpus ꝛ fm locū ordinātur fm aliqua extrinseca: qr scz aliqua pars tēporis correspōdet ꝓori ꝛ alia posteriori: ꝛ similiter alius locus correspōdet priori et aliꝰ posteriori: vnde solū in talibus est illa locutio vera. Et de sic ordinatis fm tempus vl' durationem debent concedi precise distincta instantia vel signa et de ordinatis secundum locum concedi distincta loca. ¶ Quarta ꝓpositio est ꝙ aliqua sunt ordinata secundum prius ꝛ posterius in quibus non ꝓprie dicitur ꝙ prius est in aliquo ꝓori in quo non est posterius. Patz de ordinatis secundū prius ꝛ posteriꝰ quibus non correspondēt aliq̄ extrinseca in quibus ordinent: sicut deꝰ est prior creatura causalitate/ natura/ dignitate: supposito ꝙ non esset tempus aut locus imo omni alio extrinseco circūscripto. In talibꝰ ergo non est ille modus loquēdi ꝓprius: nec in talibus est rationabile q̄rere vtrū posterius sit in priori vel non. Et si recipiat talis modus loquēdi. tunc debet cōcedi ꝙ posterius est in suo priori: et non prius in aliquo priori sicut materia ē prior natura ipa fōa ꝛ ipa fōa nō est i aliquo priori ꝫ forma est in illo priori. simiꝫr totum est prius pfectione et dignitate sua parte. non tamē potest dari aliquod prius in quo sit totum ꝛ non sit pars: sed potest dari aliquod ꝓus pfectiōe in qno sit pars ꝛ non totum scz ipsummet totū ꝛc. Sic ergo ptz contra Scotuz ꝙ ꝫ pater sit prior origine filio: pater tamē non est in aliquo signo priori ī quo non sit filius nec est aliquod tale signum vel instans. sed filius bene est in aliquo priori in quo non est pater. scz in ipomet pr̄e i q̄ nō ē pr̄.ḡre ꝛc. Sz adhuc circa illos modos ꝓritatis et posterioritatis videndū est qui reperiantur vel non in diuinis. Et de hoc pono aliquas propositiones. ¶ Prima est ꝙ primus ꝛ secundus nullo modo possunt reperiri in deo per respectū ad intra. patet quia omnia ibi sunt simul duratione ꝛ natura: vt ꝑz.

Secũda est ꝙ nec quintus nec sextus possunt reperiri in deo: patet quia ibi nichil est perfectius aliovel dignius sed quicquid est ibi est infinite pfectum Simil'r ibi nichil est in alio tanꝯ in loco: ꝛ illo modo quo deus est in loco quicquid est ibi est in eodẽ loco. Tertia ꝓpositio est ꝙ tertius modus prioritatis. scilz prioritas causalitatis (extendẽdo prioritatem causalitatis ad prioritatẽ ꝓductiuitatis) reperitur in diuinis ꝓz quia attribuitur patri respectu filij et vtriꝯ respectu spirituſſancti. Et ista prioritas vocaꝫ prioritas originis. Et hoc ptz contra Ockam ꝙ paternitas est prior origine filiatione. Nã pater ꝛ paternitas sunt omnibus modis idem. quare ꝛc. Et sic non est verũ ꝙ dicit ꝙ filiatio non originatur a paternitate/nec est prior origine filiatione. sed est solum prior filiatione. quia est ꝓprietas patris qui est prior filio cuius ꝓprietas est filiatio ꝛc. Secundo ptz ꝙ iste modus prioritatis in diuinis solum habet locũ inter personam ꝛ psonalẽ ꝓprietatẽ. et nullo modo inter essentiam ꝛ psonam seu relationẽ: ptz clare intuenti ꝛc. Quarta ꝓpositio est ꝙ etiã quartus modus prioritatis. s. prioritas cõmunitaꝯ reperitur in diuinis. ꝓz quia talis prioritas non ẽ nisi ꝛsequentie et non conuertibilitatis. et hoc aliquo modo est in diuinis scilz in eẽntia respectu psone vel relationis. quia bene sequitur. a. est pater ergo a. est essentia: sed non cõuertitur quia non sequitur. filius est essentia. ergo filꝰ est pater. ꝛ sic essentia est cõmunior ꝯꝫ persona. ꝛc. ¶ Et his sequũtur aliqua. Primo sequitur ꝙ diuina essentia/ ꝛ intellectio/ vel volitio diuina (quia idẽ sunt omnibus modis) est aliquo modo prior qualibet psona vel relatione diuina ꝛ hoc prioritate cõmunitatis. Secũdo sequitur ꝙ noticia diuina creaturarum. sine respectu creature ẽ aliquo modo prior qualibet psona vel relatione diuina. Patet quia sequitur a. est pater ergo est noticia creature non ecõuerso. Tertio sequitur ꝙ spiratio actiua ẽ aliquo modo prior tam gñatione actiua ꝯꝫ passiua. De generatione actiua: patet. quia oñe generans spirat non ecõuerso. De generatione passiua etiam patz. quia spiratio actiua est in patre. qui est prior filio in quo solum ẽ generatio passiua. quare ꝛc. Quarto sequiꝫ ꝙ tam generatio actiua ꝯꝫ passiua ẽ aliquo modo prior spiratione passiua. ptz quia tam pater ꝯꝫ filiꝰ est prior spũsancto. quare. ꝛc. Sic igitur apparet quales modi prioritatis debeant concedi in diuinis et qualiter debẽt intelligi. Tunc ergo ex predictis ptz responsio ad foumã quarte rõnis. Uñ negatur maior. Et ad ꝓbationẽ dicitur ꝙ licet prius ꝛ posterius duratione non sint simul: sed oñe qꝫ est prius sit ꝛ aliquo signo prioꝛ ꝛc. tamẽ nõ oportet sic esse vbi solum ẽ ꝓritas originis sicut est inter patrem ꝛ filiũ in diuinis quare ꝛc. Et hec de tertio articulo/ et tota questione ꝛc.

¶ Questio octaua de ꝓcessione spirituſſancti eterna.

B

Utrū ꝓcedendū sit ſſ. ꝓcedere a ꝑre ⁊ filio vnica ſpir̄.

1. arguit.

Circadecimā distictionē ⁊ alias ſequẽtes in quib⁹ magr̄ agit de proceſſione ſpūſſancti eterna. ¶Quero vtrū concedẽdū ſit ſp̄ſanctū ꝓcedere a ꝑre et filio vnica ſpiratōe ſiue tanq̄ ab vno p̄ncipio. ¶Arguit p̄mo ꝙ non. qz ſpūſſanctus non ꝓcedit a patre ⁊ filio. igitur queſtio falſa. ꝓña clara. añs probat: qa quādocūq; aliquid eſt in ſe principium ſufficiens ad aliquid ꝓducendum pōt illud producere omni alio circunſcripto. Ita ꝙ omne aliud ad hoc videt ſuperfluū. ſed pater ẽ er ſe intrinſece principiū ſufficiens ad ꝓducẽdum ſp̄ſanctū: quia dicere ꝙ pater eſſet inſufficiẽs eſſet abſurdū. igitur p̄ ſine filio poteſt ꝓducere ſp̄ſanctū. quare ⁊c. Confirmatur qz ſpūſſanct⁹ non diſtinguit a filio preciſe quia ꝓcedit ab eo. igitur nulla ẽ ratio quare cōcedatur ꝓcedere a filio Cōſequentia ptz qz iſta videtur potiſſima rō et antecedens ꝓbatur. quia filius ꝑ filiationē diſtinguitur a ſpirituſctō. igit̄ ſecluſa ſpiratiōe adhuc haberet vnde diſtingueret a ſpūſancto ⁊ etiā

2. arguit

ſpūſſanct⁹ ab eo. quare ⁊c. ¶Secundo ſic ſpūſſctūs non ꝓcedit abvtroq; tanq̄ abvno p̄ncipio. igitur queſtio falſa. Cōſequẽtia eſt clara. añs ꝓbatur qz ſi pater et filiꝰ eſſent vnū p̄nciplū ſpirans vel p̄dicatū huius ꝓpoſitionis ſupponit ꝓcẽtia/ vel ꝑ vna ꝑſona/ vel ꝑ duabus. Non primū vt ptz ex dictis in alia q̄ſtione: nec ſcōm qz p̄ ⁊ filiꝰ non ſunt vna ꝑſona. nec tertiū quia tunc ſequitur ꝙ p̄ ⁊ filius eẽnt aliquid vnū qō non eſſet ſpiritusſanctꝰ quod eſt falſum. Cōfirmatur ꝑ hyla. ij. de trinitate dicentẽ ꝙ ſpūſſanctꝰ a patre et filio auctoꝛib⁹ cōfitendus eſt. ⁊ ꝙ ꝓñs ſunt duo auctoꝛes non vnꝰ ſpiratoꝛ. ¶Tertio ſic ſpūſſancti ꝓceſſio nō eſt ſpiratio ſed eſt generatio ergo q̄ſtio falſa. Conſequẽtia eſt clara. antecedẽs ꝓbatur quia oñe qō vere ꝓducit de ſubſtātia patris vere gn̄atur et eius ꝓductio eſt gn̄atio. ſz ſpūſſanctus ꝓducitur a p̄re ⁊ de ſubſtantia patris ſicut filius igitur gn̄atur ſicut filiꝰ. quare. ⁊c. Cōfirmatur qz ſi nō. hoc nō eſt niſi qz principiū ꝓductiōis ſpūſſancti eſt volūtas ⁊ non filij. ſed hoc non valet tū qz non eſt verū vt patz ex dictis. tū quia in nobis actus ⁊ hitus voluntatis quoꝝ principiū eſt volūtas ita naturaliter gn̄antur ſicut ipſius intellectus. quare. ⁊c. ¶In oppoſitum arguit per magr̄m ⁊ ꝙ determinationem eccl'ie extra de ſum. trini. ⁊ fi. catho. lib̄ 6. ¶In iſta deciſione erunt tres articuli iuxta materiā triū argumentoꝝ ante oppoſituꝫ queſtionis factoꝝ. Primus vtrū concedendus ſit ꝙ ſpūſſanctus procedat a p̄re et a filio Secūdus vtrū cōcedendū ſit ꝙ ſpūſſanctus ꝓcedit ab vtroq; tanq̄ ab vno principio. Tertio vtrū concedẽdum ſit ꝙ ſpūſſancti ꝓceſſio ſit generatio. ¶Quantū ad primū articulū pono tres ꝯcluſiōes ⁊ eas declarabo. ¶Prima ꝯcluſio eſt ꝙ ſpūſſanctꝰ ꝓcedit a p̄re ⁊ filio eternaliter. ¶Scda cōcluſio eſt ꝙ ſpirituſſanctꝰ procedit a patre ⁊ filio vniformiter. ¶Tertia ꝯcluſio.

In oppm

Deciſio q̄ ſtionis.

C

1. articls.

1. ꝯcluſio.

2. ꝯcluſio

3. ꝯcluſio.

conclusio est q̃ si spũssanct⁹ non procederet a filio non distingueretur ab eo realiter. ¶ Pria igitur inter latinos ꝛ grecos est in discordia: m̃ illa magis est ex fide supponẽda q̃z rõne probanda. Aliqui autẽ nituñ istã conclusionẽ rõnibus ꝓbare. ſz simpliciter dico q̃ per rõnẽ hoc nõ potest concludi. ſz oñs rões q̃ ad hoc fierent possent faciliter solui. ideo solum est tenẽdũ auctoritate fidei ſcz ex determinatione ecclesie dei nec aliter eam ꝓbo. ¶ Scda conclusio ꝓbat: qr spũssctus nõ ꝓcedit a p̃re principaliter ſz ab vtroq̃z eq̃liter vt dicit inḡ. igit ꝛc̃. Tñ ẽ hic aduertendũ q̃ ly vniformit̃ ꝑt dupl'r intelligi. Uno mõ vt excluditoẽz ordinẽ in ꝑsonis ꝓducẽtib⁹ inter se. Alio mõ vt excludit oẽz ordinẽ in ꝓductiõe. Prio mõ dico q̃ p̃r filius nõ spirãt oĩno vniformiter qr iter ꝑsonas ꝓducẽres ẽ ordo originis iter se: vt dictũ ẽ i alia q̃stione. Secundo modo dico q̃ spirant oĩno vniformiter ita q̃ spm̃sanctum in nullo signo/ꝛ instanti spiratvna persona in quo non spiret alia sicut ymaginantur aliqui. q̃ in aliquo signo originis spiret p̃ in quo nõ spiret filius. Si querat̃ an debeat concedi q̃ pater spirat spiritũscm̃ prius origine q̃z fili⁹ spiret eũ. dico q̃ si per spirare ꝓus origine nichil aliud intelligatur nisi q̃ pater spirans est prior origine/vel q̃ pater nõ ab alio habet spirare/et filius hoc habet a patre: tunc illud est concedenduz. et isto modo intelligunt sancti ficut Augustinus quando dicit q̃ spũssanctus principaliter procedit a p̃re. Simil'r Jeronym⁹/ et Hyla. qñ dicũt q̃ ꝓcedit a patre ꝑ filiũ. ꝛ Rich. qñ dicit q̃ spiritussanctus ꝓcedit a patre mediate/ꝛ a filio immediate. intelligunt eñ q̃ p̃ a nullo habet q̃ spiret/ꝛ ita principaliter: ꝛ non ꝑ alium. filius aũt hoc hz a patre quia sibi cõmunicat eẽ/ ꝛ spirare. ꝛc̃. quare. ꝛc. ¶ Tertia cõclusio ꝓbatur quia est vna propositio conditionalis cuius añs ꝛ consequens sic se habent q̃ impossibile est ita esse sicut significatur ꝑ antecedens quin ita sit sicut significatur ꝑ ꝯs. igit̃ ipa est vera. Cõsequetia ptz qr hoc requirit̃ ꝛ sufficit ad veritatem ꝯditionalis. Et añs apparet qr est vna conditionalis. cuius antecedens est impossibile. vt clarum est. igitur impossibile ẽ ita eẽ sicut significat̃ ꝑ illũ antecedens. quare ꝛc. Et ꝓpter consimilem rõnem concedo istã si spiritussanct⁹ non ꝓcederet a filio ipe distingueret̃ ab eo ꝛc. Tũc circa istã ꝯclusionẽ aduertendũ q̃ quando doctores queruntvtrũ si spiritussanctus non ꝓcederet a filio adhuc distingueret̃vn⁹ ab alio. Ista ꝯclusio ꝑt habere duplicẽ sensum. Unus est: an ꝑcise ꝑ hoc q̃ fili⁹ spirat spm̃sanctũ: ꝛ ipe spiratur a filio. filius distinguatur a spirituscto. ita q̃ hũc esse ab illo sit ꝑcisa ratio distinctionis eorum. Alius est vtrum er hoc q̃ spũssanctus distinguitur a filio possit concludi q̃ ꝓcedat ab eo. ꝛ hoc esset cõtra grecos q̃ ꝯcedũt ꝓmũ/ꝛ negãt secũdũ. Et in hoc sensu tractat̃ illa questio a plurib⁹ doctorib⁹ antiquis. sed in ꝓmo sensu tractatur a q̃busdã modernis: ꝛ sine illi duo sẽsus distinguũtur devir

pbat. 1. cõ clusio.

A pbatur 2. ꝯ clusio

B pbat. 3. cõ clusio.

tute sermonis siue nō. tamē de
¶ vtroq; erit videndū. ¶ Quantū
igitur ad primū notāduz est q̄
de ꝙstitutione et distinctiōe per
sonaꝝ in diuinis diuerse fuerūt
1. opinio. opiniones. Una fuit q̄ persone
Secunda seipsis distinguūtur. Secunda
fuit q̄ precise per relatiōes rea
Tertia. les distinguuntur. ¶ Tertia q̄
primo distinguūtur per ꝓprie-
tates absolutas ꝛ quasi secun-
Quarta. dario per relatiōes. ¶ Quarta
posset esse q̄ precise distingue-
rent̄ per ꝓprietates absolutas.
¶ Sed circa istas opiniōes no-
lo insistere qui vero eas volne-
Occam rit perscrutari videat Occam
circa distinctionē vicesimā sertā
vbi tractatur ista materia. verū
est tamen q̄ ipse manet ibidē. ꝛ
in plurib⁹ locis in primo libro
unititur isti opinioni q̄ psone
diuine cōstituūtur ꝛ distinguū
tur per relationes originis. vñ
dicit q̄ paternitas ꝛ eēntia di-
uina constituūt per se vnum scz
patrē ꝛ sic per paternitatē con-
stituitur pater ꝛ distinguitur a
D filio. ¶ Sed breuiter transeun-
Improba do (quia nō reputo multū vtile
tur. hic insistere) arguo contra hoc
sic. quia ad hoc q̄ aliquid per se
et proprie cōstituatur ex aliquo
requiritur q̄ illa distinguātur
aliquo modo. hoc enī ē euidēs:
et hoc etiam cōcedit iste doctor.
sed pater ꝛ paternitas in diui-
nis nullo modo distinguunt. qz
nichil vere affirmatur de vno ꝛ
negat̄ de alio vel ecōuerso plus:
q̄ de essentia diuina in quibus
p̄m ipsum nulla est oīno distin-
ctio. hoc enī videtur clarū ꝛ vi-
detur sequi ex dictis illius doc-
toris imo in p̄mo q̄stiōe tertia
ponit istā regulā q̄ ois ꝓpō cō
posita ex istis terminis pater ꝛ
paternitas i qua p̄dicat̄ verbū
quod est nota distinctionis est
falsa de virtute sermonis Jdeo
ibidē negat istam. paternitas ē
in patre. Jgitur sequitur q̄ nul
la ratione potest dici q̄ pater-
nitas constituit̄ ex patre qō ipe
non cōcedit. vnde miror qūo tā
tus doctor talem ꝙclusionē po-
suit ꝛc. ¶ Scō notandū magꝭ E
accedendo ad ꝓpositū q̄ mul-
ti ꝙueniunt in hoc q̄ in filio sūt
essentia diuina/ filiatio/ ꝛ spira
tio actiua sed isti diuersificātur Pria op.
quia quidā dicūt q̄ essentia et
filiatio tantū constituūt psonaꝝ
filij: et q̄ spiratio actiua in filio
est quasi aduenticia ita q̄ nō cō Scda op.
stituit filiū in esse persōali. Alij
dicunt oppositū ponētes q̄ taz
essentia cū filiatio ꝛ etiā spira-
tio actiua concurrūt intrinsece
ad personalitatē filij: nec est sibi
aduenticia. imo si filius nisi spi .3. op.
ret nō remaneret psona eo q̄ ca
reret spiratione que intrinsece
concurrit ad eius psonalitatem
Alij etiā dicunt q̄ in filio p̄ter
spirationē actiuā: que realiter
distinguitur a spūsancto est ali
quid sufficienter distinguēs ipz
ab eo scz ipsa filiatio. ꝛc. Sz circa
ista opiniones nolo insīste-
re qz hoc reputo inutile. q̄ vero
earū reprobationē voluerit vi-
dere legat mgr̄m Gregorū in
ista materia. michi aūt sufficit ꝯ F
ista ratio supra facta. Jdeo bre
uiter dico q̄ oēs ille opiniones Op. doct.
sūt false et procedunt ex falsa
imaginatione. quia sic loquen-
tes imaginant̄ q̄ essentia diui-
na/ ꝛ filius ꝛ filiatio distinguā-
tur: ꝛ essentia sit quasi materia
respectu filiationis: ꝛ filiatio sit

quasi forma eius: ⁊ ꝙ ex vtroꝙ resultat persona et ꝙ sic constituatur persona quasi similiter sicut compositũ substãtiale constituitur in esse per suã formaz. hoc aũt oĩno negari debet de psona diuina et de qualibet re q̃ est diuina essẽtia. quare oés tales opiniones sũt fugiende tã-
A ꝙ venenose. ¶ Tertio notãduz circa istam materiã ꝙ aliquid esse distinctiuũ alicui⁹ põt intelligi dupliciter. vno modo vt p huiusmodi distinctiuũ intelligamus aliquid existens extra animam fm se ab alio distinctũ: sicut dicimus ꝙ homo per aiam suam distinguitur ab asino: ⁊ ꝙ vna anima fm se distinguit ab alia. Alio modo vt per distinctiuum intelligamus aliquid per quod põt vere concludi aliquid ab aliquo esse distinctũ. sicut dicimus ꝙ accidens in sacramento altaris distinguitur ab alijs per hoc ꝙ ipz nõ est in subiecto sicut alia accidentia. hoc autez modo dicimus in diuinis ꝙ pr̃ distinguit a filio per hoc ꝙ ipse a nullo est/ et filius est ab eo: et hoc vtiqꝫ sic eẽt etiã si nulla aia hoc consideraret. ¶ Ex hoc ptz
B ꝙ in prio sensu filius distinguitur a spiritusancto seipo et non aliquo sui proprie ⁊ fm intransitiuam constructionẽ loquẽdo. Quod patet quia filius est persona simplicissima. igit a quocũ ꝙ distinguitur seipso distinguitur. Secũdo patet ꝙ in secũdo sensu filius distinguitur a spũsancto non precise: qz spiritusſãctus procedit ab eo. Nam filius distinguitur a spiritusancto etiam per hoc ꝙ ipse ẽ a patre nascendo/ et spiritusſanctus a pr̃e non nascẽdo/ sed procedẽdo. igitur nõ precise per hoc filius distinguitur a spũsãcto ꝙ ipe spirat spiritum sanctũ. consequentia tenet qz non ẽ idẽ esse a patre nascendo et esse a patre non nascendo ⁊c. Et breuiter istõ nõ est aliud dicere nisi ꝙ per aliud medium bene cõcludimus spiritumsanctum esse distinctũ a filio ꝙ per istud quia ipse spiritusſanctus procedit ab eo. et sic patet declaratio conclusionis quo ad primũ sensum suprapositę distinctionis. ¶ Quantum autez ad secundũ sensuz diuersi sunt modi dicendi. aliqui em̃ dicunt ꝙ non sequitur spiritus sanctus non procedit a filio. ergo non distinguitur ab eo. Alij autem dicunt oppositum diuersis tamen modis. Nã quidã dicunt ꝙ facta illa ypothesi spiritusſanctus et filius essent vna persona genita ⁊ spirata et per consequens non distinguerent ¶ Alij dicunt ꝙ non distinguerentur non tamen qz concurrerent in eandem personam: ꝫ qz filius tunc non esset persona. et multe tales fantastice imaginationes possent recitari sed trãseo. Uerum est ꝙ magister Gregorius ponit istam conclusionẽ ꝙ ista consequẽtia est bona spiritusſanctus non ꝓcedit a filio ergo nõ distinguit ab eo. Quaz probat primo sic. qz si spũſſctũs non procederet a filio spũſſctũs non esset: nec esset persona. ꝓña patet: et añs patet. quia si spũſſanctus non procederet a filio spirituſſanctus non esset spiritusſanctus: nec donum patris et filij. et ita nec persona quare ⁊c. ¶ Secundo qz filius est per se

C Pria op.

Scda op.

.3. op.

Op. gregorij de arimi.

principiū spiritussancti ergo si filius non produceret spiritum sanctum ipse spiritussanct⁹ nō produceretur.sed si non produceretur non esset.igitur ꝛc.

¶ Tertio si aliqua creatura nō ꝓduceretur a filio ipsa nō ꝓducētur a patre.igitur si spūssanctus nō ꝓduceretur a filio ipse non ꝓduceretur a patre.ꝛ per consequens si nō ꝓduceretur a filio ipse non esset.et per ꝯns a nullo distingueretur ꝛc. ¶ Sed contra hoc pono aliquas ꝓpositiones. Prima est ꝙ illa ꝯña ē bona patet.quia illud añs ē impossibile ꝛ ad impossibile sequitur quodlibet. Secūda est. ꝙ illa cōsequentia nō magis valet. spiritussanctus non ꝓcedit a filio ergo nō distinguit ab eo .ꝫ ista valeat spiritussanctus nō ꝓcedit a filio:ergo distinguit ab eo patet quia vtraꝫ est necessaria ꝓpter rationem dictā. Tertia est ꝙ licet ista consequentia valeat.tñ rationes illius doctoris non ꝓbant ipsam esse bonā patet:qz petunt ꝓncipiū vt ptz intuenti.immo essent derisorie apud vnū grecum qui negaret spiritumsanctū ꝓducere a filio. Ideo miror tales rationes fieri ab aliquo subtili viro. Quarta ꝓpositio est.ꝙ illa ꝯña valet tñ non est euidens. nec potest euidenter ꝓbari nvia de lege ordinata:qz illa ꝯña sola fide creditur esse bona:qz ꝯceditur añs esse impossibile:et ꝙ illud sit impossibile non est euidēter ꝓbatum sed sola fide creditum:vt patet et cetera. ¶ Si vero queratur vtrum ista causalis sit vera: quo filius producit spiritumsanctū:ipe spūssctūs distingui tur a filio. Dico ꝙ sic:qz sicut filius est causa sibi:vt sit quicqd est (extēdendo nomē cause large ad oñe ꝓncipiū ꝓductiuū) sic est sibi causa vt distinguitur a quolibet qđ nō est:ꝛ hoc sufficit ad veritatē illius causalis. Dico tñ ꝙ eius veritas nō pōt euidenter ꝓbari sicut nec veritas supradicte cōditionalis.etiam concessa ypothesi ꝙ pater ꝛ filius ꝛ spūssanctus sunt tres ꝑsone et vna essentia. Nā ex hoc antecedente nō plus sequit euidenter nobis ꝙ spūssctūs procedat a filio ꝫ oppositū. vel ꝙ pater ꝓcedat a spūsancto ꝛc.

Improbatur opinio gregorij.

Unde ad rationes ꝓdicti doctoris potest faciliter rñderi qz petunt principiū ꝛc. Et hec de primo articulo. ¶ Quantū ad scdz articulum in quo videndū vtrū concedendū sit ꝙ spiritussctūs procedat a patre ꝛ filio tāꝫ ab vno principio.ponam tres ꝯclusiones:et eas per ordinem declarabo. ¶ Prima est ꝙ pater ꝛ filius procedūt spūsctūm:nō tāꝫ duo principia:sed tanꝫ vnū principiū. ¶ Secunda est ꝙ pater et filius ꝓducunt spiritūsāctum:non inquātū distincta ꝓncipia:nec inquātū vnū ꝓncipiū. ¶ Tertia est ꝙ pater ꝛ filiꝰ nō sunt omnino respectu spūssācti sicut respectu effectꝰ creativnū ꝓncipium. ¶ Prima conclusio probatur per determinationez ecclesie. Extra de summa trinitate et fide catho.lib.6.vbi dicitur ꝙ spiritussanctus eternaliter ex patre et filio :nō tanꝫ ex duobus principijs:sed tāꝫ ex vno principio.non duabus spirationibus sed vna spiratione procedit:et in fine damnantur

F 2.articls

1.ꝯclusio.

2.ꝯclusio

3.ꝯclusio.

Probat.1 conclusio

et improbantur oppositum dicentes: quare ⁊c̃. Dico tamẽ ꝙ ista conclusio tenenda est sola fidei auctoritate: ⁊ nõ posset conuinci ratione. etiam concessa psonarum distinctione et productione ⁊c. ¶ Secunda conclusio probatur: quia ex ista ꝓpositione. pater et filius inquãtũ vnũ ꝑncipium spirant vel producũt spiritumsanctũ: sequitur ꝙ oia que essent vnum ꝑncipium spirarent spiritum sanctum: qõ est manifeste falsum: quia tres persone q̃ sunt vnũ principium non spirant spiritumsanctũ. Et similiter ex ista propositione pr̃ et filius inquantum distincti vt inquanlũ distincta principia ꝓducunt spiritumsanctũ: quod est manifeste falsũ. Utraq; ꝓña patet: quia arguitur a propositione reduplicatiua ad suã exponentem. sicut bene sequitur. homo inquãtũ rationabilis est risibilis: ergo omne rationale ẽ risibile. vt patet in logica. Et iõ quelibet illarum propositionuz de virtute sermonis est vna exclusiua falsa. quare ꝙclusio ꝓba

¶ Dico igitur ꝙ loquendo de virtute sermonis. pater ⁊ filius nec spirant spiritumsanctũ inquãtũ sunt vnũ: nec inq̃tũ sũt distincti. Et si sancti videantur aliquando dicere ꝙ spirant inquantũ sunt vnum. non est intẽtio eorum ꝙ talis propositio sit vera de virtute sermõis. sz hoc dicunt vt denotent vnitatez spirationis et non pluralitatem. ita ꝙ q̃tuis pater et filius sint distincte persone. tamen spirãt non distinctis spirationibus sz vnica spiratione. ⁊c̃. ¶ Tertia conclusio probatur. quia licet cõcedatur ꝙ pater et filius sũt vnum principium spiritussancti sicut conceditur ꝙ sunt vnũ principium creature tamen nõ est omo simile. sed in hoc est differentia quia scilicet pater ⁊ filius et spiritussanctus vnũ ꝑncipium naturale respectu creature: quia sunt natura diuina que est principiũ creature. sed pater et filius non sunt sic principium naturale sed notionale vt patebit. itaqꝫ in pria ly principiũ est terminus essẽtialis supponens immediate ꝓ essentia. et est sensus pater et filius sũt vnum principium creature. sed in secunda ly ꝑncipium est terminus non essentialis sed notionalis non supponens immediate pro essentia sed pro perso

D na. ¶ Tamen ad declarationez istius conclusionis est aduertẽdum ꝙ licet de ista propositione pater et filiꝰ sunt vnus spirator sint opiniones. et aliqui negent eam alij concedant. tamen ista ab omnibꝰ communiter cõceditur pater et filius sunt vnũ principium spirans spiritumsãctum. Unde dicit Augustinus. Fatendum est patrem et filium principiũ esse spiritussancti nõ duo principia. sed sicut pater et filius vnus deus. et ad creaturam relatiue vnus creator / et vnus dominus sic relatiue ad spiritumsanctum vnum principium. libr. de trinitate. capitulo 14. Unde de isto auctoritas Augustini est ita expressa et etiam ista positio iam ita inoleuit vt eam negare non sit securum. Sed tamen dubium est apũd aliquos vtrum hoc sit de virtute sermonis verum. ¶ Et videtur

An de virtute ꝓmonis sit verũ qđ pr̃ et filius sint vnũ pricipium spirans.

Prima opĩ

Improbr

Improbr

Secunda opinio.

tenẽs istã opinionẽ q̃ aliter pater et filiꝰ potest cõcedi vnũ principiũ spirãs spiritũsanctũ siue vnꝰ spirator q̃ possit cõcedi q̃ tres pſone sunt vnũ principiuz creans siue vnꝰ creator. qz ꝓma habet duas causas veritatꝭ scz q̃ pater et filiꝰ sunt vna diuina essentia que est principiuz quo elicitiuũ spũssancti. et etiã q̃ pater et filiꝰ sunt vnũ vere spirãs spiritũsanctũ qđ nõ est formaliter diuina essentia sicut nec pater est formaliter essentia diuina q̃uis realiter. Sed scđa nõ habet nisi vnã causaz veritatꝭ scz q̃ tres pſone sunt vna essentia que est principiũ ꝓducẽs essentiã creatã. ꝛc. ¶ Sz hec opinio deficit sicut et prima opinio. Primo de principio quo. et pricipio qđ. ꝛc. Secũdo qz inititur falso fundamẽto de istis ꝟstitutis et ꝟstitutiuis in deo. vt ptz ex alia questione. Tertio qz constat q̃ nõ minꝰ distinguit spiratꝰ a spirante q̃ genitꝰ a generãte. et p ꝟñs tantũ distinguit spũssanctꝰ ab isto ꝟstituto qđ spirat ipsum q̃tum filiꝰ a patre qui generat eũ: sed filius distinguit a patre pſonaliter et ista distinctio pſonalis est maxima distictio que sit in diuinis, ergo illud constitutũ vnicũ sic p̃cise sumptũ distinguit a spũsancto pſonaliter et p ꝟñs tantũ sicut pater. Cum igit illud ꝟstitutũ nõ sit pater/ nec sit filiꝰ sequit q̃ spũssanctꝰ distinguitur ab aliquo pſonaliter. et tamen de illo nõ est verus dicere q̃ sit pater: nec etiam q̃ sit filiꝰ. qđ videt falsũ. Aliquas alias rationes facit Greg. sed trãseo eas. qz videtur michi petere principium. ꝛc. ¶ Tertia

Improbr

Tertia opinio.

opinio licet nõ admittat in diuinis principiũ quo sed solũ principiũ qđ. nec ꝓcedat ibi talẽ cõstitutionẽ que dicta est: tamen ad saluandũ illã opinionẽ esse verã dicit tria. Primũ est ꝙ pater ⁊ filius nõ sunt vnũ principiũ essentiale spũssancti qz nullum essẽtiale spirat aut spirat sicut nec generat aut generat. Secũz est ꝙ nec sunt vnũ principium psonale. qz illud pricipiũ quod est pater ⁊ filius nõ est aliqua pso na sicut pater ⁊ filius nõ sunt aliqua vna psona. Tertium est ꝙ sunt vnũ principiũ notionale. ⁊ hoc sequit ex alijs a sufficienti diuisione. Et ista tria dicta michi videtur vera ad bonũ intellectũ tamẽ Adam tenẽs istam opinionẽ declarando ꝓpositum ꝙ pricipiũ notionale dicit se intelligere aliqđ principiũ cõmune plurib⁹ psonis et nõ oibus. Sic eĩ vultvti illo termino pricipiũ notionale ⁊ nõ ꝑ voce/ vel cõceptu cõmuni ipsis psonis ⁊ ꝓcedit ꝙ illud principiũ cõmune est spiratio actiua. ⁊ hoc diffuse declarat. ¶Sed breuit nõ videtur michi ꝙ ista opinio sic intellecta vt eã deducit possit sustineri. nisi cõcedẽdo ꝙ in diuinis aliqua vna res scilz vna spiratio actiua sit due res. ⁊ tamen nõ sit tres res qđ non videt michi verũ aut ꝓcedendum. ⁊c.

Improbr

¶Quarta opinio est magistri Gregõ. quã tamen ponit asserẽdo sed ꝓbabiliter loquendo. vñ dicit licet dicta ꝓpositio sit cõmuniter ꝓcessa ⁊ vera: nõ tamẽ de virtute sermonis est accipienda. Sed ad bonũ intellectuz sanctoꝝ/ ⁊ doctoꝝ est ꝓcedẽda. Pro declaratiõe autẽ sue intẽtionis dicit ꝙ nunq̃ in creaturis cõcurrunt simul plures ꝑ se cause ad vnũ effectum nisi vna eaꝝ aliter causet q̃ alia. vl̃ oẽs simul plus vel magis causent q̃ illaꝝ vna tantũ sicut dicit eẽ manifestũ. Sz spũssanct⁹ q̃uis a duob⁹ scz a patre ⁊ filio ꝓducatur nõ tamẽ aliter ab vno q̃ ab alio. nec ab ãbobus simul magis vl̃ plen⁹ q̃ ab altero tantũ ac ꝓhoc nõ ꝓcedit ab eis tanq̃ ex duob⁹ pricipijs; sed tãq̃ ab vno. ideo sancti hoc denotare volẽtes dixerũt patrẽ ⁊ filiũ nõ esse duo principia sed vnũ principiũ spũssancti. Et ita propter eandẽ rationẽ dixerũt tres psonas esse vnũ principiũ creature nõ tria principia q̃uis etiã alia ratione speciali possit dici vnũ pricipiũ creature scz ꝙ sũt vna essentia q̃ est oim creatorũ vnũ principiũ. nõ tamẽ isto mõ pater et filius possunt dici vnum principiũ spũssanctivt supra satis dictũ est. Unde ad istud ꝓpositũ inducit iste doctor auctoritatẽ magistri: sed nõ curo recitare. qz si oppositũ dicti sui essz ita itelligibile sicut sunt verba magistri sunt multo meli⁹ ꝓtra ipsuz q̃ pro ipso. Ad istud etiã propositũ videtur esse Guil. altissiodo. libro. 1. c. 3. sum. sue. vbi dicit ꝙ hec ꝓpositio pater ⁊ filius sunt vnũ principiũ spũssancti est eodẽ modo locutionis accipienda quo illa ꝓpositio qua dicitur ꝙ spũssanctus est multiplex propter diuersos effectus ita ꝙ eodem modo per vnũ effectum quẽ habent pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus dicũtur vnuz principiũ. ⁊ quia eodem modo ꝓcedit ab eis spiritussanctus

A 4. opinio gregorij.

etiã dicũtur vnũ pricipiũ ipsi⁹. Item ad istud ꝓpositũ inducit verba decretalis vbi supra. Uñ nõ dicitur ibi quod pater et filius sunt vnum principiũ spiritussancti. sed quod est ex eis nõ tanꝯ ex duobus pricipijs: sed tanꝯ ex vno pricipio. Unde patet ꝙ qz ꝓsiliũ noluit affirmare vnitatẽ principij. ideo ait tanꝯ ex vno: sed qz voluit affirmare vnitatẽ spirationis ait vna spiratione: nec dicit tanꝯ vna spiratione sicut dicit tanꝯ ex vno pricipio. Sic ergo secũdũ eũ simul/ et inseparabiliter/ ac vno modo penitus pater et fili⁹ spirant sicut alter eoz secundũ se et sicut si essent penit⁹ idẽ principiũ. Et ideo dicũtur vnũ principiũ spiritussancti et non duo principia ne ꝙz aliqua diuersitas modi spirãdi detur itelligi

B Sed tamen loquẽdo de virtute sermõis potest dici quod pater ⁊ filius sunt duo principia spirituſſancti sicut sunt duo q̃ pricipiãt spiritũſanctũ. Unde hoc videturvelle Hylarius dicens spiritũſanctũ esse a patre et filio auctoribus. nõ dicit auctore videtur ergo posse ex hoc ꝓcludi patrẽ et filiũ esse auctores. ⁊ p ꝓsequẽs spiratores/ ⁊ principia spiritussancti. Non tamen debet cõcludi ꝙ spirant tanꝯ duo principia sed tanꝯ vnum ꝓpter causam superius dictã. ⁊c. ¶ Quita opinio est magistri Johãnis de rippa cui nõ placuit predicta opinio: ꝓpter qđ dicit ꝓtra magistrũ Gregoriuz ꝙ si ipse vidisset distinctionem formalem nõ incidisset in illud baratrũ magne absurditatꝭ dicendo ꝙ pater et fili⁹ sunt duo

C
J. opinio.

principia. ⁊c. Positio autez sua quo ad istud propositum iuxta ymaginationẽ suam stat in hoc ꝙ sumendo spirationẽ actiuaz pro cõmuni notione. pater et filius sunt vnũ principium spiritussancti. Sed sumendo spirare pro ꝓducere pater ⁊ filius sunt duo respectu spirationis ꝓducte. ⁊ ipugnat magistrũ Gregoriũ negãdo sibi quin due cause create possint in vnũ et eundez effectũ eq̃liter ꝓcurrere. ⁊ hoc declarat diffuse. ⁊c. ¶ Sed breuiter ista opinio est tam obscura ꝙ indignuz est in ipsa stare. potest autẽ faciliter ipugnari. Primo qz supponit distinctionẽ formalẽ. vbi nõ est ꝓcedẽda. ⁊c. Itez supponit ꝙ spiritussanct⁹ nõ oimode ab eodem principio ꝓcedit ꝙ cõmunicationẽ ⁊ ꝓductionem. hoc autẽ negatur sibi. ⁊ satis ꝓz hui⁹ dicti falsitas ꝙ supradicta. Quare. ⁊c. Item non queritur hic nisi de pricipio qđ ⁊ illud non est essentia. siue iste termin⁹ principiũ quod nõ supponit imediate pro essentia. et ideo videtur cõcedere ꝓpositũ dicendo ꝙ sumendo spirare ꝓ ꝓducere pater et fili⁹ sunt duo principia quoniã hic nõ queritur de principio spirante spiritũſanctũ nisi inquantũ spirare sumit ꝓ ꝓducere. ⁊ ideo positio nichil significat. Unde sicut ipe dicit contra Gregoriuz ita dico contra eũ ꝙ si ipse vidisset veritatẽ/ ⁊ habuisset veram logicã nõ incidisset in baratrum tante obscuritatis vt poneret talẽ distinctionẽ formalẽ: qz vere sua ymaginatio repugnat intellectui inclinato ad veritatem. ⁊c.

Improbo

¶ Et ideo ꝯtra magr Grego. D

Opinio gregorij, fortificat.

declarauerit suã intentionẽ in isto ꝓposito valde clare/ ⁊ pulcre. tamen destruẽdo alias opiniões adhuc potest sua opinio fortiter cõfirmari supponendo duas suppositiones. Prima est ꝙ licet aliquod predicatuz seu ꝓpietas vere ꝑdicetur de patre et etiam de filio que tamen nõ competit spiritui sancto. tamen in nulla re incõplere significabili pater identificatur filio quin in eadẽ identificetur spiritui sancto. Et hoc est quia pater ⁊ filius non cõueniũt in aliquo vno incõplere significabili nisi in essentia in qua etiam conuenit spiritus sanctus. Aliter enim oportet dicere ꝙ aliqua res in diuinis esset due res ⁊ nõ esset tres res ⁊ esset due persone et nõ esset tres persone quod omnino videtur irrationabile. Secunda suppositio ꝙ illa res in qua persone cõueniũt non producit ad intra nec aliquo modo ꝓducitur. patet. qꝛ essentia nec generat nec generatur. nec spirat/ nec spiratꝰ. modo nulle sunt alie productiones ad intra. Ex his formatur talis ratio que ẽ fortis. quia si dicas ꝙ de virtute sermonis loquendo pater et filius sunt vnũ principium spirans spiritũ sanctũ quero vtrũ illud principiuz sit vna res vel nõ. Si nõ ergo nõ est 'principiũ sed principia. ⁊ etiam nõ potest dici ꝙ non sit vna res. quia iste terminus vna res dicitur de oi subiecto supponẽte in diuinis cum dicatur de isto termino trinitas ⁊c. Si autẽ dicatur ꝙ sit vna res tunc quero vtrum illa sit plures vel nõ: si sit plures sequitur ꝙ due ꝑsone cõueniunt ꝑipsam sed due ꝑsone nõ cõueniũt in aliqua re qui in ea tres cõueniãt vt ptz ꝑ primã suppositionẽ. sed illa res in qua tres ꝙueniũt est essentia spũs sancti. ergo nõ spirat ipsuz. vt ptz per scõam. quare. ⁊c. ¶ Sexta opinio saluo meliori iudicio potest ꝓbabiliter poni. Unde quicꝗd sit de veritate dicti magri Gregorij. tamẽ ꝓtra suũ modũ ponẽdi declarabo quattuor ꝓpositiones. Prima est ꝙ ita faciliter/ vel nõ magis difficulter potest de virtute 'sermonis sustineri ꝙ pater et filius sunt vnũ principium/ et non plura principia spiritus sancti sicut ꝙ vnus deus spirat 'spiritum sanctum'. 'et non sunt plures dij. patet. quia sicut magister Gregorius quesit de illo termino vnum principiũ ꝑ quo supponit. ita querã ab eo de hoc nomine vn⁹ de⁹ ⁊ poterit fieri oino ꝙsimilis difficultas de vno sicut de alio. vt ptz cuilibet subtili. ⁊c. Uñ argr̃ cõtra istũ doctorẽ. Nã ꝼm ipsum scõa ꝓpositio ẽ ꝙcedẽda. qꝛ ipse in illa qstione vtrũ deus genuit deũ ꝙcedit ꝙ sic. ⁊ tamen negat ꝙ sint plures dij. et ꝑ ꝙns ipse habet etiã ꝙcedere ꝙ deus spirat deũ. nec sunt plures dij. modo sicut ad istaz deus generat deum. sequitur ista vnus deus generat deum. satis enim esset extraneum dicere ꝙ deus generat deum/ negando ꝙ vnus deus generat deum. sic ad istã deus spirat deum sequitur ista vnus deus spirat deũ. ⁊ ꝑ ꝙns ipse habet cõcedere ꝙ pater et filius sunt vn⁹ deus qui spiratꝰ spũs sanctũ. nec sunt plures dij sed omnino ita faciliter põt sur

A 6. opi. do.

stineri q̄ pater et filius sūt vnū p̄ncipium quod spirat spūsanctū ꝛ nō sūt plura p̄ncipia. Et sicut ipe ꝯcedit q̄ pater ꝛ filius nō sunt duo dij. et q̄ iste terminus deus in diuinis nō debz ꝯcedi in plurali. ita eque apparenter ꝛ equali facilitate pōt iste dicere q̄ pater et filius nō sunt duo p̄ncipia. ꝛ q̄ iste termin⁹ p̄ncipium ī diuinis nō admittit dici i plurali. Uñ nec ipse nec alius p eo posset facere aliquod argumētū vel rōnem ad p̄bandū q̄ pater et filius sunt p̄ncipia. q̄n ita forte posset fieri ad p̄bandū q̄ sint dij. Cū ergo ipe ꝯcedat q̄ nō sunt plures dij. ipse habet dicere q̄ non sunt plura p̄ncipia. sz vnū p̄ncipiuz. ¶ Si vero querat p quo supponit ille termin⁹ p̄ncipiū. Pro ista sit hec secūda p̄positio q̄ ille termin⁹ p nullo immediate supponit. sicut nec iste termin⁹ trinitas p nullo immediate supponit vt dictū fuit i q̄stione de trinitate. tñ suponit p pluribus mediate scz p patre et filio. Patz quia put ibi sumit cōuertitur vniuersaliter cū isto termino ꝯplexo pater et filius dicendo q̄ quicq̄d est pater ꝛ filius est p̄ncipiū spiras spiritūsctm. et simlit q̄cq̄d est p̄ncipiū ꝛc. est pater et filius. ¶ Et si dicat ꝯtra. qz hec est vera pat ē p̄ncipiū spirans spūsanctū. ergo ille terminus non vniuersalit sumpt̄r conuertitur cū hoc toto pater ꝛ filius. ¶ Pro isto sit hec tertia p̄positio q̄ ille termin⁹ p̄ncipiū equiuoce seu nō eodez modo significandi sumit hic et ibi. qz dico q̄ in p̄ma non supponit immediate p aliqua p̄sona. in scda vero supponit imediate pro patre. sicut etiā cū dicimus deus generat deū deus spirat spūsanctū. Unde in p̄ma ly de⁹ sumitur p̄sonaliter et suppōit imediate p p̄sona patris. sed i secūda ly deus pōt stare p p̄sonis p̄ris et filij. Et si isto modo stet tūc p̄prie loquendo ly deus supponeret imediate pro pluribus. et nō nisi mediate p vna re scz pro eēntia. ꝛ iō nō capitur eodē modo hic et ibi. ꝛ sic dico in proposito.

Instātia. ¶ Et si dicatur ꝑm predicta iste terminus principium eēt terminus collectiu⁹. quia in p̄ria propositione supponeret immediate pro pluribus et nō sic supponeret pro aliquo illorū pluriuz. E

Solutio. ¶ Pro isto sit quarta propositio q̄ sicut iste terminus trinitas ē nomē collectiuū supponens immediate p tribus personis ꝛ p nulla illarum. ita hic iste terminus p̄ncipiū immediate suppo nit pro duabus personis et pro nulla illarū. Patet ex dictis nec videtur mihi aliquis melior modus dicendi tenendo q̄ iste terminus deus nullo modo debeat cōcedi in plurali ꝛc. Si vero dicat magister Gregorius vt alius pro eo q̄ ex istis dictis ipe habet propositū. quia ex quo cōcessuz est q̄ ly p̄ncipiū vno modo supponit pro aliqua p̄sōa immediate. scz pro patre: et pari ratione pro filio. sequitur q̄ i plurali numero pōt supponere immediate p filio. Ad hoc dicet sibi q̄ non ꝑm ipsum. quia sicut ipse concedit q̄ iste termin⁹ de⁹ nō admittitur in plurali ꝑ tuis supponat imediate p plurib⁹ ita potest dici q̄ iste termin⁹ p̄ncipiū non admittitur in plurali Et si dicatur q̄ ex hoc realit ha

bet propositũ licz non vocaliter ita dicam qrealiter habetur cõ tra ipm q eẽnt plures dij licet non vocaliter. sicut posset faciliter ostendi. et satis patz intuenti 7 etiã ex dictis in questiõe de trinitate. Et sic ptz ꝓbabilit q̃d sit dicendum hic. Et hec de secũ do articulo. ¶ Quantum ad ter
A 3. artic⁹. tium articulum in quo est videndum vtrum concedendum sit q spũssancti processio sit generatio. ¶ Primo ponã/ 7 declarabo triplicem conclusionẽ. ¶ Secundo mouebo/ et soluam triplicem
1. ꝯclusio. dubitationẽ ¶ Prima conclusio Passiua spũssancti processio nõ est generatio. nec spũssanct⁹ ad intra est genitus/ aut generabi
2. ꝯclusio lis. ¶ Secũda ꝯclusio. Passiua spũssancti processio/ 7 filij generatio/ ac ipsarum distinctio nõ ẽ a nobis in via pfecte cognosci-
3. ꝯclusio. bilis ¶ Tertia ꝯclusio. Passiua spũssancti processio/ 7 filij generatio/ ac ipsarum distinctio est a nobis in via aliquo modo intel
pr̃.1.ꝯclu. ligibilis. ¶ Prima conclusio est certa ex fide. quia cũ non sit nisi vnus filius in trinitate. iuxta illud Joh.3 Sic deus dilexit mũdum vt filium suum vnigenitum daret 7 c̃. ppter q̃d i symbolo cõfitemur vnicum eẽ dei filiũ: 7 cũ etiam filius non sit fili⁹ nisi q̃a genitus. et quia filius vtiq̃ ẽ genitus (vt dicit Aug. 5. de trinitate. capi. 6) sequitur q spiritussãctus nec est filius: nec est genitus/ nec generabilis ad intra. 7 per cõsequens ei⁹ processio passiua nõ est generatio passiua. et
B sic ptz ꝯclusio pma 7 c̃. ¶ Secũda cõ
pr̃.2.conclusio. clusio ptz. quia vtraq̃ processio siue pductio est a nobis pro statu vie ineffabilis. vnde ꝑm magistrũ sicut de generatione filij scriptũ est. generationem ei⁹ q̃s enarrabit: ita de spũsancto potest dici. pcessionẽ eius q̃s enarrabit: Et ideo differentiã spirationis a generatõe. et cur spiratio spũssancti non dicatur generatio. 7 cur spũssanctus nõ dicatur filius. ita q ambo dicãtur filij et geniti. in vita ista nõ possumus pfecte cognoscere/ vt enarrare. Et hec intentio est Augustini. 7 hyla. in littera. Similiter Damascen⁹ li. ꝑmo vbi dr. Quoniam eẽ quãdaz differentiã generatõis 7 spiratõis didicim⁹. quis aũt est modus differentie nequaq̃ ꝯ̃uis autẽ intelligere ista non possumus veraciter. tamen sic eẽ confitemur/ et ꝯcedimus. Vult em̃ dicere q ista non possum⁹ pfecte itelligere ¶ Ter C
tia conclusio patz. quia oia que pr̃.3.ꝯclu. possumus aliquo mõ intelligere. possum⁹ 7 explicare non stat em̃ aliquid credere/ et illud nullo modo intelligere sicut supra dixi in.q. de trinitate et clarum est q omne quod possumus aliquo modo intelligere possum⁹ aliquo mõ explicare 7c. Et ideo cum reuerẽtia magistri Gregorij apparet q ipe i sufficiẽter re
3 gregorium. spondet ad istam q̃stionem. Ipe em̃ postq̃ reprobauit diuersos modos alioq̃ ponentiũ differẽtiam inter spirationẽ: 7 generationem nullũ modum ponit specialem. sed dicit q nõ ẽ nobis ꝑ statu isto possibile istam differẽtiam intelligere aut explicare. ideo non tentat eam explicare. Quod aũt ista responsio sit isufficiens patz. Tum primo. q̃a eodem modo ipse posset se expedire de omni difficultate que fit i

materia de trinitate. Cum tot⁹ ille articulus fm sanctos dicatur ineffabilis ꝛc̄. Tum sc̄o. qa absurdissimum et scādalosū videtur esse i fide. dicere q aliqua ꝓpositio sit credenda a catholicis. ꝛ tn̄ nullus catholicus sciat assignare diffinitionē quid nominis/ siue descriptionem/ ꝛ differentiam significationis terminoꝝ illius. sic est in proposito igitur ꝛc̄. Et ideo videndū est q̄liter possit explicari ista differētia hȳ ꝓductionū. ¶ Sūt aūt circa hoc diuersi modi dicendi. Aliqui eñ assignant istam differētiam ex ꝓncipio quo vnus/ et principio quo alterius. dicūt enim quod productiōis filij ꝑncipium quo est intellectus. Sed productiōis spūssancti est voluntas. sed istud non valet. Tū primo quia nullius istarum ꝓductionū est aliquod ꝑncipiū quo distinctum a ꝑncipio quod. vt i alia questiōe dictū est. Tū sc̄ūdo. qūia in deo intellectus ꝛ voluntas nullo modo distinguūt. vt dictū est in questione de distinctione formali. igitur si vnus illarum intellectus est ꝑncipiuz. ꝛ voluntas erit eiusdem ꝑncipium. et ecōuerso quare sequitur ꝛc̄. Alij assignant predictā differentiam ex ipīs ꝓductis Naz filius est verbum quod pater intelligendo se ꝓducit. spūssctūs autem est donum quod pater ꝛ filius se amando ꝓducunt. Verbum aūt ex eo q verbum simle est rei intellecte cuius est ȳbuz sed donū ex eo qō donū est: nō ē simle/ sed potest eē dissimle. ꝓductio autē viuentis simlis ꝓducēdi est generatio: vt hic sumitur. q̄uis ergo spūssanctus quod est donū patris et filij sit simulis patri ꝛ filio non min⁹ q̄ filius patri quia tamen nō est simulis ex eo q est donū. ideo ei⁹ ꝓductio nō ē generatio. Et ista ratio pōt sumi ab Anselmo monologion. §§. Sed q̄uis iste modus sit subtilis et ipz subtiliter improbat declarat. Octam. tn̄ nō videtur sufficiens. qz eque ignotum est nobis q spūssanctus non sit ȳbum patris ex filij sicut q ei⁹ ꝓductio non sit generatio: aut q ipse non sit genitus. Unde cum spūssanctus sit eque simulis patri et filio sicut filius patri. ꝛ intellectio ꝛ volitio nullo modo distinguantur in deo. nō apparet cur spūssanctus non sit verbuz quod se intelligendo producūt pater et filius ita bene sicut filius est ȳbum quod pater se intelligendo producit. ꝛc̄. ¶ Alij assignant differentiam horum productionum ex differentia ꝓducentium qz sez filij⁹ est ab vno tātum: sed spūssanctus a duobus. Filius autez non potest eē duorum nisi vnus illoꝝ sit pater/ et alter mater qō in trinitate imaginari absurdissimuz est. Et ista ratio ponitur a mgro: et Anselmo. monol. §§. et sumitur ab augustino. 15. de trinitate. ca. 27.

Sed cōtra hoc arguit magister ꝓbatio Gregorij. quia ybi productū eodē quā pōt modo est a duob⁹/ nec aliter ab grego. vno q̄ ab altero. neq ab amboꝝ bus simul. neq ab altero tātuz ibi non videt q ꝓductio ex hoc precise q est a duob⁹ minus debeat dici generatio q̄ si eēt ab vno tn̄: Unitas eñ vel pluralitas producentiū non videtur variare rationē ꝓductionis. sicut pater q ꝓductio vnius ignis a

quo possit dīa ꝓductionū diuersificari.

Prima op.

Secunda op.

duobus non minus dicitur generatio ꝙz productio ab vno. ſz ſpũſſanctus ꝙz uis ſit a duob⁹: eodem modo tñ penitus eſt ab vtroꝙz (vt ptz in primo articulo) quare ꝛc. Uñ infert ꝙ nõ ſequitur. ſi ſpũſſanctus eſt fili⁹ duorum ꝙ eẽ. vnius tanꝙz patris. et alterius tanꝙz matris. cuz filius nõ ſit vnifoꝛmiter ex patre et matre. qz non eẽt ratio quare vnus eẽt pater potius ꝙz alter vel ecõuerſo. Unde quantũ ad illud ſecundum bene concoꝛdo cum magiſtro Grego. ſed nõ ꝙz tum ad ꝓmuz quia non nego ex toto predictuz modũ vt patebit ꝛc. ¶ Alij aſſignant illam differentiam ex diuerſitate modi pcedendi. quia fili⁹ procedit quomodo nat⁹. et ſpũſſanctus quo modo datus. Et hanc ponit Auguſtinus. 5. de trinitate. ca. 14. Sed iſtud non ſufficit cum non declaret cur ſpũſſanctus nõ pcedit quomodo natus ꝛc̃. Qualiter autem iſtud dictuz Auguſtini debet intelligi declarabo: et inde patebit ꝙ iſte mod⁹ coincidit cum alio dicto ꝛc. Unde ad declarãduz predictos duos modos et ad manifeſtãdum oppoſitum ¶ Sciendum eſt ꝙ generatio quadrupliciter põt ſumi. Uno mõ largiſſime ꝛ impꝛope: et ẽ ꝓductio alicuius de non eẽ ad eẽ: et ſic ſe extendit ad creationẽ: nec ſic dicitur in diuinis. Secũdo modo ſumitur minus large et ꝓpꝛie: et ẽ generatio ꝓductio alicuius: nõ de nihilo: ꝛ ſic non ſe extendit ad creationẽ Hoc aũt poteſt eẽ dupliciter. ꝺa vel põt eẽ productio alicui⁹ de non eẽ in eẽ: et ſic ſolũ ẽ in creaturis et nõ in diuinis: vel põt eſſe productio alicui⁹ in eẽ ꝙz uis non de non eẽ et ſic ſolum eſt in diuis et nõ in creaturis. ¶ Tertio modo ſumitur generatio ſtricte ꝛ eſt ꝓductõ nõ de nihilo alicui⁹ viuentis cognoſcẽtis ab alio quo eiuſdem nature numero vl̃ ſpecie. et ſm talem generatiõez in creaturis ꝓducens dicit pater vel mater: ꝓductum fili⁹ vel filia: ſic enim ſol et homo producunt hominem: ſed ſol nõ generat hommem: homo vero generat hominẽ. Talis autem ꝓductio eſt in diuinis tam reſpectu filij ꝙz reſpectu ſpiritusſãcti. ſed tamen iſta non ẽ deſcriptio completa diuine generatõis. Quarto mũdo ſumitur ſtrictiſſime: et dicitur generatio productio nõ de nihilo alicuius viuentis cognoſcentis ab vno ſolo producente eiuſdem nature nũero vl̃ ſpecie. Et ſic ſumitur i diuinis. et ẽ diffinitio quid nois ſiue deſcriptio cõpleta diuine generationis: vt patet inducẽdo i partibus ſingulis Unde ꝓportionabiliter põt deſcribi ſpiratio. ꝙ eſt productio nõ de nihilo alicuius viuentis cognoſcentiſ nõ ab vno ſolo producente ſed a pluribus eiuſdem nature numero/vel ſpecie. Et ponit illa ꝓticula (ſcilicet nõ ab vno ſolo ꝛc.) ad differentiam generationis. Et ideo ad inſtantiam magiſtri Grego. quando dicit ꝙ vnitas/vel pluralitas producentiũ nõ videtur variare rationem productionis. dico ꝙ licet hoc eſſet verum in creaturis. tamen non oportet ſic eſſe in diuinis. Nec exemplum quod ponit de productione ignis ꝛ ceſa. bene eſt ad propoſitum quia etiam

A 4. op. cui eẽrt doctz cũ põdicta.

B

C Solutio ꝺ probatõis quã põit, gre. ꝑ 1tiũ modum.

secundū eum illa pductio nō est gñatio stricte sumpta et vt hic accipit ꝛc. Ūñ melius est dicere sic ꝙ dicere sicut ipe dicit ꝙ nulla descriptio diuie gñatiōis cū ea cōuertibilis pōt a nobis dari: quia est ꝙ nobis incōprehensibilis: qz absurdissimuz michi videtur ꝙ credam⁹ fide aliquā ppositionē ꝛ tñ nesciam⁹ dare diffinitionē quid nois terminorū ipius/seu descriptionē cōuertibilez. Nec incōprehēsibilitas ipius rei hoc tollit. Quia deus est a nobis incōprehēsibilis: et forte quelibet creatura. ꝛ tamē damus diffinitionē dei conuertibilē. Ideo sua rñsio cum reuerētia videt scādalosa. Ex p̄dictis
te. Uel magis ꝓprie loquendo aliquis potest dici amicus dei dupliciter. vel qꝛ diligit deum. vel quia diligitur a deo. Primo modo põt aliquis esse carus et grat⁹ sine aliqua qualitate supernaturali infusa qne sit charitas/ vel gratia: nõ tamen sine aliqua qualitate creata q̃ sit dilectio/ ꝛ que ꝑt dici charitas vel gratia ꝛc. Secũdo modo potest aliquis esse carus ꝛ grat⁹ sine aliqua qualitate informãte. nec est simile de esse album et albedine sicut hic. ꝛc. ¶ Scõdo distinguendũ est ꝙ illo modo secũdo tam dicto aliquis põt dici amicus dei dupliciter: sicut dupliciter põt intelligi deũ aliquẽ diligere. Uno modo gñaliter. qua vult sibi aliquod bonũ/ ꝛ sic omne bonũ inq̃ntum bonũ de⁹ dicitur diligere. iuxta illud. diligis eĩn omia q̃ sunt nichil odisti eorũ que fecisti. Alio modo specialiter. qꝛ vult sibi aliquod speciale bonũ. ꝛ sic de⁹ magis diligit illũ cui facit maius bonuz. quia q̃uis oẽs eadem dilectione diligat: nõ tamẽ ad equale bonũ. ¶ Tertio distinguendũ est ꝙ illo modo vltimo adhuc aliquis potest dici amicus dei dupliciter. Uno modo. qꝛ deus vult illum ꝓ tunc habere aliquod magnum donũ qõ non est vita eterna sicut est charitas/ vl̃ gratia/ vel originalis iustitia. siue velit ꝙ semp ꝑmaneat in tali bono/ siue nõ. ꝛ hoc voluntate bñplaciti. et hoc vocam⁹ diligere scõm ꝑsentẽ iustitiã. ꝛ sic de⁹ diligit solũ rõnales creaturas q̃ sunt in gr̃a gratũ faciente siue sint electe siue reprobate. Alio mõ ꝗa de⁹ vult illũ nõ ꝓ illo tunc/ tamẽ aliquãdo habere/ vel habiturũ esse illud speciale donum qõ est vita eterna. ꝛ sic deus diligit solum rõnales creaturas. non tñ omẽs illas q̃ sunt in gratia gratũ faciente: ꝫ solũ illas que sunt electe/ ꝛ nõ reprobe. siue sint in gr̃a siue i mortali culpa. Et hoc voco dilectionẽ ꝑm eternã ꝑscitiã de qua ad Ro. 9. Jacob dilexi Esau aũt odio habui. Et ista põt vocari dilectio simpl̃r ꝑma. aut dilectio ꝑm quid. qꝛ in scriptura simpl̃r loquẽdo dr̃. Esau autẽ odio habui. licet forte. ꝛ sine forte esau qñq̃ habuerit charitatẽ. saltem qñ fuit nouiter circũcisus. ꝛ ita de quolibet reprobo põt dici simpl̃r ꝙ deus odit ipm. licet scõm quid scilz ꝑm presentẽ iustitiã diligat ipm qñ habet charitatẽ vel gr̃am. ꝛc. ¶ Ex istis distinctionib⁹ sequunt alique ꝓpositiones. Prima ꝙ loquendo de dilectione generali omnis entitas est a deo diligibilis ex natura rei. Ꝑz ex dictis Secunda est ꝙ loquẽdo illo mõ nulla entitas est deo odibilis ex natura rei. Ꝑz. quia nulla talis est ꝑm se mala sed simpl̃r bona. Tertia est ꝙ loquendo de dilectione speciali vltimo modo dicta nulla entitas est a deo diligibilis ex natura rei siue ex sui natura. Ꝑtz. qꝛ ꝙ aliqua res sit accepta deo ad vitã eternam solum est ex ordinatione voluntaria/ ꝛ gratuita volũtate diuina ꝛc. Quarta est ꝙ loquendo isto modo nec odium dei: nec alius quicunq̃ act⁹ culpabilis ẽ deo odibil̃ ex natura rei siue ex sui natura. Ꝑz. nullus talis actus deacceptat ad vitã eternã: vel imputat ad penam eternã. nisi

Dermera volūtate diuina. ⁊c. Er
Ad scām. his ptz ad rationē. ¶ Ad scām rationē dico aliquas ppositiones. Pria est q̄ possibile est trā sire de cōtradictorio ad cōtradictoriū. siue ptradictoria successiue verificari. absq̄ motu locali: aut positiōe noue rei: vel destructione preexistentis cui⁹ verificationis lapsus tēporis non sit in causa. q̄uis sine lapsu tēporis actualis/ vel potentionali cōtingere non possit: alias em̄ cōtradictoria simul eēnt vera. Pz quia possibile est q̄ aliquis nō habēs spm̄sanctū illo modo speciali de quo dictum est in primo articulo habeat postea spm̄sanctū eo non mutato localiter/ nec aliqua alia re noua facta: vl̄ aliqua destructa. vt patz ex dictis ibidem. Et cōstat q̄ mutatio nō est in spūsancto: nec oportet q̄ sit in alio: nec lapsus tēporis ad hoc facit. ⁊c Item ptz quia absolute possibile est diuina virtute q̄ albedo hui⁹ corporis nulla locali eius/ aut subiecti mutatiōe facta: ⁊ nulla re nouiter causata/ vel destructa nō informaret illud corpus ⁊c. Patz. q̄a hoc non mun⁹ est possibile q̄ accidētia sacramentalia sint eq̄ presentia corpori xp̄i sicut erāt substantie panis. ⁊ tm̄ non informant ip̄m. ⁊c̄ Item absolute deus posset se solo conseruare lumen q̄ causat cādela quiescēs in aere nulla mutatione locali facta ad hoc/ aut aliqua re nouiter creata/ vel destructa. ⁊c. Ex quo ptz q̄ absolute possibile est aliqualiter eē in re qualiter prius nō fuit. vel aliqualiter nō eē qualiter prius fuit absq̄ mutatione q̄ sit acquisitio/ vel pditio alicuius rei ptz clare. ⁊c̄. Et sic ptz q̄ maior illius rōnis est falsa. ¶ Sed p materia minoris ⁊ consequētie sit secūda ppō. Q̄ō esto q̄ esset impossibile cōtradictoria successiue verificari sine mutatiōe: tm̄ non oportet q̄ fiat ppter mutationē factā i aliqua illarū rerū pro quib⁹ talia verificātur: sed sufficit q̄ in alia vt si de⁹ ordinaret dimittere offensam sortis existentis in peccato mortali si aliq̄s vir sctūs rogaret pro illo. Illo em̄ rogante fieret de non dilecto dilect⁹ absq̄ hoc q̄ oporteret esse mutationē in eo/ vel in deo/ sed in rogante. Similiter in casu sufficit ad talem verificationē lapsus temporis: et hoc quādo determinatio tēporis cadit sub statuto: sicut apud hebreos lex erat vt quilibet seruus cōpleto sexto anno seruitutis: rediret ad libertatē. ideo absq̄ vlla ipsius mutatiōe solo tēporis lapsu fiebat de seruo non seruus et de non libero liber: ⁊ ita posset esse in ppō- E F to. ⁊c. ¶ Tertia ppositio est. q̄ esto q̄ sine mutatione in tali re non contingeret talia contradictoria verificari: adhuc non seq̄tur q̄ per mutationē acquisitā. Et itez esto q̄ per acquisitionē/ etiā non sequitur q̄ per acquisitionē charitat⁊ aut gr̄e/ vel habitus alicuius supnaturalis. Et hoc satis patet. vnde appareret q̄ ratio non concludit. Pro cōfirmatione rōnis fit hec quarta ppositio q̄ ista consequentia non valet. positis duabus reb⁹. ista propositio est falsa: ergo vt ipsa sit vera req̄rit tertia. ptz. q̄ ista ē falsa antecēdens nō erit. ⁊ tm̄ ad eius verificationē non req̄rit

aliqua res alia ab illis que sũt. sed potest illa ꝓpositio esse vera solum volente deo. Multe instãtie possunt dari de informatiõe et inherentia forme: de cõseruatione radij solis. ⁊ de donatiõe spũssancti. de quibus iã tactum est. ⁊c. Et ita in ꝓposito negat maior rõnis: et similiter patz q̃ ꝙsequẽtia non valet. ⁊c. ideo. ⁊c.

A Ad tertiũ ¶ Ad tertiã rõnem dico aliquas propositiones. Prima est q̃ pura priuatio charitatis vel gratie precise nõ habet rõnem peccati vel culpe. ptz. q⁊ talis ẽ peccatũ solũ inq̃ntum ꝓsupponit debitũ habẽdi talẽ charitatem vel gr̃am. illud aũt debitũ tolli põt sine positione alicuius habit⁹ vel forme. Secũda ꝓpositio est q̃ carẽtia charitatis licet sit peccatũ tñ põt esse/ vel non esse peccatũ. Patet q⁊ non est pctm̃ nisi in eo qui debet/ ⁊ tenetur habere eã. et q⁊ deus posset hominẽ absoluere a tali debito habẽdi. esto q̃ non daret sibi charitatẽ. sequitur q̃ possibile est talẽ carere charitate absq̃ pctõ. Et sic pz q̃ maior rõnis ⁊ ãs cõfirmatio

B nis sunt falsa. ¶ Tertia ꝓpõ est q̃ licet non sit possibile q̃ ab aliquo tollatur carẽtia charitatis vel gr̃e infuse absq̃ hoc q̃ ifundatur sibi talis iustitia. tñ possibile est q̃ ab eo tollat carentia charitatis vel gr̃e debite inesse absq̃ hoc q̃ infundat sibi charitas vel gr̃a: ptz si tollat debituz habẽdi eã. ⁊c. Quarta ꝓpõ est q̃ nõ est possibile aliquẽ ꝑuari iustitia debita iesse ⁊ nõ esse iniustũ. ptz. si tollat debitũ ⁊c. Et sic ex istis clare pz ad rationem ⁊ eius cõfirmationẽ. ⁊ qualiter priuatio charitatis sit pctm̃ ⁊c.

¶ Sed q⁊ in ꝓbatione antecedẽ C tis fiebat ista consequẽtia. null⁹ potest ex puris naturalibus vitare q̃libet pctm̃ mortale igit ad hoc requirit aliquod donum supernaturale. Hec aũt ꝙsequẽtia non valet. sed fundat in falsa imaginatiõe: scilicet q̃ ex hoc p̃cise hõ non potest ex puris naturalibus vitare pctm̃ quia ex puris naturalibus non põt habere charitatẽ quã tenetur habere. hoc aũt est falsum ⁊ negãdum. Ideo ad eius declaratiõnẽ distinguo q̃ vitare peccatuz ex puris naturalib⁹ põt dupliciter intelligi. Uno modo vt per pura naturalia excludam⁹ oia dona infusa supnaturalia. Alio modo vt p hoc excludamus adiutoriũ supnaturale. tunc cõm hoc pono aliquas ꝓpositiones Prima q̃ sc̃o modo nullus ex puris naturalib⁹ põt aliquod peccatũ vitare. ptz: quia esto q̃ deus absolueret ipsum a debito habendi charitatẽ seu quoduis aliud donũ supnaturale. tñ adhuc non posset ex suis puris naturalib⁹ (ideſt ex se ⁊ sine adiutorio dei supnaturali) pctã vitare, sicut nec aliq̃d agere bene Sc̃da est q̃d p̃mo modo q̃s põt ex puris naturalib⁹ q̃libet peccatũ vitare. pz si de⁹ absolueret ipm̃ a debito habẽdi donũ supnaturale ⁊c. ¶ Tertia est q̃d pri D mo modõ q̃s non põt de lege ordinata ex puris naturalib⁹ quodlibet peccatũ mortale vitare. pz q⁊ de lege ordinata talis tenet esse in charitate vel gr̃a. ⁊ si nõ sit peccat mortaliter/ ⁊ tale peccatũ nõ põt vitare sine charitate vel gr̃a. ⁊c. Quarta est q̃ primo modo q̃s potest etiã de lege

ordinata ex puris naturalib⁹ aliquod peccatuz mortale vita re. patet. quia talis existēs sine charitate vel gratia potest vita re multa mortalia: aliter q̄libet existens sine gratia incurreret omnia mortalia: quod est manifeste falsum ꝛc. Et sic ptz de isto

Ex p̄dictis autē patet q⁹ absolute possibile est q⁹ aliquis nō habeat charitatem aut gratiā nec habeat peccatum aut culpam. Si autē queratur si iste decederet in isto statu vtrū dammaret vel saluaretur. Dico q⁹ fieret sicut deo placeret qz vtrūcz de⁹ posset. Verisimle tamen videt q⁹ non dammaretur pena sen⁹. quia in ipo nichil eēt puniendū. Et idem eēt sentiendū de illo. ꝛ de p̄mo homine si in statu innocentie ante infusionem gratie decessisset ꝛc.

E Ad q̄rtam

¶ Ad quartā dico q⁹ nullum est bonum vel malum quod de⁹ de necessitate sine ex natura rei diligat: vel odiat loquēdo de dilectione ꝛ odio spirituali de quo supra. Nec aliqua qualitas est ex natura rei iusticia: sed ex mera acceptiōe diuina: nec deus iustus est qz iusticiam diligit: sed potiꝰ ecōtra aliqua res est iusticia quia deus eaz diligit id est acceptat ꝛc. ¶ Ad confirmationē respondeť aliqui concedēdo añs ꝛ negando ꝓnam. Nec valet probatio vt dicūt. quia licet esto q⁹ aliquis actus sit secundū se eque bonus. vel melioꝛ q̄ aliquis alius actus est malus. non tamen est similis proportio eius ad vitam eternam q̄lis est act⁹ mali ad penā etnā. Ex mereri ꝛ demereri. quia mal⁹ de ꝺigno punitur eterna pena. Bon⁹ aūt vltra condignū p̄miatur vita eterna. Sicꝛ actus bon⁹ nō est apō deū ex se ꝛ ppria bonitate meritorius. Actus vero malus ex ppria malicia vtiq; demeritorius est quare ꝛc. Sed aliter potest dici concedendo consequentiā ꝛ cōsequens. Unde dico p̄mo q⁹ nulli actui quātūcunq; bono ex sui bonitate vel intrinseca natura debetur vita eterna. patet quia ex sola gratuita dei ordinatiōe misericorditer datur. Secundo dico q⁹ aliquis actus bonus ex gratuita dei ordinatione est iuste meritorius vite eterne patet quia iuste premiatur. iuxta illō 2. Thi. 4. Reposita est michi corona iusticie quā reddet michi dominus iustus iudex. Cū hoc stat tñ q⁹ gratis datur. Unde et glosa dicit super illo verbo. q⁹ vita eterna est gratia pro gratia: et per ꝓñs gratis data. Tertio dico probabiliter q⁹ nulli actui quātūcūq; malo debetur ex sua malicia vel intrinseca natura pena eterna. patet: quia sicut de⁹ gratis accepta tactū bonū ad vitam eternā: sic posset non de acceptare actū maluz ad penā eternam. Quarto dico q⁹ aliq̄s actus malus ex iusta dei ordiatione est iuste meritorius pene eterne. patet: qz iuste punit ꝛc. Utrum autem ad condignū vel citra condignum: de hoc nichil dico nunc: quia magis alias dicam ꝛc.

F

Ex predictis sequit istō

G

corrolariū q⁹ nō est in libera potestate rōalis creature q⁹ actus suus bonus sit meritorius vite eterne. vel actus eius mal⁹ demeritorius pene eterne. ptz: qz nullus actus est meritorius vel demeritorius essentialiter ꝛ in-

trinsece: sed solũ ex diuina acceptatione vel deacceptatione. ſz non est in potestate libere rõnalis creature q̃ suus actus acceptetur vel deacceptetur: qz hoc solum est in libera ptãte dei vt totũ patet ex dictis: igitur ꝛc.

Secundo sequitur. q̃ rõaℓ creatura ad aliq̃d obligatur quod non est proprie in eius ptãte libera. patet. qz obligatur q̃ aliquis eius actus sit meritorius vite eterne/et acceptetur ad eã ꝛc. igitur ꝛc. Si dicaℓ ergo obligatur ad impossibile negaℓ cõsequentia: quia licet istud nõ sit in eius potestate: non est tamẽ simpliciter impossibile. Et si dicatur q̃ saltem sequiℓ q̃ obligatur ad sibi ipossibℓe: adhuc nego ꝓñaz: quia licet illud non sit ꝓprie in eiꝰ potestate: est tamẽ sibi possibile: licet non a se: sed ab alio. sicut esse est sibi possibile: licet non a sua potestate. Et

A sic patet ꝛc. Hec de secũdo articulo. ¶ Quantũ ad tertiũ articulum vtrũ charitas que datur amicis dei possit augeri vel minui. Primo videndũ vtz aliqua forma vel qualitas possit augeri vel minui. Secũdo videndũ: vtrum ipsa gratia vℓ charitas possit augeri. Tertio videnduz vtrum ipsa charitas vel gratia possit minui. Circa primũ ꝑmittam distinctiões: deinde ponã suppositiones. postea soluã obiectiones.

3 articℓs.

B ¶ Quantũ igitur ad primũ sit prima distinctio de isto termino forma. Unõ dico q̃ forma sumitur vno modo largissime pro omni significato terioꝝ abstractoꝝ: sicut per terios abstractos ꝑdicamẽtoꝝ accidẽtiũ ꝛ sic figura dr̃ forma rei figura-

1. distinctio

te: et paternitas patris et raritas ignis ꝛc. Et isto modo sepe reperitur q̃ forma nõ distinguitur a suo formabili. Alio modo sumitur minus large pro omni eo quod non est subiectũ/ vℓ cõpositum: et sic deus et angeli dicũtur forme. Alio modo sumitur nõ ita large pro omni eo qõ est causa i alio genere cause ꝙ efficientis: finalis: aut materialis. Et satis est difficile explicare que sit ista causalitas: sed de hoc videbitur alias. ¶ Secũda distinctio est de isto termino ℏli tas. Unde dico q̃ ℏlitas potest tripliciter sumi. Uno modo pro omni significato terminoꝝ de ꝑdicamentis qualitatis et sic aliqua substantia est qualitas: vt satis patet. ¶ Secũdo modo pro quolibz apto aliquid denoiare esse quale. ꝛ sic forma substãtialis est qualitas. Alio modo sumitur pro aliquo accidente denominante aliquid esse q̃le vel apto denoiare: ꝛ sic nulla substantia est qualitas: qz ℓz forma substantialis denominet aliq̃d esse quale ꝓpter quod differentia essentialis ꝑdicaℓ in quale: tñ non est qualitas: quia nõ est accidens: ideo nõ ꝑdicaℓ in q̃le accidentale. Unõ in ꝓposito sumuntur isti termini forma vel q̃litas vltimo modo. ꝛ nõ alꝰ ꝛc Ex hijs patet q̃ omnis q̃litas vt hic sumitur est vel esse potest forma. ℓz non ecõtra ꝛc. ¶ Tertia distinctio est de isto termino augmentatio. Unde dico q̃ triplex est augmẽtatio. q̃dam ẽ pure extẽliua/ sicut rarefactio vel solidoꝝ augmentatio. Alia est pure intensiua. sicut augmentatio forme ſpũalis: siue formarũ

2. distinctõ

C

D

3. distinctio

ſpũalium non corporaliũ ſicut augmentatio charitatis ꝛc.
Alia eſt extenſiua et intenſiua. ſicut augmentatio formarũ corporaliũ: vt caliditatis vel frigiditatis. Aliqua põt dici augmẽtatio licet impropꝛie q̃ nec extenſiua nec intenſiua q̃ poſſet vocari conuerſiua. ſicut aliqua res diceretur augmẽtata: quia eẽt mutata in rem perfectiorem: vt anima in angelũ. Et de iſto mõ poſſunt poni exempla varia et poſſet ſubdiuidi: ſed trãſeo: qꝛ non eſt ꝓpꝛia augmentatio nec
E ad ꝓpoſitũ ꝛc. ¶Quarta diſtinc
4. diſtictõ tio eſt ſubdiuiſio augmẽtationis ſolum extenſiue: quia illa ẽ dupleꝛ: quedam numeroſa: ſeu diſcretia: ſicut augmẽtatio gregis ouiũ vel cumuli lapidum: Alia eſt augmentatio extẽſiua non ſolũ numeroſa/vel diſcretiua ſed cõtinua: ſicut rarefactio aeris ꝛc. Et ſicut dictũ eſt/et di
F cetur de augmẽtatiõe. ita oino
5. diſtictõ ꝓportionabiliter dici poteſt de diminutione. ¶Quinta eſt de augmentatione intenſiua: ꝛ eſt q̃ ipſa dupliciter poteſt imaginari. Uno modo per accumulationem gradũ eiuſdem rõnis conſtituentiũ vnã formaz que ſit magis intenſa q̃ aliqua ps eius. Alio modo imaginantur aliqui fieri augmentationẽ intẽſiuam ſolũ per receſſũ a nõ gradu: et iſtud a diuerſis varie aſſignatur. Nam quidã dicunt q̃ intenſio fit per depurationẽ alicuꝰ forme a ſuo contrario. Aliꝫ q̃ fit ꝑ maiorem radicationẽ in ſuo ſubiecto: ita q̃ ſcõm iſtos ꝗtingit eãdẽ formã penitus inuariatam ꝓz ſuã eſſentiã. aliqd ſubiectũ minꝰ intenſe denoiare ꝛ poſtea magis: ꝛ ſiꝫr ecõtra: ſz iſta opinio nõ eſt vera vt hz declarari in philoſophia. ꝛc.
G ¶Sexta diſtictio eſt. q̃ augmẽ-
6. diſtictõ tatio tam intenſiua q̃ extenſiua dupliꝛ poteſt imaginari fieri. Uno modo ſubito ſiue in inſtanti. ſicut ſi ſol aut aliꝺ luminoſuz crearet in inſtãti in medio diaphano: et poſtea aliqꝺ aliꝺ crearetur in eodẽ medio in inſtanti patet: qꝛ fieret ibi augmentatio luminis tã extẽſiua q̃ intẽſiua in illo ſecũdo inſtanti. Alio modo poteſt imaginari talis augmentatio fieri nõ in inſtãti: ſed ſucceſſiue cõtinue tã ſm extenſionem: q̃ ſcõz intenſionẽ: ita q̃ data aliqua forma (vt caliditate) verũ eſt dicere q̃ ante quãlz partem iſtius caliditatis priꝰ fuit eius medietas ſm intenſionem ꝛ extenſionem: q̃ illa tota pars et ſic fit ſucceſſiue ꝗtinue.
H ¶Unde pro declaratione iſtoꝝ
h eſt hic videndũ quid eſt aliq̃d fieri in inſtanti. Unde dico q̃ aliquid dicit fieri in inſtãti: qñ nulla eius pars pꝛefuit añq̃ illud eſſet. Ex quo ſequit q̃ nõ ſtat aliquod indiuiſibile fieri et illud nõ fieri in inſtanti. patet: qꝛ nichil eius ante ipſũ pꝛefuit cum
I ipſum careat partibꝰ ꝛc. ¶Se-
7. diſtictõ ptima diſtinctio eſt q̃ augmentatio continua põt dupliꝛ fieri. Uno mõ põt fieri continue ſucceſſiue. Alio modo continue ꝑmanenter. Et hoc eſt qꝛ dupleꝛ eſt continuum: ſcz ꝗtinuuz ſucceſſiuuz: et continuũ permanẽs. Ad cuius declarationẽ ſciendũ ẽ q̃ aliquid dr̃ ꝗtinue ſucceſſiue augeri qñ in quolz inſtãti poſteriori eſt magis intenſũ vel magis extenſũ q̃ in aliquo priori. Ita

q̄ non est dare aliquod t̄pus in augmētatione sic q̄tinue in quo toto illud sit equaliter intensuz
A vel extensū in qualibz parte ꝛc.
8. distictō ¶ Octaua distinctio est q̄ tripliciter contingit aliquā formā acquiri successiue continue vl̄ augeri. Uno modo solū extensiue q; intentionē non habet saltem realiter gradualē: sicut forma substantialis mixti. Alio modo solum intensiue, q; extensionem nō habet sicut forme substātiarum sp̄ualiū vt noticia vl̄ amor intellectualis. sz nulla forma hz intensionem et extensionē quin si fiat successio cōtinua, in extensione fiat etiā ꝛ in intēsione. Et similiter econtra et hoc naturaliter loquēdo. quia absolute oppositum est possibile ꝛ cetera.

B ¶ His p̄missis pono aliquas ꝓpositiones quas voco suppositiones. quia apud theologos magis debent supponi ex phia q̄z in theologia, pbari. Pria est aliquod subiectū potest fieri magis et minus tale sine alicuius qualitatis aut alterius rei sibi inexistentis acquisitione vel deperditiōe. Patet: q; si t. a. aliqđ subiectū calidū vt octo et sit. b. aliquod calidū vt quattuor. et sine mutatione ipsius. a. augeatur caliditas ipsi⁹ b. vsq̄ ad. 8. tunc fit magis simile ipsi⁹. a. q̄z prius. et per consequens econtra. a. fiet magis simile ipsi b. modo constat q̄ magis simile ē magis tale ꝛc. Sil̄r quāto quis sit magis bon⁹ est deo similior. per q̄ns deus sibi simili sil̄ior q̄z prius. ꝛ tñ nullius fit in deo acquisitio. igitur ꝛc. Unde seq̄tur q̄ gradum comparationis positiui et suum comparatiuuz de aliquo respectu eiusdem verificari successiue nō arguit illō mutatū esse. Patet de deo ꝛc. vt dictum est. Non nego tamē quin vnū illoz mutetur ad verificationē successiuā taliū ꝛc. vt ptz.

C ¶ Secunda ꝓpositio est. q̄ aliquod subiectum est tale/ vel aliquale per aliquā qualitatē seu aliquam formā accidentalē ab eo realiter differentē. Patet q; ista. est cōmunis doctrina peripatetica. cui etiam concordat fides catholica. que cōcedit q̄ albedo in sacramento altaris remanet sine subiecto. que albedo fuit prius in pane tamq̄z in subiecto quod quidē subiectū p eā erat album.

D ¶ Tertia ꝓpositio est q̄ aliquod subiectum potest esse magis ꝛ minus tale per aliquam qualitatem seu formaz accidentalez. Patet. quia aqua potest esse magis ꝛ min⁹ calida p̄ caliditatē sibi inexistentem/ ꝛ eā informātē.

E ¶ Quarta est q̄ aliqđ subiectū nō pōt esse magis et minus tale p̄ aliquaz qualitatē seu formā accidentalem ipsa forma simpl̄r non variata in se intrinsece. Ptz. q; cū quelibet forma de sua intrinseca rōe denominet suū subiectuz q̄ retiue illa denoiatiōe quā hz abstractiue (vt pz in oib⁹ inductiue) sequit̄ q̄ ipa non pōt ipm magz/ vl̄ min⁹ denoiare q̄z ipa sit in tali denoiatiōe: ꝛ q̄z sit pfecta intrisece. ꝛ p q̄ns nō ē imaginabl̄e q̄ ipa simpl̄r inuariata hz se possit sōm magz ꝛ min⁹ denominare. Uñ sequit̄ ꝯ q̄sdā doctores q̄ nō p̄t saluari q̄ eadē forꝫ

numero scōm suā essentiā indiuisibilis ⁊ simpliciter iuariata (sicut calor/ vel alia forma siue substātialis/siue accidentalis) possit dare de subiecto pfectiꝰ ⁊ impfectius esse. ⁊ facere ipsū magis ⁊ minꝰ tale ⁊ hoc ꝓpter maiorē subiecti vel minorē dispositionē. vel vt quidā dicunt ꝓpter maiorē vel minorē radicationē in subiecto. aut depurationē a ꝓtrario. Patet ex dictis Et lez alio modo posset hoc multipliciter declarari: tamen de hoc remitto ad philosophiā ⁊c.

F ¶Quīta propositio est ꝙ nulla forma pōt suū formabile intensius ⁊ remissius denoiare. siue facere ipsuz magis ⁊ minꝰ tale nisi p intensionē ⁊ remissionem ipsius forme in se. Sexta est ꝙ nulla forma potest suū formabile intēsius ⁊ remissius denominare sine noua alicuꝰ partꝫ acquisitione vel depditiōe. ¶Patet: aliter nō videtur posse saluari qualiter ipa esset de nouo

S intēsior vl' remissior in se. ¶Uñ sequitur primo. ꝙ in cuiuslibet forme intēsione acquirit aliq̄d reale realiter distinctū a forma priore. Secūdo sequitur contra quosdaz ꝙ in tali acquisitione illud qđ acquirit est eiusdez rationis siue speciei specialissime cū forma p̄cedente. Tertio sequit ꝙ in tali acquisitiōe illud ꝙ acquirit remanet cum forma priore. Quarto sequitur ꝙ illđ qđ acquiritur facit p se vnū cū forma priore. Hec oīa sunt contra illos qui dicūt ꝙ intēsio forme fit p acquisitionē noue formē pfectioris ꝙ̄ p̄cedens. ita ꝙ in subiecto nūq̄ sunt simul tales due forme quaꝝ vna fuerit prius in subiecto ꝙ̄ altera: sed simul aduenīente noua corrūpitur prima. ¶Hec autem opinio ꝓ concedit aliquā esse intensionē ꝓtinuā: ideo ex ea sequit primo ꝙ quelibet forma que acquirit dū durat intensio solū est p instans ⁊ subito. Patet. qz si esset p tēpus/ cum in tēpore illo quo esset fit adhuc intensio ⁊ p ꝓns acquirat aliquid. sequit ꝙ p̄cedens ⁊ sequens/ imo multe sequētes erunt simul in subiecto ꝓtra eos. Secūdo sequit ꝙ quelibet talis forma acquiritur in instāti ⁊ subito. ptz clare. Et sic ista opinio est impossibilis. ⁊c. I

¶Septima ꝓpositio est ꝙ aliq̄ forma accidentalis siue qualitas habet latitudinē diuisibilē nō solū scōm realē extensionez/ sed etiā scōm gradualē intensionē. Patet ex dictis q̄sta ꝓpositio forma habet latitudinē valet de virtute sermonis ist̄. forma habet in se plures partes realit̄ distinctas faciētes pseynū extensū vl' itēsū. ⁊c. Uñ ad huius declarationē videndum est quid est latitudo. quid latitudo intensiua. quid latitudo extensiua. ⁊ quid gradus vt sumitur hic. ¶Dico igitur ꝙ latitudo sicut hic sumitur cū loquimur de latitudine formaꝝ est pluralitas distinctaꝝ partiū ꝓstituentiū p se vnū extensum vl' intēsū. Sed latitudo extensiua est pluralitas partiū distinctaꝝ cōstituentiū p seynū quantū ꝓtinuū vnde non capitur hic latitudo prout apud mathematicos distinguit cōtra longitudinē. qm̄ si ad ymaginationē mathematicoꝝ esset vna linea solū diuisibilis ſm vnā dimēsionē adhuc

ipsa esset latitudo ꝛ haberet latitudinẽ: ꝛ de ea hic loquimur. Sed latitudo gradualis siue intensiua est pluralitas distinctarum partiũ sibi inuicẽ coexistẽtium: et cõstituentiũ p se vnum
A quantũ intẽsum. ¶Unde quadruplex est quãtitas siue quãtum. Quedã est quãtitas soluz discreta sicut numer⁹ angelox. Alia est quãtitas simul discreta ꝛ ꝯtinua: sicut numerus partiũ vnius corporis/vt lapidis. Alia est quãtitas simul discreta ꝯtinua siue extensiua ꝛ etiaz intensa sicut numer⁹ partiũ vni⁹ qualitatis corporalis/sicut caliditas. ꝛc̃. Alia est quãtitas sic̃ discreta ꝛ intẽsa sed nõ ꝯtinua vt̃ extẽsa. sicut numer⁹ partiuz vni⁹ q̃litatis spũalis vt charitatis. Et sic q̃litas isto mõ quãta põt esse in subiecto idiuisibili sicut in ãgelo vl̃ aia. vt ptz. ꝛc. Sz
☞ grad⁹ vt hic sumit̃ dr̃ pars alicui⁹ latitudis intẽsiue siue pars alicui⁹ forme alteri pti eiusdez coexistẽs/ ꝛ secum ꝯstituẽs p se
B vnũ q̃ntũ intẽsum. ꝛc̃. ¶Ex his sequũtur aliq̃. Primo sequit̃ q̃ licz aliq̃ sit forma extẽsa q̃ nec est intẽsa/nec intẽsibilis. tñ nulla ẽ intẽsa q̃ nõ sit extẽsa/vt̃ extẽsibilis. Prima pars patz de forma substantiali mixti sicut lapidis vt̃ asim. Scõa ps ptz. q̃ licz aliq̃ forma spũalis sit intẽsa q̃ nõ est extẽsa sicut est charitas vt̃ scia in itellectu: tñ nulla videt repugnãtia qui de⁹ posset eã extẽdere ꝛ vnũ gradũ alteri coexistentẽ ab illo separare: ꝛ ei ꝯtinuare. sicut q̃litas corpis xp̃i in sacramẽto est ibi intẽsa ꝛ nõ extẽsa. ꝛ tñ de⁹ põt eã extendere. ꝛc̃.
C ¶Scõo sequit̃ q̃ licz q̃libet forma extẽsa posset esse nõ esse extẽsa tñ nulla forma intensa põt esse ꝛ nõ esse itẽsa. Prima pars ptz. q̃ sicut aliq̃ forma seu q̃litas extẽsa corporis xp̃i existẽtis in celo põt esse: ꝛ de facto est nõ extẽsa in sacramento. ita posset esse de q̃libet alia forma extẽsa ꝛc̃. Scõa pars ꝓz q̃ sicut nõ est dare minimũ q̃tum ꝯtinuũ. ita nõ est dare minimũ quantũ intẽsum. ꝛ p ꝓns q̃libet pars forme intẽse est magis intensa q̃ sua medietas. Et sicut non est possibile quãlibet partẽ ꝯtinui a qualibet esse diuisam. ita impossibile est quãlibet partẽ intẽsi a qualibet esse separatã. ꝛc̃. quare. ꝛc̃. ¶Tertio sequit̃ q̃ licet
D forme substãtiales mixtoꝝ eiusdẽ rationis/siue eedẽ speciei vt̃ etiã partes eiusdẽ talis forme simul coexisterẽt: nũq̃ tamẽ facerẽt latitudinẽ intensiuã/ seu ꝯstituerẽt ptz ex dict⁹. Quarto sequit̃ q̃ licet aliqua forma extensa ꝛ nõ intensa (sicut forma asini) haberet modũ existendi alicui⁹ forme intẽsiue ꝛ nõ extẽsiue nõ propter hoc faceret latitudinẽ intensiuã. Ptz de corpe xp̃i in sacramẽto: ꝛ põt faciliter applicari. Si autẽ q̃rat hic q̃re vna forma est intẽsibilis ꝛ alia nõ. sicut forma accidẽtalis ꝛ nõ substantialis. Dico q̃ nulla est ratio nisi q̃ vna est talis nature ꝛ alia nõ. Unde dico q̃ nulla natura est intensibilis que non potest facere per se vnũ cũ alia eiusdẽ rationis sine maiori extensione quãtitatiua: sic autem est quelibet substãtialis forma vt suppono. ꝛc̃. ¶Octaua ꝓpositio principalis ꝛ respõsiua ad
E istũ punctũ est q̃ aliqua forma

accidentalis/seu qualitas pōt ꝓtinue successiue augeri/vl̄ minui:nō solū scd̄m extensionē sed etiā scd̄m intensionē. ℙatet satis ex p̄dictis. Unde ei⁹ āpliorē ꝓbationē suppone ex phia naturali.ꝛc.Sed ad ipsius declarationē aliqualez sciendū est q᷑ aliquā formā augmentari pōt intelligi dupliciter. ¶Uno modo de virtute sermōis et sic ista nunc̄ est vera:forma augmentatur.nsz illud qd̄ augmētatur est primo minꝰ ꝛ postea maius: sed nulla forma est primo maior et postea minor:qz nec p̄ma p̄cedēs/nec sequēs/nec aggregatū.ꝛc.Alio modo potest intelligi scd̄m intentionē loquentiū ꝛ sic per istam forma augmentatur:intelligum⁹ istam.aliqua forma prius est minor/ꝛ postea aliqua forma est maior cui⁹ ps est forma prior.Et ita ꝓportionabiliter potest exponi ista.forma minuitur.Et sic intelligitur p̄dicta ꝓpositio et oīa p̄cedētia et sequētia quād̄o loquimur de augmētatione vl̄ diminutione. ꝛc. Et ad eund̄ sensum ꝓcedit q᷑ forma suscipit magis et minus.ꝛ aliqua forma est maior ꝛ alia eiusd̄ speciei est minor.Et sic illa ꝓpositio ē copl̄ativa:nō de copulato extremo. ¶Sed cō tra p̄dicta obiicitur primo ꝓ quartā ꝓpositionē et ei⁹ correlariū qz sicut se habet agēs ad agere: sic forma ad perficere/ꝛ dare esse:sed idē agens numero in se nō variatum potest magis vel minus agere secunduz quod inuenitur subiectum magis vel minus dispositum : ergo similiter eadem forma numero in se non variata potest facere suū subiectum magis et minus tale:secundū qd̄ magis ꝛ minꝰ est dispositū. ¶Secūdo contra sertā ꝓpositionē et dicta ibidez arguit᷑ q᷑ forma aduenies nō remaneat cum priore:qz omnis forma nata ē denoiare suū subiectū.igr̄ si mior charitas ꝛ maior sit᷑ sunt.iste due denoiabunt idē subiectū:et p ꝓns idē subiectū dr̄ magis carū ꝓpt̄ maiorez charitatē ꝛ minꝰ car᷑ ꝓpt̄ miorē charitatez. ¶Tertio arguit᷑ q᷑ nō sint eiusd̄ rationis/nec faciant per se vnū:qz si sint eiusd̄ rationis quero quomodo faciūt vnū.primo nō vnitate cōpositionis quasi vna materia et vna forma : nec vnitatis ꝓtinuitat᷑ clar᷑ est.nec vnitate homogeneitatis:qz homogenia nō vniunt᷑ nisi p ꝓtinuitatē:sicut aqua vnitur aque: vnde aia aie nō vniretur c̄ꝫ sint homogenee: nec vnitate identitatis oīmode et simplicitatis clarum est. nec vnitate aggregatiōis : quia sic esset aceruus rerum innumerabiliū : et multitudinis infinite. Nec potest p̄ter istas vnitates vnitas alia ymaginari.igit᷑.ꝛc. ¶Quarto contra octauā ꝓpositionez arguitur q᷑ nulla forma possit gradualiter augeri successiue continue. quia sequitur q᷑ forma sic intensa esset infinita.ꝛ sequens est falsum. ꝛ sequētia probatur. posito q᷑ albedo intendatur per tempus scilicet c.et sit.b.primuz instans in quo incipit intentio et.c. instans in quo complete est tunc hoc posito arguitur sic: quia in infinitū minor albedo/vel minor gradꝰ seu pars albedis est c̄ꝫ sit hec totalis albedo que est acquisita

2.argt.

3.argt.

4.argr̄.

Arguit.1

in.c. instanti fuit acquisita in tẽ pore. b.c post. b. instãs ergo hec albedo demõstrando eam totã est infinita. ꝓ̃a tenet qz quelibet pars albedinis acq̃sita post b. instans est alicuius ḡtitatis intensiue. sed nullum ḡtum est in infinitũ min⁹ alio finito igitur illa tota albedo est infinita. ꝛc̃.

A Ad ꝓmuz

¶ Ad ista respõdeo. Ad primũ nego similitudinẽ. Nam eodez modo ꝓbaretur ꝙ eadẽ forma posset dare esse diuersis subiectis. etiã situ distantibus sicut illud agens potest agere in diuersa subiecta. vt sol. ꝛc.

B Ad scdm.

¶ Ad secundã dico ꝙ ꝓ̃s forte deuirtute sermõis nõ est inconueniẽs tamẽ de cõmuni modo loquẽdi nõ ꝓceditur esse possibile idem esse magis albũ/ ꝛ min⁹ albũ. qz ꝓ hoc ꝙ dicitur min⁹ albũ excluditur maior albedo Unde aliqd esse minus albũ duo dicit. s. habere minorẽ albedinẽ ꝛ nõ maiorem. ꝛ ita minor albedo nata est ꝺenominare suũ subiectum minus albũ solũ quando nõ habet maiorẽ albedinẽ quãdo vero habet nata est denoiare non quidẽ dicẽdo hoc est min⁹ albũ sed dicendo hoc est tali albedine albũ. Et sic patet ad rationẽ

C Ad tertiũ

¶ Ad tertiũ dico ꝙ faciũt vnuz vnitate homogeneitatis. ꝛ sic ẽ assumptũ falsũ scz ꝙ nichil est homogenuũ nisi continuuz. Et dico ꝙ faciũt vnũ se totis: ꝛ nõ secundũ sua vltima. quia nõ habent talia vltima sicut materia et forma/ ḡuis in hoc sit dissimilitudo quia hic vna nõ informat aliam.

D Ad q̃rtuz

¶ Ad quartã nego ꝓ̃am. Et ad ꝓbationẽ ꝓcedo ꝙ in infinitũ minor albedo ḡ hec tota q̃ est acq̃sita i. c. fuit acq̃sita post. b. ista tamen nõ est ꝓcedenda. aliqua albedo in infinitũ minor ḡ est hec tota fuit acquisita post. b. Prima eñ est vera. qz ibi ly albedo supponit confuse tantũ. Secũda est falsa quia ibi supponit determinate ꝛc. Et sic ꝓtz ad ista. Et ḡuis multa possent dici circa hanc materiã de intẽsione/ ꝛ remissione/ ꝛ latitudine formaꝝ quã Ockã ꝛ post eũ magister Rieg ꝛ plures alij diffuse ꝛ subtiliter tractauerũt tamẽ qz hec materia ad methaphisicã ꝛ philosophiã spectat. breuiter ꝓtranseo his cõtentus quibus subtilis potest cetera faciliter perscrutari. Et hec de primo puncto huius articuli.

E Utrũ charitas possit augeri

¶ Quantũ ad secundũ punctũ Utruz ipsa gratia vel charitas possit augeri: ponam tres conclusiones.

1. ꝓclusio

¶ Prima conclusio est responsiua ꝙ charitas põt augeri. Probatur primo auctoritate apostoli ad Philippen. 1. Oro vt charitas vestra magis ac magis abũdet. id est crescat secundum glosam. Non oraret antẽ apl̃us ꝓ charitatis incremento si nõ esset possibile eam augeri. Itẽ. 2. Thess. 1. Gratias ago qm̃ supercrescit fides vestra ꝛ abundat charitas. Itẽ eccl̃ia orat dicens. oi potẽs semp̃iterne deus da nobis fidei/ spei/ ꝛ charitatis augmentũ. Item Aug. dicit Enchiridiõ. penul. minuitur cupiditas charitate crescẽte. ꝛc̃. igitur conclusio/ vera.

F 2. ꝓclusio

¶ Secũda conclusio est ꝙ charitas nõ solũ subito ꝛ instantanee: sed etiã in tempore ꝓtinue põt augeri. ꝓtz qz ocim formaz habentẽ latitudinẽ intensiuam potest deus ꝛ simul/ et successi-

ne causare. sed charitas ē hmōi igitur ⁊c̄ Maior ptz. ⁊ minor seq̄ tur ex dictis q̄ cū charitas pos sit augeri. et non ꝑm extensionē (vt ptz) sequitur q̄ ꝑm intensio= nem. et per ꝓns ⁊c̄. Quid autez sit de facto in proposito dubiuz est. Nam si nos mereamur in tē pore adhuc deus in instanti po test tātum augere charitatem i nobis q̄ntum in tpe meremur il lam augeri. ⁊ hoc tam in primo i= stanti actus meritorij cū ipse p̄= sciat q̄ntum est duraturus: ⁊ q̄n= tum augmentuz charitatis sibi correspōdeat. q̄ etiā in aliquo alio instanti ipsius actus sicut placet sibi. Si vero nos merea= mur in instanti/ ⁊ nō in tēpore: adhuc ipse i tpe potest ⁊ succes siue augere charitatez ꝓportio nabiliter ad meritum nostrū. et sic ista est cōclusio facti de qua non constat. ¶ Tertia ꝓclusio ē
3. ꝓclusio. q̄ charitas in infinitū pōt auge ri. Et hec intelligitur de poten= tia dei absoluta/ ⁊ nō de lege sta tuta. Probat. qr quātacūq̄ cha ritate data deus potest aliquez graduz certe ēq̄titatis de nouo causare pōre non destructo. ⁊ il= luminare sicut ex eis constituatur vna charitas. ergo omni charita= te data de⁹ pōt in infinitū da re maiorē. quare ⁊c̄. Tamen ad ampliorē huius conclusionis/ ⁊ siue ꝓbationis declarationem.
☞ ¶ Sciendū ē q̄ sicut patz ex su= pradictis aliquid in infinitū au geri pōt quadrupliciter intelli= gi. Uno modo extēsiue. ⁊ hoc du pliciť quia vel p additionē par= tis ad p̄em sicut aq̄ addit aque vel p rarefactionem. Alio mō in tensiue ⁊ hoc dupliciter. qr vť si ne subiecto. vel i subiecto. ¶ Et ꝑm hoc pono quattuor ꝓpositi ones ¶ Prima est q̄ augmenta tio fōme extēse ꝑmo modo pōt in infinitū ꝓcedere/ ita q̄ q̄cūq̄ data pōt a deo fieri maior illa. p̄ mo ꝓbatur ex tribus suppositi onib⁹. ¶ Prima ē q̄ ex quo pos= sunt eē duo individua eiusdem ratiōis vel speciei specialissime absolute infinita possūt eē. qr nō est ratio quare deus possit face re duo q̄n eadē rōne possit face= re tria. et sic sine statu ⁊c̄. ¶ Se= cūda est q̄ nulla individua eius dem rōnis vel speciei repugnāt simul eē: ita q̄ quocunq̄ individui duo posito deus potest aliud fa cere non destructo ꝑmo: qr ista nō habent formalē repugnātiā ⁊c̄. ¶ Tertia est q̄ q̄cūq̄ individua eiusdē rōnis vel speciei sūt vnibilia sūt equaliter vnibilia: sicut quecūq̄ eque sunt eiusdē rōnis sunt eque vnibiles: qr q̄c= quid p̄t cōpetere vni individuo p̄t ꝓsimiliť ꝓpetere cuilibz eius= dem rōnis ⁊c̄. Ex istis patet pro positū. ſ. q̄ de⁹ non p̄t facere ali quam talē formā quin possit fa cere maiorē: q̄a q̄cunq̄ data pos set de⁹ facere aliud individuuz eiusdez rōnis cū illo. et illud vni re priori. et per ꝓns totum resul tans erit maiꝰ. ¶ Secūda ꝓpo= sitio est q̄ augmētationē exten= siuā forme alteriꝰ rei extense se cūdo mō posse ꝓcedere in infini tū est ꝓbleuma neutrū: quia ad neutrā partem p̄t fieri ratio q̄n faciliter soluatur. Sz tñ Ockaz tenet q̄ pars negatiua est ꝓba bilior. ſ. q̄ augmētatio per rare= factionē nō ꝓcedit in infinitum. ita q̄ aliqua substātia/ vel qua= litas potest fieri ita rara q̄ ipsa non posset rarior fieri. quia inco

uenies videtur q̄ vna faba fieret ita magna q̄ circũscriptiue occuparet tãtũ locũ sicut totus mũdus/ vł mille si eẽnt. qđ tñ sequitur si nõ poneretur stat⁹ i ra
A refactione ¶ Tertia propositio est q̄ augmentatio forme intense tertio modo. id ẽ sine subiecto potest in infinitũ ꝓcedere. ita q̄ quelibet forma intẽsiue augmẽtabilis q̄ potest eẽ a subiecto separata põt augmentari i infinitum sic q̄ quacunq; data potest deus facere maiorem. Et hec ꝓbatur oĩno sicut prima ꝓpositio et ita si charitas sit sepabilis a subiecto sicut albedo. nõ potest fieri tãta quin possit fieri maior q; quacũq; data de⁹ posset aliã creare eiusdez rõnis/ vł speciei
B et vnire ꝓpor. ¶ Quarta ꝓpositio ẽ ista. augmẽtationez forme intense q̄rto modo (id est in subiecto posse ꝓcedere in infinitũ) est ꝓbleuma neutrũ. Uñ vtq; deus possit aliquaz formam sicut charitatem intendere in eodem subiecto in infinitũ est dubium. et põt ꝓbabiliter sustineri q̄ non quia posset dici q̄ subiectuz determinet sibi ex sua natura certas q̄litates q̄s potest recipere/ et aliq̄s non. Sicut anima non posset recipere albedinẽ. sic etiam determinat sibi certã q̄titatem: nec vltra potest aliquid recipere. Et sic diceretur q̄ deus posset tãtã charitatez producere in anima quod non possz maiorem producere in ea. Tamen Ockam declarat ad partem negatiuaz quod probabiliter põt teneri q̄ deus nõ posset facere tantã charitatem in anima qui posset facere maiorem in ea. q; quãdo alique forme eiusdez rationis possũt esse in eodem subiecto primo non est contradictio q̄scũq; formas eiusdem speciei esse in eodẽ subiecto. sed alique charitates partiales põt esse in eodem subiecto. ergo quibuscũq; datis non est contradictio illas eẽ in eodem subiecto primo. et sic nõ est contradictio q̄n deus faciendo vnã charitatem nouam possit intendere priorez q̄ tũcunq; magnã in eodem subie
C cto. ¶ Sed q̄uis ipse subtiliter dicat tñ ad ꝓfundiorem huius materie declarationẽ distinguẽdum est. Unde incipiẽdo vbi ipse dimittit dico q̄ aliquod subiectum (sicut anima) habet duplicem capacitatem. scilz capacitatem passiuã/ et potẽtialiter subiectiuã. et capacitatem actiuã siue non pure passiuam/ sed vitaliter perceptiuã. Et lz ista distinctio fm illos qui ponunt distinctionem formalem ꝓcederet de virtute sermonis: q; isti dicerẽt q̄ iste sũt due capacitates inter se/ z ab ipsa anima distincte. (licet non realiter/ tñ formaliter). tñ q; non ꝓcedendo in creaturs distinctionem talem/ nec etiã in diuinis nisi ad sẽsũ supradictũ i q̄stiõe de distictõe i diuinis vt. q. 6. ibidem patuit. Ideo dico q̄ predicta distinctio non est vera de virtute sermonis. sed intelligo eã sic q̄ anima est dupl'r capax alicui⁹ forme/ scz pure passiue z potentialiter. vł nõ solum pure passiue sed vitaliter. ita q̄ aĩa respectu alicui⁹ forme põt eẽ subiectum z ipam subiectiue capere. non solum passiue potentialiter sicut materia pĩma capit formã sed etiã subiectiue vitaliter ꝛc. ¶ Tunc iuxta hoc pono D

quattuor ꝓpositiões. ¶ Prima est q̄ aima est infinite capax potētialiter subiectiue / ita q̄ non tātū/nec tot potest quin magis et plura possit suscipere. Ptz.q̄ ois potētia pure passiua (vt sic p̄cise) quātificatur ex sibi correspondenti actiua.ꝛ p ꝫns tātum potest capere passiue q̄tum deus p̄t in ea ponere actiue.quas re ꝛc. ¶ Secūda propositio ē q̄ anima non infinite ſz solum finite est capax vitaliter ꝓceptiue. Ptz.q̄ quelibet vitalis capacitas ē precise tāta quāta est eiꝰ virtualis actuitas ꝛ eius virtualis actuitas precise tāta est quāta ē eius pfectionalis q̄dditas. q̄re ꝛc. Ex hijs sequitur primo q̄ licz capacitas subiectiua ꝛ capacitas ꝓceptiua ipsiꝰ anime si int oibus modis idē(scz ipsa anima)tñ ipsa ē infinita capacitas subiectiua ꝛ solum finita capacitas ꝓceptiua ptz. q̄ per hoc quod dico ifinita capacitas subiectiua nihil aliud intelligo nisi q̄ ē potentia infinite capax subiectiue ꝛc. ¶ Scō sequitur q̄ licz capacitas subiectiua aie sit finita id ē finita entitas/ ipsa tñ est infinita capacitas. q̄ infinite p̄t capere subiectiue licz nō perceptiue ꝛc. q̄re ꝛc ¶ Tertia propositio e q̄ charitas i infinitū p̄t augeri i anima. Ptz ex prius dictis. q̄ talis q̄litas quātacunq̄ sit in aia adhuc potest fieri maior ꝛ aia p̄t eā recipere subiectiue. ꝛ sic nec ex parte producentis/nec ex parte recipiētis repugnat ipsā augeri in infinitum. q̄re ꝛc. ¶ Quarta ꝓpositio est q̄ non potest in ifinitum augeri charitas in anima. Vnde dicere q̄ ꝛz charitas in infinitum possit augeri in aia/ ꝛ hoc inesse q̄litatis: nō tñ inesse charitatis,ita q̄ est dare aliquā charitatem in aia q̄ q̄tūcūq̄ possit fieri maior i gradu q̄litatis/ vel talis entitatis non tñ p̄t ee maior charitas isti aie. Et hoc ptz ex secūda ꝓpositione q̄ erit dare aliquā que erit tāta quantā p̄t ista aia capere vitaliť ſz nulla res potest ee alicui aie maior charitas q̄ illa aia sit vitaliter capax ꝛc. ¶ Ex hijs sequiť ꝑmo q̄ ſz in nullo subiecto possit i infinitū augeri charitas. q̄ nec i hoc/nec i illo quocūq̄ subiecto demonstrato. tñ in infinitū p̄t augmentari charitas in subiecto. ¶ Pria ps patet ex dictis q̄ quocūq̄ subiecto dato est dabilis charitas tāta q̄ nō p̄t inesse aliq̄ maior charitas eidem subiecto ꝛc. ¶ Secūda ps ptz q̄ ly in subiecto supponit confuse tā tū. ꝛ ideo q̄uis sit dare charitatez q̄ nulla p̄t ee maior charitas isti subiecto illa tñ p̄t esse maior charitas alteri subiecto magꝭ vitaliť ꝓceptiuo ꝛ magꝭ pfecto nō q̄cūq̄ tali subiecto dato. deꝰ p̄t creare pfectius,igit̄ ꝛc. ¶ Scō seq̄tur q̄ licet hec q̄litas sit hec charitas.non tñ sequitur hec fit maior q̄litas:ergo hec fit maior charitas. Ptz ex dictis:ꝛ potest poni exemplūz.quia non sequitur hec linea ē vlna. vł bipedalitas/ ꝛ hec potest fieri maior linea: ergo p̄t fieri maior vlna/ vł maior bipedalitas ꝛc. Similiter non sequitur hec distantia ē hec propinquitas (demōstrato aere inter sortem ꝛ platonem)ꝛ potest fieri/ vel fit maior distantia. ergo fit maior ꝓpinquitas ꝛc. ptz clare. Et si arguitur sic.

hec q̃litas est charitas/ & hec q̃litas erit maior ꝑ̃ prius. ergo hec charitas erit maior ꝑ̃ prius cõcedendo antecedens & cõsequẽs si huic adiectiuo maior subintelligitur illud substãtiuum q̃litas. sed nego minorem & conclusionem si pro substãtiuo intelligatur iste terminus charitas vt ptz intuenti. & potest poni exemplum in dictis terminis &c.

Hic autem diligẽter aduertendũ q̃ sicut dico de charitate vl̃ gratia ita dz̃ intelligi de btitudine vel gloria & de delectatiõe/ & tristicia/ vel pena et gñaliter de q̃libet volitiõe vel noticia: et oĩm q̃litate que potest potentiaz perceptiua vitaliter immutare. imo melius clarius/ vel magz̃ ꝑ prie hoc apparet esse verum in istis ꝑ̃ de charitate vel gratia. Et ratio est q̃ nulla q̃litas est intrinsece et formaliter volitio/ vl̃ noticia. sed precise ꝓ habitudinem quam habet ad potentiaz vitalem pceptiuam vt patuit supra. Licet aũt talis charitas vl̃ gratia non sit intrinsece/ et formaliter talis vt patuit in secundo articulo tamen nec ẽ talis p̃cise per habitudinem quam habet ad potentiã vitalem cui est intrinseca: sed per habitudinez ad diuinam acceptationez que est ei extrinseca. et ideo ẽ maior vel minor charitas / vel gratia ꝑ̃ q̃ magis vel min⁹ acceptatur a voluntate diuina. id ẽ ad maiorem vel minorẽ beatitudinem. Absolute autẽ starẽt q̃ minor in gradu magis acceptaretur. & sic maior q̃litas eẽt minor charitas: et minor qualitas eẽt maior charitas. Ex ex istis ptz via subtilibus ad imaginãduz

Arguit. 1. multa in hac materia &c. ¶ Sed contra dicta instatur primo sic per rõnem Scoti. q̃ accepta aliqua charitate puta. a. queritur vtrum ascẽdendo sit stat⁹ ad aliquaz suprem̃ possibilẽ aut nõ: si sic habetur propositum: si nõ sequitur q̃ quanto aliqua magis excedit a tanto est perfectior. et per ꝓ̃s illa que in infinitum excedit ẽ in infinitum perfectior. & ita illa in se erit intensiue infinita. et cum ipsa videat ab intellectu diuino sicut vnum creabile poterit vnica creatiõe creari. quare &c. ¶ Secundo si charitas aut aliqua forma posset augeri in infinitum tũc aliq̃ creatura ꝑ̃ suam naturam absolute i portaret perfectionẽ infinitã. hoc aũt soli deo ꝓpriũ ẽ. q̃re &c. ¶ Tertio si &c. tũc possz eẽ maior charitas charitate christi ꝓtra ma. li. 3. disti. 13 ¶ Quarto logicaliter arguit sic. Oĩnes partes charitatis creabiles possunt esse create. hec est vniuersalis cuius quelibet singularis est vera vt patet. tunc demõstratis omnibus illis partib⁹ creabilibus ista singularz̃ erit vera. iste partes creabiles possunt esse create. hec aũt demonstratio est possibilis saltem intellectui diuino qui oẽs partes / & quãlibet videt sed quelibet singularis de possibili affirmatiua in q̃ subijcitur precise pronomen demonstratiuum si est vera ẽ vera in sensu composito (vt ptz in omnibus) & per ꝓ̃s hec ẽ possibil̃ iste omnes partes sũt create demõstratz̃ oibus creabilib⁹. et ꝑ ꝓ̃s ipossibile eẽt aliã charitatẽ creari. Illa g̃ eẽt sũma creabilis Simil̃ quot partes charita-

2. arguit.

3. arguit.

4. arguit.

tis⁊ quātācunq; charitatē de⁹ potest facere/ tot⁊ tantā potest de⁹ facere. ponat ꝯ esse ꝙ ꝯtā cunq; pōt facere tantā deus facit. ergo non poterit vlteri⁹ maiorē facere ⁊ per ꝓns non in infinitū ⁊c. ¶ Ad ista rñ. leo ad pri

B

Ad ꝑmum mū dico primo ꝙ siue de⁹ possit facere aliquā magnitudinem/ vel charitatē actu infinitā siue non. tñ hoc non concludit illud argumentū. Nā consimiliter ꝓbaretur ꝙ augmentū numerorū non procedat in infinitum: ⁊ ꝙ deus posset facere tot individua vnius speciei ꝙ non posset facere plura qđ est incōueniēs Secundo dico ad formā argumenti ꝙ vltra. a. potest in infinitum pcedere augmentatio ita ꝙ non est status. ⁊ quādo dicit ꝙ quāto aliqua charitas excedit a. tanto est perfectior. concedo ad sensum quez post statum dicam: sed propter hoc non sequitur ꝯ q̄ in infinitū excedit a. est infinitū pfectior. qz iplicat ꝙ aliqua charitas in infinitū excedit/ vl' excedere pōt. a. qđ est falsuz. Unde sicut deus potest facere plura/ ⁊ plura individua in infinitum. ⁊ tñ faciet finita/ ⁊ nūq; infinita. ita potest facere maiorē charitatē/ ⁊ maiorē in infinitū. et tñ semper faciet finitā. Tertio dico ꝙ qualibet charitate finita potest fieri charitas finita maior: sed tñ nō sequitur ꝙ aliq̄ charitas finita possit fieri maior q̄libet charitate finita: qz arguitur a termino stāte ꝓfuse tñ ad ipm stātē determinate. sicut nō sequit' post oēm diē pt fieri dies ergo aliq̄ dies pōt fieri post oēz diē sit'r nō sequitur vltra quālibet diuisionē ꝓtinui pt fieri diuisio: ergo aliqua diuisio pt fieri post omnē diuisionē. Quarto dico ꝙ nulla charitas intēsiue infinita videtur ab intellectu diuino eē creabilis: qz nulla talis ē factibilis: ⁊ per ꝓns nec a deo visibilis: licet de⁹ videat ꝙ in infinitū charitas pōt fieri maior. ¶ Ad scām primo nego ꝓnam: nō em̄ seq̄tur ꝙ si in infinitū charitas possit augeri ꝙ sit possibilis aliqua charitas infinita. Secūdo dico ꝙ esto ꝙ esset aliqua talis caritas ifinita de facto. adhuc ipsa non eēt infinita pfectio. imo non eēt eēntialiter magis perfecta q̄ pars ei⁹ finita: sicut si eēt vnus aer ifinit⁹ ille non eēt eēntialiter pfectio: q̄ vnus pugillus eius. Tertio dico ꝙ esto ꝙ esset aliqua talis charitas ifinita pfectio: non tñ sequit' ꝙ esset eodē modo infinita pfectio sicut deus. Quarto dico ꝙ ista ꝓna non valet simp'r. hec charitas fit maior/ vel intensior: ergo fit pfectior. ptz: qz per hoc ꝙ fit intensior nō fit pfectioris speciei: sed manet eiusdē speciei ⁊ pfectionis eēntialis ⁊c. bene tñ cōcedo ꝙ fit pfectior: licet nō simpliciter. s. eēntialiter: tñ fm q̄d scz gradualiter ad istuz sensum ꝙ ipsa continet aliquē gradum quē non ꝓtinebat prius q̄ est aliqua pfectio ⁊c. Et ad eundē sensum ꝓcedo ꝙ species charitatis absolute importat infinitā pfectionem possibilem: ideſt infinitos gradus possibiles: quorum quilibet est aliqua perfectio: ⁊ sic est dicendū de qualibet specie in qua plura individua sunt possibilia. ¶ Ad tertiā dico primo ꝙ caritas xpi nō fuit maria sibi possibilis. ptz: qz de⁹ potuit

C

Ad scām.

D

Ad tertiū

illam augere/ vel sine subiecto/ vel etiam in alio subiecto maioris capacitatis q̃z anima christi sicut i angelo. Sc̃o dico q̃ charitas x̃pi non fuit maxima sibi possibilis: ptz ex dictis: q̃ illa potuit in infinitũ intendi in gradu qualitatis in ipsa aia christi cum ipsa esset infinite capacitatis potentialis. Tertio dico q̃ charitas x̃pi fuit maxima sibi aut alteri possibilis de potẽtia ordinata: ꝛ sic intellexit magister: et non de potẽtia absoluta. Quarto dico q̃ charitas x̃pi fuit maxima caritas sibi possibilis etiã de potẽtia absoluta: ptz: q̃ supponо q̃ illa charitas fuit tanta quantã ei⁹ aia absolute potuit vitaliter capere: ꝛ fuit adequata sue potentie seu capacitati vitali: et ideo cum eius vitalis capacitas nõ potuit augeri: sicut nec eius essentialis q̃ditas: sequitur q̃ illa charitas potuisz augeri in gradu q̃litatis: nõ tñ in esse charitatis respectu talis capacitatis. ¶ Et si dicatur: vel in augmentatione graduali talis qualitas gradus aduenies est illi anime charitas: vel non: si sic: ergo aggregatũ ex precedente ꝛ adueniente erit maior charitas q̃ continebit aliquaz charitatẽ quã non cõtinebat p̃cedens charitas. si non: hoc est incõueniens. cũ sit eiusdẽ rõnis nõ eñ videtur possibile q̃ in eodem subiecto sint duo gradus vnius qualitatis: quoz vn⁹ sit illi subiecto charitas ꝛ alter nõ

A Instãtia.

Solutio. ¶ Ad hoc dico q̃ licet posset sustineri q̃ sic: ꝛ negare consequẽtiã: ergo aggregatũ ꝛc. dico eñ q̃ licet aggregatũ sit maius: et maior q̃litas: nõ tñ maior charitas licet illud cõtineat aliquid q̃ est charitas quod prius nõ continebat. Exemplũ si pot⁹ sit plenus vino: licet deus poneret aliud vinũ cum priori per penetrationẽ. ille potius nõ esset magis plen⁹ q̃z ante: q̃z uis aliquo esset plenus quo nõ erat añ plenus. ꝛ sic pluribus rebus esset plenus licet nõ magis plenus: sic in ꝓposito ꝛc de hoc hec pauca pro nũc sufficiãt: de quo plura dicã i materia de merito x̃pi. B

¶ Sed Gregorius mirat quomō aliquis intelligēs putet Aristotelē illud non sensisse cū hoc manifeste appareat ī textu suo. nec sit textus aliqs per quē cōstare possit de oppositō ¶ Nec vt dicit mirandū est ip̄m sic errasse. tum q̄ accidit ip̄m in plurib⁹ aliis turpissime errasse. ꝛ in aliquib⁹ sibiipsi contradixisse. tum quia etiā Tullius magnus ille phs in hac materia sic erranit. vt negaret a deo oēm prescientiā futurorū: vt patebit. ¶ Uñ ipse habuit i hoc idem ꝓcedere qd̄ Aristoteles ꝓcessit: tñ etiam quidā doctor catholicus p̄dictā ꝓclusionē phi asserit esse verā/ ꝛ ostēdit in cōuenientia sequi ad eius oppositam. Ad cuius declarationem ꝓbat duas ꝓclusiones. Pria est q̄ talis ꝓpositio ē vera illa imutabiliter ꝛ ienitabiliter est vera. Scōa est q̄ ineuitabiliter ꝛ necessario seq̄tur q̄ tale futurum ponetur ineſſe. et p̄ consequens ex his seq̄tur q̄ nihil cōtingenter eueniet ꝛ ista deducit Gregorius. sz trāseo ꝛc. ¶ Nūc venio ad declarādum q̄d circa hunc articulū rñdendū sit scōm veritatem. Unde hic primo notandū est. q̄ contingēs adv trūlibet nō dicitur illud quod erit nec nō erit. nec illō quod nec erit nec non erit. sz dicitur illud qd̄ erit et potest non fore. vel quod non erit et potest fore: ita q̄ descriptio siue quid nois contingentis ad vtrūlibet sit possibile non necessariū vel potens esse/ et potēs non eē. ꝛ sic contingēs adv trūlibet est inferius ad possibile. vt ptz ꝛc. ¶ Secundo notādum q̄ aliquid eē futurū contingēs pōt dupliciter intelligi. Primo modo q̄ illud erit et pōt non fore. ꝛ sic nichil est futurum contingēs nisi qd̄ erit. Alio mō q̄ illud erit ꝛ potest nō fore/ vel non erit. ꝛ potest fore ꝛ sic aliq̄d est futurū contingēs quod non erit nec est futurū ꝛc. ¶ Tertio notandū q̄ aliquid est determinate verū potest dupliciter intelligi. Uno modo q̄ sit idez quod necessario verū. ꝛ sic clarū est q̄ vel nulla sunt contingentia/ vel questio est clara. Alio modo sumitur vt sit idē quod eē verum et non falsum ita q̄ ly determinate non sit ibi determinatio aliquo modo restringēs. sed bñ sequitur hec ꝓpositio est vera. ergo determinate vera. Et sic sumitur in ꝓposito. ¶ His p̄missis pono aliquas ꝓpositiones quas voco suppositiones. quia magis debent supponi q̄z possint ꝓbari. Prima est q̄ quelibet ꝓpositio singularis de futuro est determinate vera vel falsa. ita q̄ cuiuslibet talis contradictionis contigit vere dici hec pars ē vera et illa est falsa. q̄uis nos nescíamus determinare que illa⁹ sit vera/ ꝛ que falsa Patet quia hoc disiunctū vera vel falsa est ꝓpria passio ꝓpositiōis. igitur p̄dicatur de qualibet ꝓpositiōe

Gregorius ꝓbat p̄dictaz excusationē

Opinio doct. moderni.

quare. ꝛc. Secũdo ꝓz qꝛ bene sequitur. hec non est vera antixps erit. igitur antixps non erit. et antecedens est verũ per aduersariũ. igitur ꝯns est verum. Consequẽtia tenet. qꝛ ex opposito sequitur oppositum Et vltra seqtur. igitur hec est falsa antixps erit. per legẽ ꝯtradictoriarũ ꝛc. Tertio qꝛ aliter sequitur ꝙ eẽt aliqua ꝓpositio disiunctiua vera cui⁹ nulla pars esset vera: qđ videtur manifestũ impossibile. et ꝙ cõsequẽs aliq̃ copulatiua falsa cui⁹ nulla pars esset falsa quod etiã absurdũ est. qꝛ non videtur ratio quare talis magis esset vera ℔ falsa. ꝛc. ¶ Secũda ꝓpositio ẽ ꝙ si aliqua ꝓpositio enũciat aliquod possibile quod erit/fore. ipa est determiate ✗a. et si enũciat ipm non fore quod erit. ipsa est determinate falsa. Et ita potest dici de possibili nõ futuro. ꝓz qꝛ sicut ab eo ꝙ res est vel non est dicitur oratio de presenti vera vel falsa. sic ab eo ꝙ res erit vel non erit dr oratio de futuro vera vel falsa Tertia est ꝙ nulla propositio singularis de inesse affirmatiua/ vel negatiua de futuro contingẽti ad vtrũlibet ẽ necessaria/ aut ieutabiliter vera. patz. quia cuiuslibet talis contradictoria est possibilis. ergo nulla talis ẽ necessaria. antecedẽs ꝓz per quid nominus. Quarta est ꝙ nulla ꝓpositio vniuersalis/ vel particularis de inesse affirmatiua/ et de futuro contingenti ad vtrũlibet est necessaria. Patet qꝛ ista ẽ absolute possibilis. nullus futurũ contingẽs erit. ergo nulla talis propositio enuncians aliquod futurum fore est necessaria. ꝯña est clara et añs ꝓz: qꝛ solus deꝰ est necessarius ꝛc. ¶ Ex hoc seq̃ B tur primo ꝙ iste ꝓpositiones nõ sunt necessarie ome futurũ contingẽs ẽ futurũ: aliquod futurꝫ contingẽs est futurũ. Et hoc ꝓz ex illa ꝓpositiõe dũmodo tbi capiatur futurũ ꝓ aliqua entitate contingẽte futura. sed scõm ponentes complere significabilia vtraq; earũ est necessaria si subiecta stent ꝓ enunciationib⁹ cõplexis enũciationum de futuro tam affirmatiuarũ ℔ negatiuarũ. Secũdo sequit ꝙ iste ꝓpositiões sunt absolute possibiles nihil quod erit contingẽter erit contingẽter. aliquod quod erit non erit. capiẽdo subiecta taliũ ꝓ aliqua entitate q̃ ꝯtingenter erit. Ptz qꝛ si talia subiecta pñt ꝓ nullo supponere. vt ptz ex dictis. ꝗre. ꝛc. Similiter contradictorie taliũ non sunt necessarie. C ꝛc. ¶ Tertio sequitur ꝙ aliqua ꝓpositio particularis vel idefinita est vera. cuius quelibet singularis est falsa. Ptz de ista. alterũ ꝯtradictoriorꝫ contingẽtũ esse verũ est necessariũ. ℕã ipa est vera. ꝛc. Quarto seqtur ꝙ aliqua ꝓpositio vniuersalis est impossibilis cuius quelibet singularis est possibilis. Patet de ista vniuersali quodlibet istorꝫ est verum demonstratis duob⁹ contradictorijs cõtingẽtibus. Et similiter aliqua est necessaria cuius quelibet singularis est ꝯtingens. Patz de ista. oñe verũ cõtingens est verũ. Jtẽ similiter dicit Ockam in logica sua ꝙ aliqua vniuersalis est vera cuius q̃libet singularis est falsa. sicut hec. omne verum contingẽs esse verũ est necessariũ. ꝛc. Sed hoc

exemplum pōt calūniari qꝛ illa non est vniuersalis sed indiffinita vt pz ꝛc. posset tñ dari in ꝓpositiōibus in alia materia habentibus reflectionē sup se. sed de hoc transeo quia nō facit ad propositum. ꝛ c. ¶ Quinta ꝓpositio est ꝙ q̄libet talis singularis potest nunq̄ fuisse vera.

D

Patet. quia qȝcūq̄ per aliquaz hmōi ꝓpositionē enunciatur eē futurū potest non esse futurum ꝛ similiter quicquid per aliquā talem enunciatur non esse futurum potest esse futurū: ergo q̄lz talis potest nunq̄ fuisse vera. Añs patet. quia enunciatū ponitur esse futurū contingēs ad vtrūlibet. et ꝓña patet. quia de quolibet bene sequitur. hoc nō est futurum ergo hec non fuit vera. hoc est futurum. et añs est possibile. Igitur ꝛē

E

¶ Sexta ꝓpositio est. ꝙ quelibet talis singularis de futuro enuncians aliquid ꝓ ali quo tempore futuro potest esse successiue vera et falsa sic tamen ꝙ affirmatiua potest esse falsa. postq̄ fuit ṽa: non autē econtra. negatiua ṽa econtra potest esse vera postq̄ fuit falsa. sed non ecōtra. Uerbi gratia ista antichꝛistꝰ erit in. c. instāti futuro si antichꝛistꝰ erit in. c. est vera: sed postq̄ illud instans erit. erit falsa. quia illud postea nō erit. Et si sit falsa non pōt esse vera. qꝛ non potest esse vera nisi ante. c. ꝛ si ipsa in aliq̄ instanti ante. c. esset vera. sequitur ꝙ semper qñcūq̄ prius fuit fuit vera: vt patet ex secūda ꝛc. Et sic patet propositū de ꝓpōe affirmatiua. Secūda pars autē scz de negatiua sequitur ex pri-

F

ma. vt pz intuenti. ¶ Septia est ꝙ nulla talis ꝓpō affirmatiua vel negatiua pōt successiue esse vera ꝛ falsa. nec econtra falsa ꝛ postea vera ante illud instans ꝓ quo enunciat aliquid fore vt non fore. Ptz. quia si talis ponatur esse vera ante illud instans sequitur ꝙ nunq̄ ante fuit fl'a. et si ponat esse falsa sequitur ꝙ nunq̄ ante fuit vera. quare ꝛc.

¶ Octaua est. ꝙ si illa ꝓpositio dicatur immutabiliter ṽa q̄ nō potest esse vera ꝛ falsa successiue: ꝛ illa mutabiliter vera. de q̄ ꝓtingit dicere hec est falsa postq̄ prius fuit vera: ꝛ in eodē sensu dicatur aliqua immutabiliter falsa: tunc quelz talis affirmatiua vera est simpl'r loquēdo mutabiliter vera. ꝛ quelz negatiua est mutabl'r falsa. Sz affirmatiua falsa est immutabl'r falsa: ꝛ negatiua vera est etiam tūc immutabiliter vera. ptz ex septa ꝓpositione.

G

Nona est ꝙ nulla talis est mutabiliter vera vel falsa sz quelibet vera imutabiliter ṽa. et quelibet falsa imutabl'r fl'a. licet non simpl'r/ tamen ſm q̄d/ et cū determinatione. s. ante illō instans ꝓ quo enunciat. ita ꝙ ante illud instans nō est successiue vera et falsa. patet ex ꝓpositione septima.

H

¶ Decima ꝓpositio est ꝙ q̄libet talis affirmatiua vera pōt incipere esse fl'a. sed affirmatiua falsa nō pōt incipere eē vera et econtra est de negatiua. pz ex septa ꝓpositiōe ꝛc. In ꝓposito aūt dico ꝓpositionem incipere esse verā nō qꝛ ē vera et prius non fuit vera. sed quia prius fuit non vera / vel si fuisset. fuisz nō vera. aliter ꝓpō necessaria de nouo formata inciperet eē vera qđ nō est dicere

consuetũ. Undecima ppõ est q̃ nulla talis potest incipere esse vera vel falsa añ illud instans vel tps futurũ pro quo enuncia tur aliquid esse futurũ vel non esse futurũ. patet ex septima ꝓ positione. quia nulla talis põt ante illud instãs esse falsa post q̃ fuit nõ fl'a. vel esse vera post q̃ fuit non vera. Duodecia ꝓ positio est q̃ q̃libet talis añ illõ instans/ vel tps futurũ pro quo enũciat post q̃ fuit vera potest esse falsa ꝛ simil'r ecõtra. Pz. qr ista antixps erit/ prius fuit ✓a/ ꝛ nũc potest eẽ falsa. etiã añ illõ tps pro quo enũciat. igit post q̃ fuit vera põt esse fl'a ꝛc. nõ tñ dico. q̃ possit eẽ fl'a post q̃ fuit ✓a ꝛc. nã multũ refert sic vel sic dicere/ et preponere/ vel postponere ly post q̃ ꝛc. ¶ Ex predictꝫ
A sequũtur aliqua. Prio sequitur quod aliqua ꝓpõ ẽ ✓a/ ꝛ põt eẽ falsa. ꝛ tñ nõ põt illa cessare seu desinere esse ✓a/ nec incipere eẽ falsa. ꝛ simliter aliqua est falsa et potest esse vera et tñ non põt cessare eẽ falsa nec incipere esse vera. Exemplũ ꝓmi Antixps nõ saluabit. Exẽplũ scõi. Antixps saluabit. Prima est immutabil'r vera. ꝛ scõa imutabil'r fl'a. vt pz ex sexta. ꝛ tñ ✓a põt eẽ fl'a ꝛ fl'a põt esse vera vt patet quare ꝛc.
B ¶ Scõo sequit q̃ ista ꝟña nõ valet. hec ꝓpõ nunc nõ est vera/ et immediate post hoc põt fore ✓a ergo põt incipere esse vera. sil'r põt dici de desinere esse ✓a ꝛc. pz. qr añs est verũ demonstrata illa ꝓpõe antixps saluabitur. ꝛ ꝟñs est falsũ ꝛc. Et si dicat q̃ in añte includitur vtraqꝫ exponẽs ꝟñtis. ꝛ per ꝟñs ꝟña est bona sicut ista. hec nõ est ✓a nũc/ ꝛ immediate post hec erit ✓a. Igit incipit/ vel icipiet eẽ vera. Dico q̃ scõa ꝟña ẽ bona. qr añs ꝛ ꝟñs sũt mere de iesse ꝛ añs includit incõpossibilia. licet vtraqꝫ pars sit possibilis. Sz pria ꝟña nõ valet. et ratio. est. qr licet in añte includũtur exponẽtes ꝟñtis. quia tñ illud verbũ potest/ vel modꝰ possibile non ꝑcedit in añte nisi alteram illarũ exponentiũ: ꝛ in ꝟñte precedit illũ infinitiuũ incipere: et per ꝟñs equiualenter ꝑcedit vtraqꝫ exponẽtẽ ꝟñtis: ideo per añs non denotatur q̃ copulatiua de inesse ꝟposita ex illis exponẽtibus possit eẽ ✓a: sed soluz q̃ vna illarũ. s. ista hec erit ✓a: sz i ꝟñte denotat q̃ tota copulatiua possit esse ✓a: q̃re ꝛc. Sed bene sequitur. possibile est q̃ hec nunc nõ est vera: ꝛ immediate post hoc erit ✓a: ergo potest incipere eẽ vera: sic tñ q̃ añs sumatur in sensu ꝟposito: ꝛ denotet copulatiuã eẽ possibilem/ ꝛ tũc añs est fl'z ꝛc. Tertio C
sequitur q̃ alique sunt ꝓpõnes quarũ vtraqꝫ potest eẽ vera: et tñ nec simul/ nec successiue: seu vna post aliã. Patet de duabus contradictorijs ꝟtingentib⁹ sicut de duabus predictis ꝛc. Quarto sequitur q̃ aliq̃ sũt propositiones quarum vtrãqꝫ deus/ vel alius potest scire ꝛ tamẽ nec simul/ nec successiue: pz de duabus cõtradictorijs ꝑdictis. Quinto sequitur q̃ aliqua ꝓpõ ab eterno fuit vera/ vel fuisset vera si fuisset formata que ꝑt eẽ ꝛ ab eterno fuisse falsa: et tñ si esset falsa non aliter se haberet q̃ ab eterno se habuisset. pz ex predictis de ista. antichristus erit ꝛc. Sexto sequit q̃ aliqua ẽ

propositio q̃ nunc̃ fuit vera et tamẽ i potestate mea ẽ q̃ ipa sp fuerit vera/ vel fuisset vera si fuisset formata: ꝛ similiter ecõtra. patet. sit. a. aliquid de quo i potestate mea sit facere ipm euenire: ꝛ tamen nõ eueniet: tũc ista nunc̃ fuit vera. a. eueniet: ꝛ tñ in potestate mea est q̃ a. eueniet: ꝛ per ꝓñs quod hoc fuerit vera. a. eueniet ꝛc. Septimo sequitur q̃ aliqua est propositio de preterito vera que est ita contingens sicut quecũq̃ de futuro: patet de illa de preterito v̄a cuius veritas depẽdet ex futuro contingenti: sicut veritas ist⁹. antix̃s fuit futurus dependet ex veritate istius. antix̃us erit futurus. Et ista. hec propõ fuit vera demonstrata ista. antix̃s erit. licet eñ sit de p̃terito vera: tamen est contingens: q̃ eius veritas dependet ex ista: antix̃s erit: vt patet quia ex opposito sequitur oppositũ. Octauo sequitur q̃ illa cõmunis regula. omnis ꝓpositio de preterito vera est necessaria: et ois falsa est impossibilis. non est vniuersaliter vera. ꝓz ex dictis: tamen cõmuniter dr̃: q̃ ista regula est vniuersaliter vera: nisi vbi veritas vel falsitas talis ꝓpõnis dependet ex futuro ꝯtingenti. Sz hoc non est verum. vnde do alibi instantiam clarã: q̃ ista propositio de preterito. Adam fuit omnis homo: vel aliquid quod fuit omnis homo fuit a ial / aliquãdo fuit vera sez statim post q̃ fuit creatus / et ante q̃ eua esset: et tñ tunc nõ erat necessaria quia modo ẽ falsa. Sil̃r ista oẽ animal qđ fuit post diluuiuz fuit in archa noe aliq̃ fuit v̄a. sez statim post diluuiũ ꝛ ante q̃ fierent alia animalia ꝛc. ꝛ tamẽ tunc non erat necessaria: q̃ mõ est falsa. Constat aũt q̃ veritates taliũ non dependebant ex futuro contingenti: q̃ veritas vel falsitas alicuius ꝓpõnis d̃z dependere ex futuro contingẽti q̃n ex illa euident sequit aliqua ꝓpõ de futuro ꝯtingẽti: sicut sequitur antix̃us fuit futur⁹ ergo antix̃s erit. Non sic aũt est de illis vt satis patet intuenti: quare ꝓpositũ ꝛc. ¶ Ideo dico q̃ illa regula est vera de ꝓpõe de preterito que est simp̃r de re preterita: ꝛ non de re futura et in qua nec subiectuz nec p̃dicatum aut aliquis teri⁹ a parte subiecti vel p̃dicati posit⁹ est termin⁹ distribut⁹ qui possit supponere pro re futura ꝑ qua respectu copule talis ꝓpõnis nõ supponebat antea. Per primaz clausulam excluduntur ꝓpões quarũ v̄itas vel falsitas depẽdet ex futuro contingenti ꝛc. Per secundaz excludũtur instãtie predicte: vt ꝓz intuenti. Et ꝑ nunc non occurrit michi q̃ alibi possit dari instantia qui sẽp talis propositio si est vera sit necessaria/ et si est falsa sit impossibilis. Et hoc tenendo q̃ p̃teritum nõ potest nõ fuisse. et q̃ nõ preterituz nõ potest fuisse/ sicut cõmuniter tenetur ꝛc. Sed de hoc magis posteavidebitur. Ex his aũt satis patet rñsio ad istũ primũ articulũ ꝛc. Sed hic moueo tres dubitationes. ¶ Pria ẽ q̃n ꝯtigẽs dz dici ꝯtigẽs v̄l q̃n ẽ vel q̃n nõ ẽ. Et circa hoc ꝑmittaz aliquas suppositiões. Scõa ponã aliq̃s ꝓpões. Pria suppositio ẽ q̃ sicut supra tactũ est et

1. ꝯclusio.

secũdum sñiam philosophi. primo prioꝝ. hoc nomẽ contingẽs idem valet ꝙ hec oño possibile non necessariũ. ¶ Scda est ꝙ sicut aliquid dicitur posse esse et posse non esse: sicꝛ contingens esse et contingens nõ eẽ. ꝛ nõ solum qñ hoc verbũ est ꝑdicatur secundũ adiacens. sed etiaꝫ qñ predicatur tertiũ adiacens ꝯlecunqꝫ sit ꝑdicatũ ¶ Tertia ẽ ꝙ qñ dicitur cõtingẽs est indeterminatũ ad esse ꝛ nõ eẽ nõ debet intelligi de indeterminatiõe de ineẽ. ſ. ꝙ contingens nec sit nec nõ sit qꝛ hoc ẽ impossibile includens contradictionẽ. sed de indeterminatiõe de necessario negatiue. scilicet ꝙ nõ est necesse eẽ/nec necesse nõ eẽ. vel de indeterminatione de possibili affirmatiue: scz quia potest esse ꝛ ꝑt non eẽ. qui duo sensus equipolA lent. ¶ Ex his patet ꝗrta ꝙ tũc contingens est ꝯtingens quando potest eẽ et potest nõ eẽ. ideo ad videndũ vtrũ qñ res est sit cõtingens eẽ/ vel qñ non est videndum est vtrum qñ res est possit non eẽ. vel quando ipsa non est. ☞ Unde hic sciendũ est ꝙ hoc potest tripliciter intelligi Uno mõ ꝙ quando res est tunc sit in potentia. vt in futuro non sit. Alio modo ꝙ tunc sit in potentia. vt non sit etiã tunc. Et hoc dupl̃r. Uno modo sic ꝙ propositio enũcians ipsum non eẽ tunc potest eẽ vera in futuro. Alio modo sic ꝙ possit esse vera etiã ꝑ illo tũc Secundum hoc pono aliquas B propositiones. ¶ Prima est ꝙ primo modo aliquid quando ẽ potest non esse. patet. qꝛ certuꝫ est ꝙ aliquid nunc est quod nõ ẽ impossibile nõ eẽ. igit̃ aliquid nunc est quod potest non eẽ antecedens ꝑz qꝛ mlta sũt corruptibilia ꝛc. Ex hoc patet contra aliquos ꝙ licet ista sit vera aliquid simul potest esse et potest non esse. tamen hec non est ꝓcedenda. aliquid simul potest esse et nõ esse. Prima ꝑs ꝑz. qꝛ aliq̃d qñ est potest nõ eẽ ergo simṫ qñ est potest non eẽ. et per ꝓñs ꝛc. ¶ Scda pars ꝑz. qꝛ si ꝛc. signetur illud tunc sic. hoc simul põt esse et nõ esse. ergo hec est possibilis. hoc simul est et nõ est. ꝓñs tenet. qꝛ quelꝫ cathegorica singularis de possibili cuiꝰ subiectũ est nomen ꝓprij vel ꝓnomẽ demõstratiuũ precise si est vera in sensu diuiso est vera in sensu compolito ¶ Secundo sequitur ꝙ copulatiua ex partib⁹ de possibili non requirit ad eius veritatem vnam copulatiuam de inesse possibilẽ. ſz sufficit ꝙ vtraꝫ ꝑs diuisum sit possibil̃. ꝑz in materia ista. Itẽ in hoc exemplo. Sortes põt portare hũc lapidẽ. ꝛ Sortes põt portare illũ lapidẽ. demõstratis duob⁹ lapidib⁹ quoꝝ vterꝫ sit adequatꝰ virtute sortis ꝛc. et tñ nõ sequitur. ergo Sortes potest portare hunc lapidẽ et illum ꝛc. ¶ Scda propositio est ꝙ secũdo modo siue in sensu secundo aliquid qñ est potest non eẽ. patet qꝛ ꝑ solã preteritionem instãtis in quo ẽ ipsũ post non est in illo instanti. ꝛ sic siue illũ corrũpat siue ñ: tñ ista erit ꝛa illũ nõ ẽ in hoc instãti demõstrato illo in quo priꝰ fuit. Et sic ꝑz in hoc duplici sẽsu ꝙ dubitatio nõ hꝫ magnã difficultatem. Sed de tertio sensu ẽ difficultas de qua sunt opiniones contrarie. ¶ De hoc tamen sit C

tertia ꝓpositio. ꝙ tertio modo in sensu tertio. aliquid qñ est ꝑt nō esse. sic ꝙ ꝓpositio enūcians ipsum nō esse possit esse vera ꝑ illo tūc. Istā ꝓbat diffuse magr Gregoꝛ⁹ et tribus suppositionib⁹. Prima est ꝙ aliq̄ est causa libera: ⁊ ꝙ causa libera in hoc differt a naturali ꝙ positis oībus requisitis ad agenduz pōt agere/ ⁊ potest nō agere. nō sic causa naturalis. vt ꝓz. 9. meth. Secūda est ꝙ volūtas pōt voli tionē suā elicere in instāti. et si quis nō ꝯcedat istā suppositionē dicit ꝙ potest fozmari ratio de deo ⁊ aliqua creatura quaz deꝰ pōt in instanti libere ꝑducere. Sed quicq̄d sit de istis suppositiōib⁹ qz forte prima nō est oīnovera. ⁊ secūda est dubia. tñ ꝯclusio sua est tenēda. Et est ꝓbabilioꝛ (videre meo) q̄ꝫ sua oppositaꝫ ꝯcessa futuroꝝ ꝯtingentia. Et hanc habēt tenere quicūq; tenēt deū potuisse ꝑducere creaturā aliquā ab eterno: ⁊ quicūq; tenēt ꝙ āgelus potuit mereri in primo instāti sui esse Sed circa ꝓcessuz istū nolo hic insistere. qz de hac materia magis erit videdū qñ tractabit de libertate. ꝑ nūc autē suppono ꝙ volūtas ꝑ illo instāti quo hz actū liberū pōt illū nō habere. Ita ꝙ ꝑ illo tūc quo hz actū hec pōt esse vera pro eodē tūc ipsa nō habet actū q̄ꝫ nō sit possibile ꝙ vtraq; ꝯiuncti ⁊ simł sit vera, ⁊ sic libertas et ꝯtingētia nō solū est ad futura sed etiam
D ad pñtia. ⁊c. ¶ Quarta ꝓpositio ad maiorē declarationē ꝓdictoꝝ sit hec ꝙ aliq̄d esse in aliq̄ instāti/ ⁊ posse nō esse in illo instanti. sic ꝙ ꝓpositio enūcians illud nō esse possit esse vera in illo instāti pōt tripliciter intelligi. Uno modo ꝙ hoc sit possibile in sensu ꝯpositō. ⁊ hoc iplicat cōtradictionē. ⁊c. Alio modo ꝙ hoc sit possibile in sensu diuiso. et hoc dupliciter. Uno modo ꝙ illa res q̄ est in aliquo instanti dato. possit nō esse in illo instāti .i. iā posita inesse/ desinere esse. ⁊ de esse trāsire in nō esse i illo instāti: ⁊ ꝙ ꝓpositio enūcians ipsaz esse desinat esse vera ⁊ de vera fiat falsa. Et hoc est ipossibile. qz talis successio siue trāsmutatio nō est possibilis in instanti. Tertio modo ꝙ absolute ⁊ simpl'r sit possibile illā rem nō tūc esse/ ⁊ nō poni. ſ. ꝑ suam causam iesse/ ⁊ ꝓpositionē enūciantē ipsam nō esse. esse in illo instanti verā. Et iste sensus est ver⁹: ⁊ ꝑm ipsum posita est ꝛcia ꝓpositio. ¶ Et ꝙ hoc nichil inC cōueniēs icludat ostēdo breuit sic. qz ꝯcedēdo ꝯtigentiā futuroꝝ ꝯcedendū est ꝙ ātirp̄s erit in. a. instāti/ et pōt nō fore ꝑ illo instāti. et si dicat ꝙ hec est vera in hoc instāti. ātirp̄s erit/ ⁊ pōt nō esse vera in hoc instāti. ergo ꝯcludit q̄ꝫ erit necessario vera in hoc instāti. q̄ necessariū est i hoc instāti antirp̄m fore. Et ita argui pōt de q̄libe alio instāti quare. Sz eque faciliter pōt sustineri ꝙ sortes est in. b. instāti et pōt nō esse in. b. instāti: et qz hec est vera in hoc istāti sortes est. et pōt nō esse vera in hoc instāti qz nō apparet maioꝛ difficultas. in hoc scdo/ q̄ꝫ in primo. et omis ratio q̄ posset fieri ꝯtra ꝑm posset retoꝛqueri ꝯtra p̄mū vt ꝓz subtiliter intuēti. Igitur cū primū sit ꝑm fidē tenendū. et

2.q

nõ sit aliqua auctoritas fidei cõ
tra scõm. sequitur propositũ ꝛc̃.
Et eodẽ modo sicut dictum est
ꝙ aliquid quãdo est potest nõ
esse potest dici ꝙ aliqd quãdo
A nõ est potest esse. ꝛc̃. ¶ Secũda
2. questio dubitatio est circa p̃dicta qua-
liter debeat intelligi illa ꝯmu-
nis ꝓpositio ph̃i. oẽ qđ est qñ est
necesse est esse. hec em̃ videtur
expresse suprадictis cõtradice-
re et obuiare. ꝛc̃ Ad hoc respõ-
det valde bene Greg. distinguẽ
do ꝙ ista dictio qñ. potest ibi sta
re aduerbialit̃/ vl̃ ꝯiũctiõaliter
ita ꝙ equaleat huic ꝯiũctioni.
si. ¶ Nã vt dicit Boeti⁹ lib. 1. de
ypotheticis sillogismis ita põt
fieri ꝯditiõalis ꝓ hoc aduerbiũ
cũ sicut ꝓ hanc ꝯiũctionẽ. si. Vñ
ista est ꝯditionalis cũ homo est
aial est sicut hec si hõ est: aial
est. ꝛ idem iudiciũ potest esse de
quãdo. ꝛc̃. Si ergo ly qñ stat ibi
aduerbialiter. vel illa ꝓpositio
sumetur in sensu cõposito et sic
est vera. qz denotat̃ ꝙ hec sit ne
cessaria. omne qđ est qñ est est/ ꝛ
hoc est verũ: licet nõ habeat ali
quã singularẽ necessariã põter
hanc hoc qđ est qñ est est/ demõ
strando deũ. Nã quocũqz alio
demõstrato singularis est ꝯtin-
gens. vt ptz. ꝛc̃. Vel illa sumet̃
in sẽsu diuiso. ꝛ hoc dupliciter.
Vel ipsa est tpalis. et tũc eq̃ua-
let huic copulatiue oẽ qđ est a-
liquando est. ꝛ oñe tale tũc est
necesse esse. ꝛ ipsa est falsa sicut
scõa pars. qz nichil põter deũ a-
liqñ est necesse esse. Vel põt esse
de tpali extrẽo. ꝛ hoc dupl̃r: vel
de tpali subiecto/ et sic totũ hoc
oẽ qđ est qñ est: erit subiectũ et
reliquũ erit p̃dicatũ. qđ denota
bit ✠ificari de illo subiecto cum
mõ necessitatis. Et tũc est falsa
Qđ ptz arguẽdo sic. oẽ qđ est qñ
est. ꝛc̃. Sortes ẽ qñ est. ꝯ sortes
necesse est esse. ꝛc̃. Vel põt esse
de tpali p̃dicato et tũc tm̃ ly qđ
erit subiectũ. ꝛ reliquũ p̃dicatũ
Et sic adhuc ẽ falsa. ✠uis aliq̃
dicãt oppositũ Ptz arguẽdo sic
oẽ qđ est necesse/ vl̃ de necessita
te ẽ qñ est. sortes est. ꝯ sortes de
necessitate ẽ qñ est. Et idẽ est iu
diciũ si dicat̃. oẽ qđ est de neces-
sitate ẽ qñ est. ꝓclusio aũt ẽ falsa
cũ sit singularis in sensu diuiso
q̃ est falsa i sensu ꝓposito. vt ptz
ꝛc̃. Ideo pz ꝙ si illa ꝓpositio su
mat̃ in sensu diuiso sicut de ✠tu
te sermõis dz sumi: et ly qñ stet
aduerbialit̃ sicut cõiter solet ac
cipi tũc ipa est simpl̃r falsa. Si
✠o ly qñ stet ꝯditionalit̃ vl̃ põt
eẽ ꝯditiõalis/ vl̃ de ꝯditiõali ex
tremo. Si ꝑmo mõ vl̃ ly necesse
põt denotare ꝓñam eẽ necessa-
riã. ꝛ tũc est ✠a qz ista ẽ necessa
ria. oẽ qđ est si ẽ ipm est. Vl̃ põt
denotare necessitatẽ ꝓñtis. ꝛ est
sensus ꝙ si aliq̃d ẽ qđcũqz illud
sit ipm de necessitate est. ꝛ sic ẽ
falsa. Si ✠o sit de ꝯditiõali sub
iecto etiã falsa ẽ. qz denotat̃ ꝙ
de quocũqz dr̃ hoc subiectũ ens
qđ est si ẽ dr̃ hoc ✠bũ est mõ ne-
cessitatis ꝛ sic ẽ falsa. vt ptz. ꝛc̃.
Si aũt sit de ꝯditionali p̃dicato
tũc est ✠a qz denotat̃ ꝙ de quo
cũqz dicit̃ hoc subiectũ ens qđ ẽ
dicat̃ hoc p̃dicatũ est si est cum
mõ necessitatis. et hoc est verũ.
qz quocũqz qđ est demonstrato
verũ est dicere. hoc de necessi-
tate est si est. Ex qua nõ sequit̃
ergo hoc de necessitate est, sed
est fallacia scõm̃ quid ad simpli
citer. Et istũ sensum voluit ph̃s
vl̃ primũ. ꝛc̃. Ex hoc pz ꝙ ✠uis

aliqua res ꝙtingens que est in aliquo instāti de necessitate sit in illo instāti si est in illo instāti. nō tamē de necessitate est in illo instanti sed ꝙtingenter. Et hoc est verū vt illa est ꝓpositio de ꝙditionali ꝑdicato ꝛ nō ꝙditionalis. quare. ꝛc. ¶ Tertia dubitatio est. Utrū sicut futurum ꝙtingēs pōt non fore ꝛ aliquid qđ est qñ est pōt nō esse. sic ꝓteritum possit nō fuisse. ita ꝙ sicut ꝙcessa est ꝙtingētia respectu futuroꝝ/ ꝛ respectu p̄sentiū etiaꝫ ꝙcedenda sit respectu p̄teritoꝝ Et hec est difficilis dubitatio.

1. opinio. ¶ Unde circa hoc sunt diuersi modi dicēdi. Nā quidā ātiqui doctores cōcesserūt ꝙ p̄teritū p diuinā potentiā pōt non fuisse/ sicut Silbertus poretan⁹ vt ptz in ꝙmento suo sup lib. de trini. Boetij. ꝛ similiter Guillermus altiꝫ. in summa sua. lib. 1. tractatu de potētia dei. arti. 6. Aliqui etiā moderni doctores idem tenēt ꝛ dicunt ꝙ sicut aliquando fuit verū adam nō fuisse. ꝛ per ꝙns tūc nō includebat cōtradictionē aliquā. ꝛc. ergo nec similiter nūc includit ꝙtradictionē: nec ad hoc sequit primū principiū nō esse verū pluſq̄ ad antixp̄m non fore. quare. ꝛc.

2. opinio. Aliqui autē ad vtrāq̄ partē adducūt rationes: ꝛ nullā audēt assere re: sed vtrāq̄ relinquunt tanq̄ dū putabilē. sicut magr Grego. ꝛc.

3. opinio. ¶ Aliq̄ ātsicut Ockā ꝛ pl'es alij tenent partē negatiuam. ꝛ ista cōmuniter tenetur. Sed circa istam materiam sine temeraria assertione ponam aliquas propositiones. ¶ Prima est hec ꝙ concessa contingentia respectu futuroꝝ: ꝛ circūscriptis auctoritatib⁹ si que sint scriptu re/ vl' doctoꝝ. nō potest cōuinci per rationes in lumine naturali quin etiā ꝙcedenda sit hmōi ꝙtingētia respectu preteritoꝝ.

¶ Probat primo. qz nulla ratio (que tamen nō fundetur in auctoritate) fit ꝑ impugnāda parte ista qui eque apparēs fieret ꝑ impugnāda futuroꝝ ꝙtingētia. igitur. ꝛc. ꝓna est clara. ꝛ antecedens ptz qz si sit aliqua/ detur illa et ostēdet faciliter ꝓpositū. ꝛc. sicut etiā patebit. Cōfirmatur qz ꝙcedendo futurorum ꝙtingentiā ꝙcedendū est ꝙ illō quod fuit verum potest nunq̄ fuisse verū: vt patet ex dictis: ꝛ ita faciliter sustineret ꝙ illud quod fuit potest nō fuisse. quia nō apparet ratio diuersitatis. Similiter oportet concedere ꝙ hec est possibilis. quod erit contingenter nō erit ꝙtingēter: vt ptz. ꝛc. sed ita faciliter sustinere tur ꝙ hec est possibilis: qđ fuit ꝙtingēter nō fuit ꝙtingēter. ꝛc. ℰ

¶ Similiter oportet concedere ad saluandā cōtingentiā futuroꝝ ꝙ deus aliquid ab eterno scuit/ ꝛ voluit qđ potest nunq̄ scisse/ aut voluisse. vt post patebit. imo aliqui concedūt ꝙ aliqua noticia vl' volitio creata (scz aie xp̄i) fuit noticia vl' volitio respectu alicuius obiecti. ꝛ potest esse ꝙ nunq̄ fuit volitio respectu illius obiecti et hoc ad saluandū noticiam aie christi esse infallibilem: et eius volitionem infrustrabilez. sed de hoc alias Constat autē ꝙ ita faciliter sustineretur hoc esse possibile de alijs rebus contingēter factis aut preteritis vt ptz. quare. ꝛc.

¶ Secundo ad idem sic. quia si 2. ꝓbatio

deus nõ posset velle modo mũ-
dum nõ fuisse. igitur esset muta
ta eius potentia Et si deus re-
spectu hui⁹ quod est velle mun-
duz nõ fuisse. habuit aliquãdo
libertatẽ contradictionis ꝛ nũc
nõ habet. eius libertas videtur
esse mutata. quia habuit prius
potentiã et libertatẽ ad hoc et
nũc nõ haberet. quare. ꝛc. Con
firmatur. quia mũdum nõ fuisse
aliquando fuit obiectũ diuine
volũtatis. sed nec ex parte vo-
lũtatis diuine cũ sit omnipotẽs
nec ex parte obiecti (cũ sit eodẽ
modo se habens nunc ꝛ prius)
nõ est defectus. quare nunc nõ
posset esse obiectũ diuine volũ-
tatis sicut prius. quare. ꝛc. Si-
milis modus arguẽdi valet in
materia. sicut si visus potuit a-
liquãdo videre. a. et nũc nõ põt
vl' est defectus ex parte poten-
3. ꝓbatio. tie/ vl' obiecti. ¶ Tertio sic si re-
spectu hui⁹ quod est mundũ nõ
fuisse volũtas dei aliquãdo fu-
it libera ꝛ nũc nõ est. quero que
sit causa hui⁹ necessitatis scilz.
quare volũtas diuina necessita
tur ad volenduz mundũ fuisse/
nec potest velle mũdũ nõ fuisse
ꝛ constat ꝙ nõ potest assignari
causa nisi obiecti existẽtia. ergo
res extra/ vl' pteritio rei necessi
taret volũtatẽ dei. quod est ab-
surdũ. quia aduẽtus rei nõ ne-
cessitat voluntatez nostrã ergo
nec per ꝯns voluntatẽ diuinã.
Antecedens apparet. qz possu-
mus de re que fuit velle ipsam
nõ fuisse. sicut ptz de penitente
Igitur. ꝛc. Confirmatur. qz fu-
turitio rei nõ necessitat volũta-
tem dei ad volendũ rem esse fu
turam. ergo nec pteritio. ꝛc. ad
volendũ rem eẽ preteritaz. añs
ptz. et ꝙña tenet. qz nõ videtur
ratio diuersitatis. ꝛc. ¶ Quarto 4. ꝓbatio
ad hoc possent adduci auctori-
tates: vna est Augu 26. contra
Faustũ/ tam nõ possunt futura
nõ fieri. ꝙz nõ fuisse facta ꝓteri-
ta sed primũ nõ est absolute im-
possibile. igr̃ nec scõm. Alias ra
tiones et auctoritates nõ indu
co qz iste michi vidẽtur suffice-
re. ꝛc. ¶ Secũda ꝓpositio est ꝙ A
est nobis euidẽs/ nec naturalit
demõstrabile. qõ preteritũ põt
nõ fuisse. ptz hoc non est nisi cũ
magna difficultate ymaginabi
le/ ꝛ est remotũ a naturali lumi-
ne. Uñ oẽs philosophi hoc ne-
gauerũt sicut patz de Aristo. 1.
periarme. et. 6. ethi. vbi ipse cõ-
mendat illud dictũ agathonis.
hoc solo priuat̃ de⁹ ingenita fa-
cere que vtiqz facta sunt. Ter-
tia est ꝙ nõ est nobis euidens
nec naturaliter demonstrabile
ꝙ aliquod futurũ potest nõ fore
ptz. quia in naturali lumine ita
faciliter/ vel nõ magis difficul-
ter sustineretur ꝙ preteritũ po
test nõ fuisse sicut ꝙ futurũ põt
nõ fore patet ex dictis. ergo si
primũ nõ est euidens nec euidẽ
ter demonstrabile in naturali
lumine vt dictuz est. sequitur ꝙ
nec ꝼm sed solũ tenẽdũ est fide.
ꝛc. ¶ Quarta est ꝙ philosoph⁹ B
sequens purã rationẽ natura-
lem habere concedere nullũ fu
turũ contingenter euenire. ptz
ex p̃dictis. qz hoc faciliꝰ sustine
retur ꝙ oppositũ. imo talis su-
stinẽs oppositũ hz ꝯsequẽter di
cere ꝙ p̃teritũ põt non fuisse. qõ
nullⁱ⁹ sequens rõnẽ naturalẽ dz
ꝯcedere. q̃re. ꝛc. Uñ ptz ꝙ Arist.
nõ ꝯnr locutus est concedendo
contingentiã futurorũ. ꝛ negã-

do contingentiā preteritoꝝ. qz ita faciliter sustinet ꝟz sicut primū. imo naturaliꝰ loquendo secūduz sequiꝰ ad primum ꝛc. ¶ Sz
arguit. 1. ꝓtra pdicta ꝓbaꝰ q mundus p potentiam diuinā nō potest nō fuisse ꝑmo sic. pura ꝓpatio vel purū nō ens nō ꝑt eē obiectū potētie diuine / nisi ꝟz q ipz respicit aliqđ ens / vel sequiꝰ ad positionē vel destructionē alicu⁹ entis Quod pz sic. qz ponaꝰ exē pli grā q deus adhuc nihil fecisset tūc de⁹ non posset eē cā q nihil foret. qz si p imaginationē deus non eēt adhuc nihil foret. ergo nihil fore nō est obiectum alicui⁹ potentie vel cause. Sed mūdū nō fuisse est pura ꝓpatio que nō sequiꝰ positionē / aut priuationē alicui⁹ entis. qz quicqđ crearetur a deo vel quicqđ ānihilareꝰ a deo. adhuc staret mūdum fuisse. ergo mūduz nō fuisse non ꝑt eē obiectū diuie potētie. ꝛ sic de alijs ꝑteritis ꝛc. ¶ Se
2. arguiꝰ. cundo sic si ꝛc. posset ꝙsimiliꝰ facere nihil fuisse / nihil futuꝝ eē / ꝛ nihil eē ꝑter se. ꝛ hoc nō possz facere p aliquam mutationē. qz nulla esset in isto casu. ꝛ sic sine omni mutatōe pñtia / ꝑterita / vl futura posset sic facere. sed hoc ꝙñs est incōueniens. qz sic posset deus facere de patre meo esse non patrez meū. ꝛ de albo nigrum sine mutatōe. imo adhuc posset ꝓducere quālibz creaturam / vl ab eterno ꝓduxisse sine
3. arguiꝰ. mutatione. ¶ Tertio sic si ꝛc. sequitur q deus necessario esset causa siue factor ad extra. quia non posset eē quin eēt causa habitus vel sue ꝓpationis ex quo posset causa esse non entis ꝛc.
4. arguiꝰ ¶ Quarto ꝓto ista ꝓte sūt auctoritates. ¶ Prima est Hiero. ad Eustoc. Audacter dicam cū ola possit deus suscitare nō ꝑt virginem post ruinā id est non ꝑt facere corruptam nō fuisse corruptam. ¶ Secda è Augustini. 26. ℨ Faustum. q̄squis dicit si oipotēs est de⁹ faciat vt q̄ facta sunt non fuerint. nō videt hoc se dicere si oīpotens est deus faciaꝰ vt q̄ vera sūt. ex eo q vera sunt. falsa sint. Et subdit q sentētiaz q̄ dicim⁹ aliquid fuisse si vera è de⁹ eā falsam facere nō ꝑt. quia non è ꝙtrarius veritati. ¶ Tertia est anselm. de ꝙcordia grē et liberi arbitrij. c 4. vbi est expressa eius sentētia ꝛc. Et licz rationes ꝛ auctoritates possent multiplicari. ñ iste sufficiant. qz his solutis ptz solutio ad oēs alias. Patz etiam q auctoritates non sūt ꝙtra dicta. qz ꝑma ꝙclusio excludit auctoritates. Tres autē rationes prime possent oīno similiꝰ fieri ꝙtra contingētiam futurorū ꝛ c. sed nihilominus dicā ad ista ¶ Ad primā dico ꝑmo q mere ꝑteritū non magis est ens q̄s antiꝝm nō fore. iō ꝙsimiliꝰ ratio posset fieri de futuro sicut fit de preterito. quare ꝛc. ¶ Secūdo dico q de ꝛtute ꝑmonis hec est falsa. de⁹ potest facere rem q̄ fuit nō fuisse. Et eodem mō ista. de⁹ pōt facere rem q̄ erit non fore. quia ista est impossibilis (propter implicationē) de⁹ facit rem que fuit nō fuisse / et sic ista de⁹ facit rem que erit nō fore. et sic iste sūt false deus ꝑt facere mūdum qui fuit non fuisse. de⁹ pōt facere antichristū qui erit nō fore. Et ita posset dici de istis de⁹ potest facere ꝑteritum non fuisse. vel deus pōt facere futurum

D Ad ꝑmuz

A non fore ⁊c. ¶ Tertio dico q̄ tales ꝓpones in sensu diuiso ꝓbabiliꝫ pñt ꝺcedi. rem q̄ fuit/ vel rem ꝑteritā deus potest facere non fuisse. rem q̄ erit/ vl̄ rē futuram deus potest facere nō fore. ⁊ ꝺsimilis ratio videtur de istis Et similiter iste i sensu ꝺposito. de⁹ pōt facere mundū/ vl̄ adaz non fuisse. deus pōt facere antixp̄m/ vel vltimū iudiciū nō fore. Et hoc est verū tenēdo opiniōez Brandō. qui tenet q̄ sicut deus p suū velle est cā rei q̄ ē/ vt sit. ita per nolle est causa q̄ illō quod non est nō sit. Et sic de illo quod nō fuit/ vel non erit/ vl̄ non pōt eē. sic em̄ ꝺcedit q̄ de⁹ est cā negationū ꝓpriationū/ non entiū/ et ipossibiliū/ Sed sic loquēdo ptz q̄ deus non posset facere aliq̄d non fuisse. ⁊ hoc positiue aliq̄d faciendo sed negatiue nō ꝓducendo ipm̄ in ꝑterito: hoc est q̄
B pōt ipm̄ non ꝓduxisse. ¶ Quarto dico q̄ ꝓbabiliter ꝑt ꝺcedi q̄ itelligēdo ꝑ obiectū diuine potentie illud cuius deus est/ aut eē pōt causa. purū non ens vel negatio est obiectum potētie diuine. ⁊ hoc est verꝫ tenēdo ꝓtra Brandō. q̄ de⁹ non est cā nisi per velle bñplaciti quo vult aliquid eē/ vel fieri. Et sic non est/ vel eē pōt causa nisi illi⁹ quod est/ vel eē potest entitas positiua. Sed sic loquendo ptz q̄ deus nō posset facere ꝑteritum seu rē aliquā non fuisse/ vel non fore/ vel non eē capiendo facere ꝓprie prout idem est quod causare effectiue ⁊c̄. Nec tamen ꝓpter hoc sequitur quin ꝑteritum possit nō fuisse sicut futurū etiā potest nō fo-
C re ⁊c̄. ¶ Ad scdam rationē dico
Ad scdm. q̄ tenēdo opiniā Brandō supra tactā ꝓcedi ꝺsequens ſm quē modū videt loqui Augustinus quādo dicit. q̄ res quas condidit prius ꝙꝫ fuerint. deus egit vt nō eēnt. Et sic nō sequit si deus non eēt nihil eēt. ergo deus non est cā vt nihil sit scilz aliud a se. Quia etiā si deus non fuisset res antequam fuerunt condite non fuissent et tamen ꝺz Augustinū deus fuit causa q̄ prius nō fuerint. et hoc quia ipse potuit prius producere et non ꝓduxit. et sic hoc itelligitur per fuisse causam illo mō ⁊c̄. Sed ad illud q̄ vlterius infertur ꝺsequentia illa ⁊c̄. Unde licz albū non posset facere deus eē nigruz postquā fuit album sine illius mutatōe: posset tamē illud facere nigruz sine mutatiōe. quia posset facere illud nunq̄ꝫ fuisse albū: et sēper fuisse nigrum ⁊c̄. Et sic de aliis exemplis suo modo. Et potest poni bonum exemplū ad ꝓ positum declarandum. quia possibile est antixp̄m nunq̄ꝫ fuisse futurum/ ⁊ istud cōplexū antixp̄s erit nunq̄ꝫ fuisse verꝫ. ⁊ sic capiendo large facere ſm viā predictam de⁹ potest facere antichristum nunq̄ꝫ fuisse futurum. qui tamē fuit/ ⁊ ē futurus. ⁊ potest facere illud verꝫ nunq̄ꝫ fuisse verum: quod tamen fuit verum/ ⁊ sine mutatiōe/ ⁊ sine aliqua rea
D li seu positiua factione ⁊c̄ ¶ Ad Ad tertiā
tertiā dico q̄ tenēdo opinionez brandō. supradictā potest concedi q̄ licet deus non sit necessario causa/ vel factor alicuius entis positiui. tamen ipe ē necessario causa/ vel factor ad extra scilicet huius rei vl̄ sue priuationis vl̄ non eē sui. cuius nullius partis sit necessario causa/ vl̄ fa-

ctor ꝛc. Sed tenendo aliam ꝓ̃ patet quid dicendū. Que autez istarū sit tenenda post patebit.

E Ad ārtaz. ¶ Ad quartam dico qđ auctoritates non sunt ꝓtra dicta. quia fuerunt excluse in ꝓpositione ꝓ̄ma ꝛc. Sed adhuc possunt solui dicendo. ꝙ intelligit de potētia ordinata ꝛ posset declarari/ sed trāseo ꝛc. ¶ Si vero quer̄at cum ita faciliter sustinetur preteritum posse non fuisse sicut futurū posse non fore. quare ergo facilius imaginamur secundum quā primū. secundū em̄ communiter recipit/ ꝛ conceditur: ꝛ nō primum. Dico ꝙ causa est. quia per experientiam euidenter / et clare cognoscimus aliquod preteritum fuisse ꝛ idē iudicium reputamus de quolibet preterito quo ad posse non fuisse. sed ꝑ experientiam non sic clare cognoscimus aliquod futurū fore. ideo facilius imaginamur illud posse non fore. ꝙ illud posse nō fuisse. de quo experimur ipsū fuisse/ ꝛ hoc maxime quando nō aduertimus difficultatē sustinendi aliquod futurum ꝓtingenter euenire seu posse non fore. Unde aduertens difficultatē in sustinendo talem ꝓtingentiam futurorum ita difficulter imaginatur vnū sicut reliquū/ vt patz

F er predictis ꝛc. ¶ Ex omnibus precedēnbus apparet resp̄sio ad formā primi articuli scilicet ꝙ deus est prescientia verorum contingentium. quia aliqua sūt vera ꝓtingentia. ꝛ inter illa aliqua sūt de futuro/ siue de re futura. Igitur deus respectu talium verorum contingentium est prescientia. Antecedēs patet ex dictis et ꝓsequentia tenet. quia sicut de⁹ respectu oīm verorum est sciētia. sic respectu verorum de futuro ipse dicitur prescientia vt patebit in secundo articulo. Et hec de primo articulo. Sequitur secūdus articulus. ¶ Quantum ad secundum articulum in quo videndum est vtrū deus sit sciētia omniū cognoscibiliū. ¶ Primo videbitur: vtrū deus sit sciētia omniū rerū existentiū. ¶ Secundo videbit vtrum deus sit p̄ scientia omniū futurorum contingentium. ¶ Tertio videbit vtrum deus sit scientia omniū verorum enūciabiliū Tribus p̄ctis apparebit solutio pluriū difficultatum circa materiā de sciētia dei ꝛc. ¶ Quantum ad primum punctū opinio Auerroys ꝛ ꝑm aliquos etiā Aristote. fuit ꝙ deus nihil aliud a se intelligit. Unde 2. metha. ponit tres cōclusiones circa intellectionē dei. Quarum prima est ꝙ deus est substantia itellectual̄. ꝛ ꝙactu itelligēs. ¶ Secūda est ꝙ sua sōa est sua intellectio ¶ Tertia est ꝙ deus nihil aliud intelligit preter seipsum. Due aūt prime conclusiones sunt vere ꝛ pro nunc suppone nende. Sed tertia est falsa. et sive illa fuerit de intētiōe Aristotelis sive non. tñ fuit opinio sui ꝙmētatorus qui illam ꝓbat multipliciter. sed pure inutiliter/ et inefficaciter ꝛc̄. Ideo pono contra hoc aliquas propositiones. ¶ Prima est ꝙ ꝓbabile est i naturali rōne ꝙ de⁹ cognoscit aliud a se. ꝓbatur. qz sic ꝓbabile ē deū intelligere. igit̄ etiā ꝓbabile est ipsū intelligere aliud a se. añs patz ex ꝑma ꝯclusione ꝑ. sed consequentia tenet ꝑ eandē rōnem ꝑ quā ꝓbat illa ꝯclusio

5 2. articꝰ.

Opinio Auerroys.

H Improbatur predicta op.

a pho. qz deus est ens oim nobilissimũ. hoc eñ intelligimus nomine dei. hoc aũt nõ eẽt si nõ esset suba intellectualis/ z semper actu intelligens Eodẽ mõ pbatur qipse cognoscat alia a se. qz sicut magis pfecta iudicam⁹ cognoscibilia nõ cognoscibilibus sic etiã pfectiora ꝯcludimus eẽ magis cognoscibilia minus cognoscibilib⁹. sic eñ virtutes perfas plura cognoscum⁹ iudicam⁹ eẽ digniores. Unde dicit Aristot. in proe. metha. Sẽsuz visus pre alijs diligimus: qz plures rez differẽtias nobis ostendit. Igitur cum deus sit omnium nobilissimũ: z eius nobilitatẽ nõ possumus nisi ex hijs q̃ nobis/ et in nobis nota sunt inferre sequit q⁹ naturaliter debemus ꝯcludere ipz plures rerũ differentias cogscere z p ꝯsis alia a se. Multas rõnes aliας facit Brego. ad hoc pbandum: sed ista mihi sufficiat et debet sufficere. A ¶ Secunda ppositio est q⁹ nõ est euidẽs in naturali lumine/ nec demonstrabile naturali ratione q⁹ de⁹ cognoscit alia a se: patz: qz sicut dic. ũ fuit in. q. devnitate dei: nõ est sic euidens nec euidẽter demonstrabile deũ esse igitur z cẽ. imo dico vltra q⁹ ista ꝯditionalis non est euidenter euidens/ vl euidẽter demonstrabilis. Si deus esset de⁹ cognosceret alitõ a se. patet: qz licet in deo sit perfectiõis cognoscere se: nõ tñ cognoscere aliud a se. Nec oportz q⁹ ppter sue pfectõis excellẽtiã ponat cognoscere aliud a se: qz cognoscendo se cognoscit obiectũ nobilissimũ/ z equivalẽs obiectis oibus/ z cognoscit se pfectissime: z hoc sufficit vt eius cognitio sit pfectissia: et ipe cognoscens pfectissimũ. dicenti eñ sic non potest opponi euidẽter pbari ꝛc. Unde rationes magistri Brego. quas facit in ppsito nõ sũt demõstratiue sicut posset ostendi faciliter etiã ex pdictis in. q. preallegata: sed trã seo: qz hoc magis ẽ philosophicum q̃ theologicum ꝛc. B ¶ Tertia propositio est q⁹ deus in sua eẽntia penitus indistincta non confuse sed distincte repzesẽtat oia existentia/ omnes partes cõtinui/ z infinitos numeros. tõo ꝯcedit Augusti. 12. de ciui. dei. c 18. deũ itelligere nũeros infinitos. Et istõ siue sit euidẽs / siue pbabile naturaliter/ siue nõ: tamẽ firmiter est credẽdũ C ¶ Quarta propositio est q⁹ deus siue diuina eẽntia intuitiue cognoscit non solũ existentia sed etiã oia possibilia. pbat: qz cuz deus cognoscat oia cognoscibilia vt ptz ex dictis: qz non eẽt ratio quare aliqua z aliqua nõ: vel ergo abstractiue/ vel intuitiue: sed quia non abstractiue patet: qz quodlibet cognoscit immediate z nõ per aliquod mediuz cognitum medians inter cognitionem et rem cognitam: quonam nullaz tale medium est possibile: qz no creatura/ vt constat: nec diuinitas ipsa cum ex natura rei ipsa nullo mõ sit distincta a dei notícia ꝛc. ¶ Si vero dicatur cõtra Instãtia. in tertia propositione concessuz est q⁹ deus in sua essẽtia cognoscit ꝛc. et est commune dictuz qz in diuina essentia velut in speculo relucent z repzesentantur omnia et per consequens deus non immediate intuetur creaturas: sed mediante sua essẽtia et

D per ꝓñs abstractiue ꝛc. ¶ Respō deo ꝙ non est intelligendum ꝙ deus cognoscat res in sua eēntia nisi ad istum sensum ꝙ eius eēntia est omnium rerū noticia. Quod autem additur de speculo et relucentia. ꝛc. Si intelligatur ꝙ eēntia diuina repꝛesentet intellectui diuino sic ꝙ eius intellectio imediate ferat in eēntiam diuinā et mediate illa in obiecta repsentata illud dictuz cōmune falsum est. Nā intellectus diuinus: intellectio: ꝛ eēntia diuina sunt penitus idistincta/ ꝛ oibus modis idem: quod eēntia sibijpsi ¶ Et sic ꝓpꝛie loquēdo nec essentia repꝛesentat intellectui: nec intellectus/ aut intellectio repsentat essentie. sz tam eēntia ꝙ intellectus est imediate noticia sui ꝛ alioꝝ: ideo illud dictū debet itelligi/ vel ad sensum iā dictū/ vel referendo ipm ad intellectū creatuz ita ꝙ eēntia diuina dicatur speculuz repsentatiuū creaturarū ipi intellectui creato ꝛc. Et lz difficile sit ista imaginari: tñ firmiter debēt credi ꝛc. Ex ꝓdictis sequū tur aliqua. ¶ Primo sequit ꝙ licet sciamus oēm denoiationem pfectionis simpliciter deo cōuenire: tamē aliquā denoiationē pfectiōis simpliciter nescimus euidēter deo conuenire. Prima pars ptz: qꝛ scimus istā oīs perfectio simpliciter deo conuenit. Et hoc ex suppositiōe si deus sit qꝛ per deū intelligim⁹ ens simpliciter pfectissimū. Scda pars ptz: qꝛ cognoscere distincte ꝛ intuitiue oīa est denoiatio pfectionis simpliciter. vt ptz ex dictis. et tamen nescimus euidenter ipsam conuenire ꝛc. Secundo sequitur ꝙ diuino intellectui nichil est/ vel esse potest ratio cognoscendi: patet ex immediate dictis. Tertio sequitur ꝙ diuinus intellectus nō ꝓpꝛius itelligit suā eēntiā ꝓꝫ creaturaz ꝛc. Quarto seqtur ꝙ diuinus intellectus non pfectiꝰ cognoscit suam eēntiam ꝓꝫ creaturā ista patent. ꝛc. ¶ Quantū ad secunduz punctū in quo videndū est vtrū deus sit prescietia oīm futuroꝝ cōtingentiū. Sciēdū est ꝙ futuroꝝ contingētiū quedā sunt in complexe significabilia/ ꝛ talia sunt entitates possibiles: q̄ aliquādo erūt in actualiter existētes: quedā vero sunt cōplexe significabilia ꝑm aliquos/ sz magis ꝓpꝛie loquēdo dicuntur cōplexe significabilia. Primo modo dicimus ꝙ antixps est futurus. Sz secūdo modo dicim⁹ ꝙ futurū est ꝙ xps iudicabit mūdū id est. est futurū ꝙ talis ꝓpositio sit vera. xps iudicat mūdū. ꝓma futura vocabo semp inferius res futuras. Secunda vo vocabo enūciabilia futura vt loquamur breuius. Tunc iuxta hoc ponā aliquas ꝓpositiones ¶ Prima est ꝙ deus est prescietia oīm rerū futuraruz. ꝓbat qꝛ deus distincte cognoscit omēs res possibiles. igitur ꝑscit oēs futuras res: consequētia tenet: qꝛ deum prescire nō est aliud ꝓꝫ euidenter cognoscere res futuras. Et antecedens ꝓz ex ꝓdictis et ꝓbatur: qꝛ cū deus sit ꝓma causa nichil potest ꝓduci ipso nō cōꝓducēte: ipe aūt nobilissime ꝓducit scz per intellectū/ et voluntatē vt supponitur et satis ptz: quia alias nō eēt ratio quare vnum enūsdē rationis

produceret magis/ vel prius q̃ aliud. sicut istum calorẽ plus q̃ aliũ eiusdem ratiõis: nisi determinatio fieret a causa cognoscẽte ꝛc Et istud expresse est determinatio Augustini super Genesim ad litteram. c. 15. dicentis. His atq; hmõi testionijs. ſ scripture pbatur q̃ hec oĩa priusq̃ fuerint erant in noticia facientis. Et idẽ determinat pluribꝰ A locis. ꝛc. ¶ Secunda ppõ est q̃ deus est p̃sciẽtia oĩm enunciabiliũ futurorũ. pbatur quia deus prescit multa enũciabilia futura: ergo ꝛ oĩa. cõsequẽtia tenet: qz ex quo nõ est repugnãtia de aliquibus: et ipse habet intelligentiã infinitã: seq̃tur q̃ nec de omnibus ꝛc. Et istud añs patet qz mlta reuelauit deus futura sicut resurrectionẽ mortuorum. vltimũ iudiciũ ꝛc. ꝛ blasphemũ est dicere q̃ aliqua reuelauit: ꝛ que sint illa nesciuit. Et istud est expressum in scriptura Joh. 6. Sciebat eñ ab initio iesus qs traditurꝰ eẽt eũ. ꝛc. Et ibidẽ 18. Jesus sciens omia que vẽtura erãt super eũ. Jtẽ Augusth. 15. de trini. ca. 13. allegans verbuz xpi Math. 6. dicit. Nouit (ait verbũ dei) pater vester quid vobis necessariũ sit priusq̃ petatis ab eo. nec ista ex aliquo tẽpore cognouit. Jtem. 5. de ciuitate dei cap̃. 9. determiat q̃ nephas est deum eẽ presciũ futuroꝝ negare: ꝛ libro. 1. contra Marimũ di- B cit q̃ est insania. ¶ Ex his patz Aureolũ manifeste q̃ periculosa est/ ꝛ fidei contraria/ opinio Aureoli q̃ dicit q̃ hec est falsa. deus scit q̃ aliquid est futurũ. Et ista. deus scit q̃ antichristꝰ erit: ꝛ similes omnes q̃bus significatur deum determiate scire aliqua futura. cuius rationez assignat quia talis ꝓpositio de futuro contingẽti non est determinate vera: ꝛ p ꝓñs nec determiate scita. Et iterũ dicit q̃ ista est impropria: deus scit quid est futurũ: qz nichil est determinate futurũ: sed tantum sub disiunctione hoc/ vel illud: ꝛ sic etiã deꝰ scit hoc/ vel illd̃ siue q̃ affirmatio/ vel negatio ẽ futura: sed determinate nescit q̃ affirmatio sit futura. quia nõ est determinate futura. deꝰ autẽ nõ põt scire q̃ nõ est ꝛc Unde constat hec eẽ cõtra scripturaz/ et intentionem sanctoꝝ. Quod autẽ dicit non eẽ determiate verum: vel determinate falsuz qd̃ futurũ erit: etiã falsum est vt pz ex primo articulo. Quando aũt dicit q̃ scit sub disiunctiõe hoc vel illud q̃uis hoc sit verũ: tamen hoc nõ sufficit: qz etiã hoc ego scio ꝛc. Tertia ꝓpositio est q̃ deus est infallibilis scientia immutabiliter cognoscens oĩa entia futura. ptz satis ex predictis. ¶ Quarta est q̃ deus est C infallibilis scientia certitudinaliter cognoscẽs omia enũciabilia futura. ptz etiã ex p̃dictis. Sed quomõ hoc sit est questio multũ Questio. difficilis. ¶ Nã esto q̃ deus cognoscat petruz possibilem/ ꝛ albedinem possibilẽ adhuc cuz sit possibile absolute petrum fore album. ꝛ etiã possibile ipm non fore album: difficile est videre quomodo deꝰ certitudinaliter nouit q̃ determinate petrꝰ erit albus/ aut determinate q̃ non erit. Et circa hoc diuerse sunt 1. op. quã videt tenere aureolus. opiniones. ¶ Quidam eñ dixerunt q̃ deus hz penes se ydeas que non solum repsentant sum-

plices terminos/sed etiam com pleriones veroꝝ cum oībus cir cūstantiꝭ temporis/ꝛ loci.ꝛ sic nouit determiate singularia ꝛc.

Improba tio predi. opi.

¶Sed contra hoc arguit Scotꝰ primo qꝝ rōnes cognoscēdi ter minos alicuius cōpleri nō suffi cīēter causant noticiā illius ni si illud natū sit cognosci ex ter minis. sed cōplexū cōtingēs nō est tale quia tunc eēt immedia tum. Igitur ꝛc. Secundo qꝝ eo dē modo ydee sunt possibilium non futurorū: ergo ydea futuri nō magis repsentat ipsuꝫ deter minate futurū ꝙꝫ ydea possibi lis non futuri. Tertio qꝝ ydea futuri nō repꝛesentat futurum ponēdo ipm eē in hoc nunc ma gis ꝙꝫ in illo. Igiꝝ. ꝛc. Ueruꝫ est qꝝ Aureolꝰ dicit has rōnes nō esse efficaces contra opinionez illā. sed de hoc non curo. qꝝ siue sic sit/ siue non: tñ ista opinio fal sa est. qꝝ ponit ydeas esse intel lectui media/ vel rōnes cogno scendi creaturas cū tñ nichil ta le sit ponēdū. vt supra dictū est.

D opi. scoti.

¶Aliter ergo dicit scotꝰ. qꝝ hoc pōt saluari dupliciter. Uno mo do qꝝ intellectus diuinus vidē do determinationē volūtatis di uine videt aliquid fore p. a: sicut eñ illā voluntatē esse immuta bilē ꝛ nō impedibilē. Quare ꝛc. Uel alio mō qui ste videtur pone re quēdā discursum i intellectu diuino quasi ex intuitiōe deter minationis voluntatis et imu tabilitatis eiꝰ concludit hoc fo re. ideo pōt poni qꝝ intellectꝰ di uinꝰ/ aut offert simplicia quoꝝ vnio ē ꝙtingēs i re/ aut si offert cōplexionē offert sicut sibi neu trā:/ volūtas eligēs vnā ptē scz conīūctionē illorum pro aliquo nunc in re facit illud esse deter minate verꝝ. hoc erit per a. hac aūt existente determinate vera essentia est ratio intellectui di uino cognoscendi illud verū. ita qꝝ scīm eum in ꝓmo instāti quo talia complexa cōtingentia offe rūtur per intellectū non sunt ve ra. quia tūc nichil est per quod habeant veritatē determinatā. posita aūt determinatione volū tatis diuine iam sunt vera in se cundo instāti. ꝛ tunc sunt cogni ta et fuissent etiā cognita in pri mo instāti si tunc fuissent vera.

E improba tio op. sco ti.

¶ Unde describit ꝓphetia' ꝙ est diuina inspiratio euentuz rei immobili veritatę demōstrās. Nō quidē intelligēdo ꝙ sit immobilis id est necessaria veritas simpliciter absolute sed condtionaliter. sic ꝙ necesse est si aliquid ē prophetatum illud euenire. Et ideo sicut possibile est ꝙ illud non sit verū ꝙ Job predixit de resurrectione. ita possibile est ꝙ nunq̄ prophetauerit de resurrectione. Et de potestate antixpi futuri erit facere ꝙ xps in aliquib⁹ q̄ predixit de ipo nō fuerit ꝓpheta. Et simliter posset dici de multis, sed transeo. quiu ex predictis satis patet via subtilibus ad multa ꝛcludēduz in

hac materia Et hec de toto tertio articulo. Ad rationes ꝓncipalis questionis patet clare ex trib⁹ articulis premissis ꝗd dicendū sit. Et hec de questione.

¶ Questio tertiadecima de potentia dei. ⁊ causalitate.

Fquestio deciatia.

Utrū de⁹ sit ꝓma cā omps ⁊ oi faciens.

1. arguit.

2. arguit.

3. arguit.

Circa quadragesimā secundam distinctionē et alias sequētes in quibus magr̄ agit de potentia et causalitate dei. Quero vtruz deus sit pria causa simpliciter omnipotens ⁊ vniuersaliter oi faciēs. ¶ Et arguitur primo ꝙ non qr nō oñe possibile fieri deus potest facere. igitur de⁹ non est simpliciter omps. Consequētia satis patet: sed añs ꝓbatur. qr malū vel peccatū est possibile fieri a creatura et non a deo. qr nō pōt peccare. igitur ⁊c. ¶ Secundo arguit sic. qr nō omne factibile deus potest solo facere. igitur non est prima causa vl'r oifaciens. Consequentia ptz qr prima cā vniuersaliter oifaciēs ꝗcūd potest cum causa scōa pōt se sola. aliter non esset prima. sz añs ꝓbatur. qr actus odij dei ē factibilis a causa scōa. ⁊ tñ illū non potest deus se solo facere. aliter sequitur ꝙ de⁹ nullo coagente posset actū culpabilē facere. quod est contra doctrinam sanctoꝝ. igitur. ⁊c. ¶ Tertio arguitur sic. qr nullum producibile qđ de facto ꝓducit deus pōt melius facere. igitur de⁹ nō est simpl'r omps Consequentia satis ptz: sed añs probatur qr dei potentia productiua est infinita. ergo quicquid producit infinite producit. quia sua productiua potentia ⁊ sua productio actiua sunt idē. Et per ꝓns oia equaliter ꝓducit/ nec pōt aliqd melius ꝓducere ꝙ de facto producit. Igit ⁊c. ¶ In oppm oim istoꝝ ē expressa determinatio magr̄i in litter a ⁊ est cōis doctrina. ¶ In ista questiōe iuxta materiā triū argumētoꝝ erūt tres articuli. ¶ Primus vtrū de⁹ sit potentia actiua simpl'r omps. Secundus vtrū deus sit pria causa vniuersaliter omnifaciens. Tertius vtrū deus sit potentia infinita equaliter oia ꝓducens ¶ Circa primū articulū sic procedaz. Primo p̄mittā aliqs suppositiones. Secundo aliqs distinctiones. Tertio ponā aliqs conclusiōes. ¶ Quantū igit ad primū in quo videndū est quid nois hui⁹ termini omps. et qre deus dicatur omps sit pria suppositio. ꝙ deus dicit omps/ vel oipotentia: non a potētia passiua: sed actiua. Patz et primo ꝙ deus dicatur omps vel oipotentia. est articulus fidei. vt appareat in symbolo ⁊c. Uñ etiā Exo. 15. dr̄ ops nomē ei⁹. Sed ꝙ hoc nō dicat a potētia passiua pz. qr nihil p̄t pati cū sit itrāsmutabilis. Ja. 1. Apud quē nō ē trāsmutatio. ⁊c. ¶ Scōa suppositio ꝙ de⁹ nōdr̄ ops a potentia actiua quasi qlz potentia actiua sit formaliter potēs qr nullā potētiā actiuā creatam (sicut ignis alteri⁹ve creature) habet formaliter ⁊c. Tertia est ꝙ deus nō dicitur omps quia possit producere omne possibile ꝓduci. siue oñe illud quod produci nō ipplicat cōtradictionē. Patet quia filius vel spiritus sanct⁹ nō esset

Jn oppm.

Decisio q stionis.

H 1. articls.

I

omps. Cõsequens est cõtra doctrinã sãctoꝝ. ⁊ reputatur hereticum. cõsequentia ptz. qz neuꝫ pducere põt oñe pducibile cũ quilibet eoruz sit producibilis. imo de facto productus a pñ nõ possit pduci a se ⁊c. Et eodẽ mõ argueretur de essẽtia diuina q̃ nulli producibile põt pro-
A ducere ad intra ⁊ c. Quarta est q̃ deus non dicitur omps quia possit facere omẽ possibile siue oñe illud quod eẽ nõ implicat cõtradictionẽ. Patet quia non potest facere se: ⁊ tamen ipm eẽ non implicat cõtradictionẽ et c.
B Quinta est. q̃ deus non dicitur omps: quia possit facere omne illud quod fieri ab ipso non implicat cõtradictionem. Patet qz pari ratione oñe illud esset omnipotẽs quod posset aliquid facere. vt patz clare ⁊c. ¶ Sexta ẽ
C q̃ deus dicitur oñipotẽs quia potest facere oñe factibile siue oñe illũ qđ fieri nõ implicat cõtradictionem. Patet ex dictis a sufficiẽti diuisione. quia non apparet alia ratio quare dicatur
D omnipotens. ¶ Unde ex predictis pz. q̃ iste terminus oñipotens: vel omnipotẽtia est vnus terminus includens istum terminũ potens. vel potẽtia in recto. et hoc signũ distributiuum omnis ī obliquo cũ vno alio termino distributo in obliquo ibi subintellecto. terminus aũt ille distributus põt subintelligi vel iste terminus ꝑducibile/ vl̃ iste terminus factibile ita q̃ talis terminus ibidẽ distribuitur. et nõ iste terminus rectus. potẽs vel potentia. sicut supra dictuz fuit in questione de equalitate ꝑsonaꝝ articlo. 3. Et ꝑz hoc iste terminus oipotentia põt dupliciter sumi. Uno modo large. et sic describeret oipotentia q̃ est potẽtia ois ꝑducibilis ꝑductiua. Alio mõ stricte ⁊ sic describeretur omnipotentia q̃ est potentia cuiuslibet factibilis siue omnis producibilis ad extra ꝑductiua. Unde primo modo nõ sumitur apud sanctos. sed secõdo modo sicut dictũ fuit in questione supra dicta. Et ratio fuit ibi
E assignata ¶ Secũdo patet q̃ oi potentia primo modo dicta nõ dicit perfectionẽ simpl̃r: nec illo modo deus dicitur oipotẽs. Patet. qz talis nõ cõuenit cuilibet perfecto simpl̃r: qz nec filio nec spũisancto / nec essentie diuine ⁊c. ¶ Tertio patet q̃ oñi potentia secũdo modo dicta dicit perfectionem simpl̃r. et illo modo dicitur deus omps. Patz quia talis cõuenit cuilibet perfecto simpl̃r. ⁊c. ¶ Et si dicatur Instãtia:
q̃ pari ratione qua dicit q̃ posse facere aliquã rem siue eã ꝑducere per factionez (sicut creaturam) dicit perfectionẽ simpliciter. eadem ratione potest dici q̃ posse ꝑducere aliquã rem (sicut diuinã personã) ẽ posse simpliciter. et dicit perfectionẽ simpliciter. etisic aliqua perfectio simpliciter conuenit patri q̃ nõ conuenit filio. qz posse ꝑducere aliquã rẽ ⁊ nõ per factionẽ non videret diminuere de perfectione ⁊c. ¶ Rñdeo q̃ ex hijs q̃ sunt
F fidei sequitur q̃ nõ posse ꝑducere filiũ / vel ꝑsonã diuinã stat cũ oipotẽtia que dt perfectionẽ simpl̃r. hoc tñ nõ est euidens. sicut bñ ꝑbat rõ. sed tñ aliquam creaturã nõ posse ꝑducere (sicut hoinem vel asinũ. siue aliq̃d nõ Solutio.

posse producere qđ tñ est factibile) non stat cũ omnipotẽtia q̃ dicit pfectionẽ simplr. licet etiã hoc non sit euidens. Pz: qr mlti philozophi posuerũt primã cãz nichil facere vel agere in genere cause efficientis: et tñ esse pfectam simpliciter. Et ideo posse producere diuinã personam non dicit pfectionẽ simpliciter sed bene posse ꝓducere creaturam. et sic aliquis est simplr pfectus qui nõ põt ꝓducere qđlibet ꝓducibile sicut diuinã psonam et tamẽ non esset simplr pfectus si aliquã creaturã non posset producere. Et licet nõ sit euidens. quare vnũ magis debeat concedi qꝫ aliud. tñ vnum debet concedi et non aliud: qr ad. hoc obligamur p fidẽ. sicut clare patet et supradictis. ꝛc.

¶ Quarto patet qꝺ cũ oipotentia que dicit pfectionem simpliciter ꝛ ſm quã deus dicitur oipotens solũ respiciat ꝓobiecto creaturam siue rem ꝓducibilez per factionem. ideo oipotentia sic dicta et ops illo modo bene describitur per hanc oronẽ vel equiualẽtem scilicet potens facere quicquid fieri nõ implicat ꝯtradictionẽ. ¶ Sed hãc descriptionẽ reprobat Hugolinus; et instat cõtra eã. qr pctm fieri nõ implicat cõtradictionẽ. ꝛ tñ deꝰ non potest facere pctm ꝛc. Ideo dat aliam descriptionẽ et dicit/ qꝺ omnipotens est qui potest facere quicquid fieri ab omnipotente non implicat cõtradictionem. Hec autem ratio nichil valet. quia descriptũ ponitur i descriptione quod non debet fieri sicut patet. 6. thopicorum. ideo non est descriptio sed ridiculosa petitio. Nec valet instãtia qꝫ tenendo qꝺ deus non põt facere peccatũ: consequenter dicendũ est sicut ipse tenet qꝺ peccatum nichil est ideo sub illo distributiuo quicquid quod soluz distribuit istũ terminũ ens non cõuenienter sumitur ille terminus peccatũ. ideo non valet sua ꝓña vt patet. Unde cũ omnipotẽtia non habeat pro obiecto nisi creaturam. vt dictum est. et peccatum ſm ipsum non sit creatura patet manifeste qꝺ nõ valet sua instantia. sed de assũpto magis alias videbitur ꝛc. ¶ His ergo premissis ad maiorẽ declarationem predictoꝝ videndũ ẽ vtrũ omne possibile fieri siue oñe qđ fieri non implicat contradictionem deus possit de sua absoluta potentia facere. ¶ Circa qđ ad declarationẽ terminoꝝ premittã tres distinctiones. Scõo ad articulũ ponã tres ꝓcloes. ¶ Prima distinctio ẽ de isto termino possibile. Nã possibilium quedã sunt incomplexe significabilia. quedã vero complexe. Prio modo adhuc possibile sumitur dupliciter. Uno modo vt distinguitur contra actũ eius. et sic oñe quod nõ est ꝛ põt esse (sicut antiqui) dicitur quoddã possibile. Alio modo vt distinguitur ꝓtra necessariũ. ꝛ sic oĩs ẽtitas etiam actu exiſtens que potest esse et potest nõ eẽ dr quoddã possibile Et ꝓportionabiliter possibile secũdo modo dictũ põt dupliciter accipi. Uno modo vt distinguitur contra verum ꝛ sic solum enunciabile non verũ ꝛ nõ impossibile est possibile. Alio modo vt distinguitur contra verum necessarium. ꝛ sic oẽ enun-

Op. hugolini.

Improbatio hugo.

ciabile etiam verū potens tñ eē falsum dicitur possibile. Quantum ergo ad primū modū aliq̄d dicitur possibile fieri. quia põt fieri aliqua entitas. Sed q̄tum ad secundū aliquid dicitur possibile fieri non quia talis propositio vel enunciabile possit fieri sed quia põt fieri q̄ ita sit sicut
A per eam signaf ꝛc. ¶ Scōa distinctio est de termino isto facere. Unde fm q̄ sententialiter post Ansel. de casu dyaboli. prio capitulo. aliq̄s dicitur facere dupliciter. Uno modo positiue et hoc dupliciter. scz vel de nouo efficiendo vel factum conseruā do. Alio modo negatiue non faciendo oppositū/ seu ipsā nō p̄hibendo cum tamen hoc posset Et sic dicitur de⁹ facere aliquā rem que erat non esse cuz cessat facere eam esse et similiter q̄ nō sunt potest dici facere non eē q̄ cum possit nō facit ea esse. Hoc modo loquitur Augustinus. 12 libro de ciui. dei. ca. 17. Res q̄s deus condidit et vt pri⁹ nō eēnt egit q̄ diu nō fuerīt ꝛ vt posteri⁹ eēnt q̄n esse ceperunt. Prio mō sumitur proprie. et secundo mō
B improprie. ¶ Tertia distinctio est circa istū terminū potētia absoluta. Unde deum posse aliq̄d facere solet dupliciter intelligi Uno modo fm potentiam absolutam. Alio modo fm potentiā ordinatā non q̄ in deo sint; due potentie. vna absoluta ꝛ alia ordinata sed deus, dicitur illud posse de potētia absoluta quod simplr et absolute põt. Et sic intelligit de⁹ ops. et de tali potentia sp loquar in p̄nti. articulo. vt satis ptz. Sed deuz aliquid posse de potentia ordinata potest dupliciter intelligi. Uno modo stricte quod potest stante sua ordinatione qua eternaliter voluit se sic vel sic esse facturuz. ꝛ sic solum potest illa que ipse ordinauit se facturuz. Alio modo p̄t intelligi magis large. quod põt stante veritate legis seu scripture diuine. Et sic possibile ordiate potest dici illud quod est possibile absolute et non obuiat alicui veritati legis ordinate vel scripture sacre. Et vtroq̄ istoꝝ modoꝝ dicitur q̄ impossibile ē de potentia ordinata vltimum iudiciū nō fore. quia licet sit simpliciter et absolute possibile. tamen non stat cum eterna dei ordinatiōe/ ꝛ obuiat sacre scriptu
C re. ¶ Isti autem duo modi differunt quia aliquid est impossibile de potentia ordinata primo modo et non secundo modo. Sicut si sortes sit reprobatus hec est impossibilis de potentia ordinata primo modo. Sortes saluabitur. vt patet ꝛc et tamē nō est impossibilis secundo modo: quia est absolute possibilis: nec obuiat sacre scripture. cum nec hoc nec eius opposituz sit reuelatum in scriptura. Similiter etiaz aliquid est possibile de potentia ordinata secundo modo et non primo modo. sed nunq̄ econuerso quia quicquid obuiat scripture sacre repugnat ordinationi diuine. sed non econuerso. Et ideo secūdus mod⁹ ē in plus q̄ primus. vt patet. qr quicquid est possibile primo mō est possibile secundo modo. sed nō ecōuerso vt dictū est. Scōus aūt modus videt magis ppri⁹ q̄ primus. qr fm primū modum nihil ē possibile de potētia ordi-

nata nisi quod est vt erit. Simi
liter isto modo cuiuslibet ꝫ tra=
dictiōis de ꝫtingenti vna pars
est impossibilis de potentia or=
dinata. nō autē secundo modo.
vt ptz de istis. sortes saluabitur
sortes nō saluabit. demōstrato
aliquo viatore. Et istud facili=
ter ptz. ꝛc. Predicte autē distin=
ctioni ꝫcordat illa distinctio ma=
gistri in littera. ꝛ quorūdā anti
quoꝝ ꝙ quedā deus potest de
potentia q̄ nō potest de iustitia
Istud em̄ dicitur nō posse de iu
stitia qđ obuiat ordinatiōi siue
volūtatis vel veritati siue legis
quaꝝ vtraq; est regula iustitie.
sed illud dicit posse de potentia
absoluta qđ absolute ꝛ simpliciter pōt q̄uis oppositū ordina=
D uerit ꝛ reuelauerit. ꝛc ¶ His ꝫ
distinctiōib⁹ p̄suppositis ponā
ꝫtra magistrū Gregoriū tres cō
clusiones respōsales huic arti=
1. ꝫclusio culo. ¶ Prima est ꝙ omne possi
bile primo modo (id est oēm en=
titatē possibilē) deus potest fa=
cere accipiēdo facere primo mō
2. ꝫclusio ¶ Scđa est ꝙ oē possibile enun
ciabile deus potest facere esse
verū: accipiendo facere primo/
3. ꝫclusio. ꝛ secūdo modo. ¶ Tertia est ꝙ
nō oīne tale possibile de⁹ potest
facere esse verū accipiēdo face
E re primo modo. ¶ Probat̄ pma
Probat. ꝫclusio auctoritate scripture sa
1. ꝫclusio. cre. qz nō potest euidēter ꝓbari
ratiōe. vt tactū est supra/ ꝛ post
etiā dicetur. Ad hoc autē est ex
pressa auctoritas Sap̄. 7. vbi de
sapiētia icreata dicit ꝙ est oīm
artifex ꝛ habens oēm virtutem
Et iterū cum sit vna oīa potest.
Igitur. ꝛc. Et iteꝝ. Sapiētie. 11.
Quomodo posset aliquid pma
nere nisi tu voluisses. Igit non
soluz deus quodlibet possibile
potest facere. sed etiā factū con
seruare. imo sine ipso nō potest
ꝫseruari ieesse. quare. ꝛc. Multe
alie auctoritates scripture et
doctoꝝ possent induci sed iste
sufficiūt. ꝛc. ¶ Secūda etiā cō= F
clusio nō potest euidēter ꝓbari Probat.
ratione: sed ꝓbatur auctorita= 2. ꝫclo.
te. Primo p verbū xp̄i. Mathei.
19. Apud deū oīa possibilia sūt
Secūdo per illud Luce. 1. Non
erit impossibile apud deū oīe
verbū. i. omne enūciabile nō im
plicans ꝫtradictionē. Tertio p
illud Gen̄. 18. Numquid deo est
quicq̄ difficile. In oibus autez
his fit locutio de possibilib⁹ cō=
plexis. vt ptz intuēti scripturā.
ꝛc. ¶ Tertia ꝫclusio probatur. G
Nam possibile est nullam rem Probat.
preter deū esse. ꝛ tamē illud nō ꝫclusio.
potest deus facere loquēdo pro
prie de facere. Nā si illud sic fa
ceret iam aliquid preter deum
esset. Illud tn̄ potest facere secū
do modo. Hanc autē ꝫclusionē
ꝓbat magister Gregorius per
hoc ꝙ possibile ē creaturā pec=
care. ꝛ tamen de⁹ nō potest face
re creaturā peccare. primo mo=
do capiendo facere. Et hoc ipse
ꝓbat tripliciter. sed quicq̄d sit
de veritate ꝫsequētis alias ostē
dam ꝙ rationes sue nō sunt ef=
ficaces quādo agam de causa
peccati. ꝛc. Concedit tamen (et
hoc est verū) ꝙ de⁹ potest facere
creaturā peccare: ꝛ facere ma=
la: ꝛ peccata/ accipiendo facere
secundo modo. qz hec ꝓmittit et
posset ea ipedire sicut satis ptz
¶ Ex p̄dictis sequūtur aliqua H
corrolaria. Primo sequit ꝙ ad
oipotentiā quam deo attribu=
mus nō ptinet ꝙ oīne possibile

posset facere primo modo. ptz de istis. de⁹ nichil facit/ vl̃ ꝑseruat. ꝛc. Secũdo sequit̃ ꝙ ad oi= potentiã quã deo attribuimus ptinet ꝙ omne possibile nõ. vez ad qõ esse verũ nõ sequit̃ ꝓtradictio seu primũ principiũ non esse. possit facere esse verũ accipiẽdo facere cõmuniter ad primũ ꝛ ad ſm modũ. Siue breui⁹ loquẽdo. omne tale potest p̃ diuinã potentiã esse verũ patz ex predictis: ꝛ dico possibile ad qõ esse verũ nõ sequit̃. ꝛc. qz aliqõ est enũciabile possibile ad quod esse verũ sequit̃ ꝓtradictio. sicut istud nullũ enũciabile est verũ.

A ꝛc. ¶ Tertio sequit̃ ꝙ nõ est nobis euidens nec demõstrabile ꝓ rationẽ: aliquã potentiã actiuaz esse oipotentẽ. ptz. qz nõ est sic euidens aliquã potestatem actiuã esse vniuersaliter efficientẽ. Jgr̃. ꝛc. Cõsequentia satis ptz. ꝛ antecedens apparebit in ſcõo articulo ꝛ satis pz ex alias dictis. Quarto sequit̃ ꝙ ꝫ ꝓbabile est aliquã potentiã actiuam in q̃libet actione preexigi vl̃ esse vniuersaliter efficientez. tã ꝓbabile est eã esse oipotentẽ Patet clare. qz illa potentia est oipotẽs q̃ potest facere quicq̃d põt fieri. sicut ptz ex quid nois. sed quicũq; poneret causaz vniuersalẽ in genere cause efficientis poneret eaz potentẽ facere

B quicq̃d posset fieri. vt ptz ex q̃d nois cause vniuersaliter efficientis. ꝛc. ¶ Quinto ptz clare ex predictis. qz illi philosophi qui posuerũt nõ posse fieri aliũ mũdum. ꝛ nichil posse creari. ꝛ materiã a nullo posse fieri. ꝛ etiam potentes plura necessaria esse. sicut corpora celestia ꝛ intelligẽtias celestes. ꝛ tamẽ cũ hoc ponentes vnã causam primã vniuersalẽ in genere cause efficientis habebant ꝓsequenter ponere eam esse omnipotentẽ. patet manifeste ex predictis. Sexto ptz ex hoc ꝙ licet ista ꝓsequentia sit bona. de⁹ est omnipotens ergo deus potest aliũ mundũ facere vl̃ aliquid creare. vl̃ põt se solo quicquid potest cum alio tamen nullo modo est euidens naturaliter patz ꝙ sit bona. qz consequens est necessarium. ꝛc. Sed ꝙ nõ sit euidens satis ptz. imo antecedens est ꝓbabile in naturali lumine ꝛ nõ cõsequẽs imo magis oppositum vt satis ptz. et magis patebit in secũdo articulo ¶ Septimo sequitur ꝙ deus est oipotens: nõ solũ quo ad effectũ. sed etiã quo ad efficiendi modũ. ptz hoc. Pro cui⁹ declaratione sciendũ est ꝙ omnipotẽs potest dupliciter intelligi. Uno modo quo ad effectuz scz qz potest in omnẽ effectum. Alio modo quo ad efficiẽdi modum. scz qz se solo possit in oẽm effectũ. Utroq; mõ aũt deus est omnipotens. De primo eñ nõ est dubiũ vt ptz ex predictis. sed de secũdo modo ꝓbabile est secundũ fidẽ vt ptz ex secũdo corrolario. ꝛ magis patebit ex secundo articulo. Octauo patz ꝙ probabile est in lumine naturali aliquã potentiã esse omnipotentem quo ad effectuz. licet nõ sic quo ad efficiendi modum. Patet. quia primũ est sic probabile/ ꝛ nõ secundũ saltem nõ ita apparenter sicut suũ oppositum ꝛ hec omnia magis patebũt ex

C

D secundo articulo. ¶ Ex omnib⁹ Ad p̃mum supradictis ptz responsio ad ar principale.

gumentum factum primo loco
1.opinio āte oppositū. ¶ Unde secundū illos qui tenent q̄ de⁹ est causa peccati ⁊ p̄t causare aut velle peccatū sicut Ockam. Brand. et plures solēnes doctores concedunt negaret̄ antecedēs. Et ad probationē negaretur minor ⁊ negaretur vltra illa ꝓsequētia de⁹ potest facere peccatū ergo potest peccare. q̄ p̄ꝫs importatur q̄ de⁹ posset aliquid male facere/vl̄ aliq̄liter facere quam ter nō debet/ quod est possibile hoc autē nō denotatur p antecedens Sed de hoc alias. ¶ Sed
2.opinio. fm illos qui illud nō tenēt negaretur talis p̄ꝫs quicquid est possibile fieri deus potest facere. sed peccatū potest fieri a creatura. ergo peccatū potest de⁹ facere Unde hic est fallacia figure dictionis q̄ in maiori distribuitur vnū simpliciter absolutū p hoc distributiuū quicq̄d: ⁊ in minori accipit sub illo vnō connotatiuō. q̄ peccatū: vl̄ peccare nō tantū importat illā rem que producit sed etiā importat aliquē obligatū ad oppositam illi⁹ quod facit/ vl̄ omittit. ideo est fallacia figure dictionis. Et potest dari exēplū si arguitur sic. quicquid potest fieri de⁹ potest facere. sed creatura potest mori: ergo de⁹ potest mori. Nō cū valet p̄ña. q̄ mori nō importat precise destructionē alicui⁹ rei sed connotat destrui eā rem que dicitur mori. Et ideo licet deus possit causare destructionē rei que moritur. tamē nō potest mori in ꝓpria natura. sic in ꝓposito. ꝛc. Et hec de primo ar-
F. ticulo ¶ Quantū ad secundum
2.articl⁹. articulū in quo videndū est vtrū deus sit prima causa vniuersaliter omnia faciens. Primo videbitur quid tenendū sit circa hoc fm fidem. Secūdo quid dicendū esset sequendo rationē naturalē. Circa primū premittā aliquas ꝓpositiones que sunt supponē de ex fide nec possunt euidēter ꝓbari ex ratione. Prima est q̄ oim que fiūt deus est causa ea de nō esse ad esse ꝓducens. Ptz p illud Ioh. 1. Oia p ipsum facta sūt. Et illud Ysa. oia fecisti tē oia visibilia ⁊ inuisibilia. ꝛc. Secūda est q̄ oim que fiūt de⁹ est causa ea immediate de nō esse ad esse ꝓducēs. Hec ꝓpositio est cōtra illā opinionē quā recitat Augustin⁹ 5. sup Gen. ca. 23. vbi dicit. Sunt cū qui arbitrant tantuz mundū ipsum factū a deo cetera fieri tam ab ipso mūdo sicut ille ordinauit ⁊ iussit. deū autē ipsum nichil operari. hanc ibi expresse reprobat Augustinus Et p illud verbū xp̄i Joh. 5. Pater meus vsq̄ modo operat. ꝛc. et p multas alias auctoritates Et ibidē determinat p multa capitula. q̄ ꝓductionē cuiuslibet effectus de⁹ immediate simul cū alijs causis secūdis cōcurrit et principalius ꝓpter quā principalitatē dicit aliquādo ista nō nisi a deo fieri et ipsa creari. ꝛc. ¶ Tertia ꝓpositio est. q̄ oim q̄ E
facta sunt de⁹ est causa ea immediate in esse cōseruans. ptz primo p auctoritatē sapiētis supra inductā in primo articulo. Item ad Colloc. 1. Oia p ipsum/ et in ipso creata sunt Et sequit Et oia in ipso cōstant. Item Deb. 1. Portās oia verbo virtutis sue Ubi glosa. sicut ab eo creata sūt oia. ita per eū cōseruantur. Plu

res sunt alie auctoritates scripture et Augustini. Quarta p̄positio est q̄ oim que fiũt/vl̄ facta sunt solus deus est imediata causa pducens vl̄ ꝓseruans ꝓtz quia nulla est causa prior a qua moueatur ad causandũ. vt dicit Augustin⁹ ꝛ probat magister in littera. ¶ Quita est q̄ nõ oim que fiũt vl̄ facta sunt solus deus est imediata causa producens vl̄ conseruãs. ꝓtz q̄ aliter sequitur q̄ creatura nichil imediate pduceret vl̄ cõseruaret. ꝓtra illud Luc. 21. vbi xp̄s dicit q̄ arbores pducunt ex se fructũ simliter videmus q̄ ad absentiã solis desinit ei⁹ lumen ergo pbabile est q̄ sol ipsum producit ꝛ ꝓseruat. Et mlta possẽt induci sed satis patz. Sexta est q̄ oim que fiũt vl̄ facta sunt solus deus potest esse imediate causa pducens ꝛ conseruans. patz primo negatiue exclusiue. scz q̄ nichil aliud a deo se solo hoc possit/satis ptz. q̄ ad min⁹ sui ipsi⁹ nõ potest esse causa. ꝛc. Sed affirmatiue exclusiue. scz q̄ de⁹ hoc potest se solo licet nõ posset pbari euidẽter ex scriptura. tamen apparet pbabilis secundũ fidẽ. q̄ nichil est a deo distinctũ q̄n possit esse absq; alio creato ab eo totaliter distinctũ. q̄ quodlibet tale est contingẽs secundũ veritatem fidei. nec ad ipsum esse sequitur necessario aliud creatum ab eo distinctuz esse. nec p̄ consequẽs ad ipsum nõ esse aliud nõ esse. Et p̄ consequens de⁹ potest se solo quicq̄d potest cũ alio. ꝛc. ¶ Septima p̄positio est q̄ quicquid deus facit vl̄ conseruat libere ꝛ nõ necessario facit vl̄ ꝓseruat. ꝓtz primo auctoritate supra allegata. Sap̄. 11. Itẽ in psalmo. quecũq; voluit fecit. Itẽ Eph̄. 1. De⁹ oia operatur secundũ ꝓsiliũ volũtatis sue. ergo libere ꝛ ꝓtingẽter. Uerũ est tamẽ q̄ ista ꝓña nõ est euidẽs. q̄ posset dici q̄ licz de⁹ operaī p̄ volũtatẽ/ ꝛ p̄ libertatẽ ꝓplacẽte nõ tñ sequit̄ q̄ libertate contingẽtie. sed tamẽ ꝓña ulla est catholica. Item ꝓtz aliter q̄ si nõ. ꝛc. sequitur q̄ aliud a deo esset necesse esse: q̄ necessario deus illud faceret ꝛ ꝓseruaret. ꝛc. Octaua p̄positio est quicq̄d de⁹ facit/vl̄ ꝓseruat cõtingẽter vult facere/vl̄ ꝓseruare. ꝓtz ex alia. q̄ impossibile est eũ facere vl̄ ꝓseruare aliquid ꝛ non velle facere/vl̄ ꝓseruare illud. vl̄ etiaz econtra. Et p̄ ꝓsequẽs sicut contingẽter facit sic vult ꝓtingẽter facere. ¶ Sed contra hanc p̄positionem est quedam opinio dicens q̄ deus nichil vult contingenter facere quia aut illud velle simpliciter in se esset contingens quod nõ potest dici. cũ illud velle sit deus ꝛ per consequens necesse esse. Aut habitudo illius velle ad illud q̄d vult facere esset contingens. hoc nõ quia non potest assignari que res esset illa habitudo vtrum ens rationis vl̄ reale nisi ponatur q̄ sit ipsummet velle diuinũ Et t̄ p̄ ꝓña sicut ipm̄ ẽ simpl̄r necessariũ; sic ꝛ illa hĩtudo. ꝛ p̄ ꝓña necessario vult. Unde finaliter concludit hec opinio q̄ de⁹ producit quicquid producit absq; hoc q̄ determinetur p̄ aliquod velle intrinsecum ad producendam et tamen dicitur voluntarie producere. quia in sua potestate habet pducere ꝛ nõ pdu-

Instantia ꝓ. ppõnez

Cere. Hec aūt opinio falsa ē. nec improbat sufficienter seipaz exprimit. ido uistantia. dico breuiter ꝙ sicut deus contingenter aliquid scit fore, sic cōtingēter aliqd vult facere. Nec ex hoc sequiturꝙ in deo, vel dei sciētia vel volitione sit contingētia intrinseca. Unde ad rationē .2. istāti[a] oppositam dico ꝙ nec velle diuinum quo vult aliqd facere, nec eius habitudo ad illud est contingēs ꝛz simpliciter necesse esse. ipsum tamē velle ē ꝓtingēter velle faciēdi illud ꝛ habitudo ē ꝓtingēter habitudo ad illud sicut dictū est supra de p̄scientia respectu futuri ꝓtingentis: ꝛ similis difficultas ē vtrobiqz. Nona ꝓpositio ē ꝙ licz deus sit necessario omnipotens tñ contingēter est omnifaciēs. ptz ex dict̄. Decima est ꝙ cuius necessario deꝰ est omnipotēs tñ necessario si aliquid fit ipse est omnifaciēs. ptz sicut nihil fit sine ipso: sic nichil pōt fieri sine ipo vt diffuse ꝓbat Brandō. in summa sua. Unde hec est radix ad defendendū causaz dei contra pelagiū. vt patebit i secundo ꝛc. Istis ꝓpositionibꝰ p̄suppositis ex fide consequēter videndū est qnid circa hec sit ꝓbabile naturali ratiōe. Unde sit hec vndecima ꝓpositio. ꝙ probabile est naturali ratiōe ꝙ omnium que fiunt vel facta sūt deꝰ est prima causa, ipsa mediate vl̄ immediate producens, vel conseruans. patz. quia probabile est deum eē causā primā actiuam pfectissimā et p̄ ꝓsequens vniuersalē respectu oīm effectuum. Non est tñ ita apparēter ꝓbabile ꝙ deꝰ sit immediate causa oīm effectuū. quia multi philosophi concednnt primū et negant secundū sicut supra etiam ptz. Et q̄ fuerit circa hoc opinio Aristotelis. dubium est quicqd tñ sit de hoc: dico ꝙ p nullā rationem multuz apparētē potest probari deum non eē causā immediate concurrētem ad omnē effectum ꝛc. ¶ Duodecima propositio est ꝙ non est ita ꝓbabile naturali ratiōe ꝙ deus possit immediate facere se solo quicquid potest cum alia sicut oppositū licet neutrū etiā sit demōstrabile. ptz. quia cōmuniter oēs philosophi ꝓcesserūt ꝙ ex nihilo nihil p̄t fieri sicut ptz primo physi cox. ergo saltem in istis generabilibus ꝛ corruptibilibꝰ nō possuissent deuz per se posse facere formas generabiles ꝛ corruptibiles. Aliter sequitur ꝙ posset creari qđ est contra suppositum quod est probabiliꝰ in naturali lumine q̄ suū oppositum q̄ nō sit demonstrabile. Et si petatur vnde philosophi mouentur ad ponendū causam sēcam necessario concurrere. dico ꝙ propter hoc quia vident ꝙ causa secunda approximata sequitur effectus: ꝛ ipsa non posita nunq̄ ponitur. Quā rationē tāgit philosophus secundo de generatione ad probandum solem eē causam istorum inferiox. Itē illud etiam posuerunt ꝓpter hoc qa cum deꝰ fm eos sit causa naturalis: ꝛ non libera libertate ꝺictionis si posset aliquē effectum ꝓducere sine causa secūda quē ꝓducit cū ea. sequitur ꝙ añ approximationē causē secunde ꝓduceretur effectꝰ ille ꝓpter existentiā causē sufficientis. cuius tamē experiētia declarat oppositum. Nec tñ propter hoc nega

nerunt deũ esse causam primaz oim effectuũ/ vl̃ immediate/ vl̃ saltez mediate. Et si dicatur ꝙ causa prior prius agit. ergo in illo priori nõ agit causa scõa ꝛc. Dico ꝙ nõ est imaginandũ ꝙ causa dicatur ꝓma. quia in aliquo instanti priori operetur ad effectum, ꝛ in secundo instanti operetur causa secunda ad eũdem effectum sed in eodem instanti totaliter vtraq;. Et ideo negatur de virtute sermõis ꝙ causa prima priꝰ agit nisi intelligitur ꝓius. id est principalius ꝛ perfectius. vl̃ aliquo tali mõ. ¶ Decimatertia est ꝙ probabile est naturali ratiõe ꝙ quicq̃d deꝰ agit ipe agit libere. Patz. quia nobilissimus modꝰ agendi (scz p intellectum ꝛ voluntatem) est deo attribuendus. ergo deus agit libere. quia per volũtatem seu voluntarie saltem libertate cõplacentie. Non est tñ ita apparens probabile ꝙ libertate contingẽtie. quia non est clarum ꝙ omne agens p volũtatem agit contingenter/ ꝛ non naturaliter. Nam multi ꝓphi concedunt deũ agere per volũtatem: ꝛ tñ necessitate nature etiã multi theologi concederent ꝙ deus p voluntatem ꝓduceret spiritũsanctum et tamen naturaliter ꝛ necessario. ergo eodẽ modo stat ꝙ deus agat p voluntatẽ/ vel voluntarie ꝛ tñ necessitate nature. Ideo sit hec quartadecima ꝓpositio ꝙ non est ita ꝓbabile naturali ratione ꝙ deus agat libere libertate cõtingentie. sicut oppositum licet neutrum sit demonstrabile. Patet ex predictis in duodecima propositione ꝛc. ¶ Si vero dicatur cõtra. ꝙ aliqua causa agit ꝙtingenter. ergo prima causa etiam agit contingẽter. Antecedẽs patet de voluntate creata. que etiam a ꝓphis cõceditur esse libera. Et ꝓsequentia tenet quia quelibet causa secunda agit inquantum mota a prima. ꝛ per consequẽs eodem mõ movebit ꝛ causabit sicut ꝓma. ¶ Dico hic ꝙ illa consequentia a multis phis negaretur. ꝛ ratio eẽt quia dicerent ꝙ vl̃ voluntas non dependet a causa prima nisi in conseruari: ꝛ non i suo libere operari vel si ita foret ꝙ nõ staret scõam causã agere prima non coagente. tameu adhuc nõ sequit̃ ꝙ necessario ageret cã secunda quoniam nõ stat voluntatẽ velle nisi intellectu coagẽte. Et tñ nõ sequitur intellectus necessario intelligit. ergo voluntas necessario vult. Et sic in proposito. Dico tñ ꝙ prima solutio est probabilior ꝗ secũda. quia cum idem effectus nõ possit eẽ necessario ab vna causa / ꝛ contingẽter ab alia: videtur mihi ꝙ si concederetur ꝙ deꝰ coagit immediate ad actũ volũtatis. quod si contingẽter ꝛ libere est a voluntate etiã ꝓtingenter est a deo. Et sic concessa libertate cõtingẽtie in volũtate creata ẽt ꝓcedẽda erit in volũtate diuina. quare ꝛc. ¶ Si autẽ queratur quid sup hoc senserit Aristoteles. dico ꝙ eius intẽtio fuit ꝙ deus nõ operat̃ libere libertate ꝓtingentie. Aliter habuisset concedere ꝙ ipse potuisset velociꝰ ꝛ tardius movere primum mobile. ꝛ tñ talem libertatẽ concessit in hoie respectu actuũ quos operatur volũtarie. vt ptz in libris moralibꝰ. Unde sequitur. ꝙ si ipe ꝓcessiꝰ

A

Solutio. ℂ

Alia soꝰ.

B

Instãtia.

D

set deū coagere i oī opatōe ipse incōuenienter locut⁹ fuisset de libertate in homine ⁊ in deo. vt patet ex dictis Quia illo suppo sito dico ꝙ illā sequitur ista. sed dubium est quid sup illo senserit Aristoteles de quo alias vi debitur. ¶ Ex supradictis patz
Ad scām principale. responsio ad secundā rationem ante oppositum questionis. Un de quando dicitur quia nō oīe factibile ⁊c. ergo ⁊c ¶ Primo di co ꝙ licz antecedēs sit probabi le naturali ratiōe (vt dictū fuit) tamē ꝑm fidez est impossibile. ⁊ ideo ꝙsequentia est bona. Dico tamē secundo ꝙ probatio cōse quentie non valet. quia aliqua causa non dicit prima. quia pos sit se sola quicquid pōt cuz alia. sed dicitur prima quia a nulla alia est causata ⁊ quelibet alia est causata ab ea: vl immediate vl mediate. ¶ Tertio dico ad p bationē antecedentis. ꝙ licz de us non possit se solo facere actū odij dei. vt patz ex dictis in alia questione. tamē actum odij dei potest se solo facere. quia ille actus potest eē ⁊ non ee odiū dei/ ⁊ ꝙ ꝙsequēs eē pctm̄. ¶ Quarto dico ꝙ unprobatio illius vite rius non valet quando infertur ꝙ ergo deus nullo coagēte pos set actū culpabilez facere. quic quid enim sit de cōsequēte. cō sequētia nō valet. sed bñ sequit ꝙ ergo actum culpabilē/ vl pec catum pōt deus nullo coagēte facere. ex qua non sequitur prima. sicut nec sequitur mortuuz deus potest facere viuēs. ergo deus potest facere mortuum vi
F uens. ¶ Si vero dicatur contra
Instātia. hunc actū potest de⁹ facere nul lo coagente ⁊ hic act⁹ nō pōt nō eē culpabilis. Igit ⁊c. Respon deo negando minorē quia odiū dei pōt non eē odiū. Unde si illū actū qui est odiū dei i mēte dya boli / de⁹ poneret sine subiecto tūc non esset odiū sicut nullus esset eo odiens. imo forte ꝑm su pradicta sī entitas illa fierz a so lo deo in ipsa voluntate adhuc non esset odiū. nec voluntas ip sa formaliter oderet: cū ad hoc requiratur ꝙ talez actū partia liter efficiat ⁊c. Quicquid tamē sit de hoc secundo ꝑmum est sa tis certum. ⁊ sufficit ad propos tum quare ⁊c. Et hec de secūdo articulo. ¶ Quātum ad tertiuz articulam in quo videndum est Utrum de⁹ sit potentia infinita ¶ Primo videbitur vtrū de⁹ sit potentia vigoris infiniti siue in finite ꝓductiua. ¶ Scōo videbi tur vtꝝ deus sit potentia alicu ius entis infinite absolute ꝓduc tiua. ¶ Tertio videbit vtrū deus sit potētia alicuius entis finiti infinite ꝓductiua. Circa p mum punctum est opinio. Egi dij dicētis ꝙ non solum ꝑm fidē deus est ꝙcedendus infinite po tentie intēsiue. sed etiā hoc idē tenendum ꝑm Aristotelis opi nionem. Et ꝙ illa fuerit Aristo telis opinio ostēdit ex processu eius. 8. phisicoꝝ capitulo. ꝑmo. vbi probat deū/ siue primū mo torem nō esse ꝙunctum magni tudini per hoc est infinit⁹. nec vi detur ꝙ solum intelligat de in finitate in duratione quia tunc ratio nō ꝓcederet. vt ptz. q̄re ⁊c.
h ¶ Sed magister Gregorij tenet op. grego ꝙ ista non fuerit opinio philoso phi. propter quod duo suppōit. rj·
¶ Primū est ꝙ de⁹ est motor ap propriat⁹ primi orbis. ¶ Scdm

Solutio.

op. egidij

est q ꝑm opinionem Aristotelis de us mouet ipiu oe necessitate nature: et non ꝓtingenter et libere. Aliter cũ posset irregulariter/ et velocius/ et tardius mouere. imo nõ omino mouere. cui⁹ oppositũ ꝓbat scõs celi. Et ꝓis arguit q si deus eẽt hoc mõ potentie infinite. sequitur q deus moueret orbem suuz in instanti quod est ꝓtra experiẽtiã. Et cõsequẽtia ꝓz qz mouet orbem per primũ suppositũ: ꝛ mouet naturaliter non libere per scõm: ꝛ ꝓ ꝓñs ꝑm vltimũ sue potentie. sed ꝑm phm/ ꝛ ꝑm veritatẽ si aliqua virtus naturaliter mouens esset infinita intensiue moueret i instanti. ꝗre ꝛc. Itẽ scõo celi cõmento. 36. dicit cõmẽtator. credẽdum est q potentie mouentiuz sũt terminate ꝓportiõis ad corpora mota. ꝛ q infinitas nõ inuenitur in eis nisi ꝓpter eternitatem. ꝗre ꝛc. ¶ Unde sciendum ꝓ solutione rõnum ad oppm̃ q aliquid põt dici infinitũ quattuor modis. Uno mõ in duratiõe: qz durat eternaliter Et sic scõm phm̃ non solũ deꝰ est infinitus: sed ois alie intelligentie ꝛ celũ. imo materia prima Alio modo: qz mouet tempore eterno et sic sole potentie actiue sũt infinite sicut intelligentie/ ꝛ corpora celestia q̃ mouent vel localiter/ vl̃ saltẽ motu altercatiõis ꝛc Alio mõ qz mouet motu ꝑm locũ tpe eterno ꝓtinue ꝛ immediate. Et sic ꝑm phm̃ sole potẽtie immateriales sicut intelligẽtie sunt infinite. ¶ Quarto modo qz est infinitũ simpliciter. s. vel ꝑm quãtitatẽ/ vel ꝑm vigorẽ. Et sic scõm phm̃ nullũ ẽ infinitũ nec ꝑm quãtitatẽ ꝓfectionis/ nec ꝑm intentionem ꝛgoris. Sed quecũq fuerit oꝑ Aristotelis. tamẽ magister Gregorius tenet. q quelibet sequendo rõnem naturalẽ habet ponere aut saltez non negare q est aliqua res infinita ꝑ oris intensiue ꝛ q deꝰ est illo modo infinitus. patz. qz hoc importat dignitatem: nec includit contradictionem. vt nitit̃ persuadere. igitur ꝛc. ¶ Ego autẽ dico q siue istud sit ꝓbabile/ siue nõ sequendo rationẽ naturalẽ: tñ oppositum videtur magis dicẽdũ. Nec istud est ita possibile sicut oppositum. ꝓz primo ex dictis in alio articulo (scz ex duodecima et q̃rtadecima ꝓpositionibus.) ¶ Scõo patet qz ꝓbabiliꝰ videt sequẽdo rõnem naturalẽ q q̃libet possibile poni i eẽ possit poni in eẽ ꝑ cãm seu virtutẽ finitaz q̃ oppm̃: cũ ꝓbabiliꝰ sit nullum effectũ posse eẽ infinitũ. q̃ oppm̃ igit̃ ꝛc. ¶ Tertio ꝓz q: ꝓbabilius videt nihil posse moueri in instanti q̃ oppositum Et tñ si ꝑmus motor esset vigoris infiniti sequitur q posset mouere in instanti. quare ꝛc ¶ Si vero dicatur ꝓtra istam rationem q scõz fidem ꝓcedendum est deum eẽ infinitum intensiue siue vigoris infiniti: ꝛ tñ non concedendum ipsum posse mouere in instanti. ergo illa ratio nulla ꝛ cetera. Maior patz: ꝛ minor ꝓbatur: qz, ad illud sequitur contradictio. Tum primo. qz motus est successio que in instanti esse nõ potest. Tum secundo: qz mobile simul esset in omnibus partibus spacij super quo moueretur. ¶ Tum tertio: qz pari ratione posset celum mouere revolutione completa in instanti.

ꝓ. iiij.

B op. docto.

C Instãtia.

sed hoc est falsum. Nam sequitur q̄ est mutatum ꝓpositum: ⁊ tamen non est mutatum ipsum totum ⁊ quelibet eius pars est in eodē loco primo in quo prius fuit: ⁊ totaliter se haberet ad locum. sicut si fuisset quiescens et non motum. ⁊c. Solutio. ¶ Respōdeo cōcedendo maiorē q̄ nō posset euidēter ostēdi ex scripturis. ſz pro minore distinguo: q̄ motus/ vel moueri potest capi dupliciter. Uno modo stricte. ⁊ sic req̄rit successionem. Alio modo large ꝑ mutatione subita. et sic cōcedo q̄ primo modo non est cōcedēdū secūdum fidē deum posse mouere in instāti. quia includit contradictionem vt bene arguit prima ꝓbatio. Sed secūdo modo bene concedēduz est: nec illud includit contradictionem

D ¶ Unde ad secūdā iprobationē potest dici negādo cōsequentiā quia deus potest corpus subito de extremo ad extremū mutare nō mutando ipsum per mediuz sicut patet de corpore christi dum conficitur in altari. Uel aliter pōt dici (concedēdo scilz) q̄ deus potest mutare aliquod corp⁹ subito de extremo ad extremū ita q̄ in illo instāti illud corpus simul eēt in oibus partibus spacij: ⁊ post instās nō eēt nisi in termino ad quē. Nec hoc videtur plus impossibile q̄ idē corpus per tēpus esse in diuersis locis. Et sic pōt dici ad tertiaz improbationē de celo. q̄ deus potest ipsum subito mouere q̄ si faceret celum esset mutatū Et q̄n arguit ꝓpositū: q̄ esset ꝑ illo instanti in loco in quo prius fuit. Dico q̄ nō seq̄tur: ergo nō est mutatū ſm locū. q̄ si vnū corpus existens in oriente deꝰ poneret in occidente. non remouēdo ipm de priori loco illud esset mutatū ſm locū: q̄ uis eēt in eo dē loco in quo prius. Sic in proposito. q̄ uis celū eēt i illo instāti ipm ⁊ oēs eius ptes in eodem loco in quo prius: tñ in eodē instanti ipm ⁊ quelibet pars eius eēt in alio loco in quo prius nō fuit. ⁊ ideo eēt verū ipm eē mutatū. Et ex ista solutione pz confirmatio ꝓpositi cū ista non sint pbabilia sicut opposita ⁊c. ⁊ pbabiliter sequant̄ ad illud. ⁊c. Et hec de ꝑmo puncto. ¶ Quātum ad secundū punctum vtrū deꝰ sit potētia alicuius entis infiniti absolute ꝓductiua. Prio ponam tres ꝯclusiones. Secundo soluā aliquas obiectōes. ¶ Prima ꝯclusio est q̄ non est euidēs vel demōstrabile in naturali lumine q̄ ipossibile sit magnitudinem actu infinitā eē. Probatur. q̄ nulla implicatur cōtradictio euidēs ex hoc q̄ ponat aliq̄ corpus posse eē infinitū: cū infinitas nō tollit rōem corporis/ aut magnitudinis. nec ecōuerso corpus rationem ifinitat̄. ¶ Scda cōclusio est q̄ ꝓbabile est q̄ possibile sit deū aliquā multitudinē/ aut magnitudinē actu infinitā facere vel ꝓducere in eē. Uñ dico q̄ siue hoc/ siue oppositum sit ꝓbabile in naturali lumine. tñ hoc est ꝓbabile in fidei lumine: ⁊ ꝓbabilius q̄ oppositū ſm fidem. ꝓz ꝑmo de multitudine: q̄ non plus apparet repugnare q̄ deus possit facere multitudinē actu discretā ⁊ nō facientē ꝑ se vnum continuū q̄ q̄ faciat multitudinem actu non diuisaz facientem vnum continuum: ſz

E 1. ꝯclusio.

F 2. ꝯclusio.

secundum non repugnat immo sic facit in quolibet ꝯtinuo. nec ergo primũ repugnat. Maxime secundum fidẽ q̃ ponit q̃ q̃cũq̃ multitudine angeloꝝ data de⁹ potest facere aliquẽ aliuꝫ angelum. Secundo ptꝫ ꝓpositum de magnitudine qꝛ si de⁹ potest facere infinitam multitudinẽ corporũ finitorũ actu distinctorũ per primã partẽ sequitur ꝓpositum. quia quodlibet corpus qđ potest facere potest alteri vnire Unde põt argui i qualibet parte proportionabili alicuius hore deus potest facere vnum lapidẽ pedalẽ ꝛ in fine hore oĩs simul vnire. ꝛ p consequẽs infinitos lapides pedales. ꝛc. quare ꝛc. ¶ Tertia ꝯclusio est q̃ q̃ꝫ probabile est q̃ possibile sit deũ aliquam multitudinem: vel magnitudinẽ extensiuã actu infinitam facere tam probabile est q̃ possibile sit ipm aliquã latitudinem intensiuã actu infinitã ꝓducere in eẽ. Primo ptꝫ. qꝛ nulla ratio fieri posset contra secũdum quin eque fortis fieret cõtra primũ. ꝛc. Secundo qꝛ si forma aliqua (sicut calor) eẽt infinita intẽsiue non ꝓpter hoc exiret metas speciei ꝓprie. Igitur. ꝛc. Tertio qꝛ si ois calor possibilis esset actu. calor eẽt infinit⁹. ptꝫ ꝯsequẽtia sꝫ antecedẽs est possibile igitur ꝛ consequẽs. Antecedens ꝓbatur. qꝛ sicut deus põt velle q̃ nullus calor possibilis sit actu: ita ꝓtest velle q̃ omis calor possibilis sit in actu. quia ꝓparet repugnãtia in vno pl⁹ ẽ in alio. ꝛ primum potest sicut ꝓtet ante mũdi creationẽ. igit. B ꝓbabile est q̃ possit velle ꝓma ꝛc.

Argum. 1. ¶ Sed contra predicta obijcitur primo q̃ euidenter implicat contradictionẽ aliquod corpus esse actu infinitũ. quia tale esset quantum ꝛ per ꝯns eẽt bicubitum vel tricubituꝫ. ꝛ sic de alijs speciebus quãti. Consequẽtia ptꝫ. qꝛ omne quantum est in aliqua specie quãti. Sed cõsequẽs implicat. qꝛ si eẽt bicubitum eẽt figuratum. ꝛ per ꝯsequens finitum. 2. argum ¶ Secundo q̃ tale posset localiter moueri vel non. Si dicat q̃ nõ. Contra deus est virtutis infinite. ergo posset mouere corp⁹ infinitum si esset. Si dicatur q̃ sic. Contra ergo est finitum. consequẽtia ꝓz. quia vltra se haberet spacium in quo reciperetur. sed impossibile est q̃ aliquid sit infinitum: et habeat vltra se spacium ꝛc. ¶ Tertio contra secundam ꝯclusionem. quia si eẽt aliqua multitudo actu infinita vel etiam magnitudo. aliqua eius pars eẽt infinita scꝫ reliduũ preter vnã partem finitam. ꝛ p' consequẽs non eẽt maiꝛ illa sua pte infinita. Consequẽtia ptꝫ. ꝗa vnũ infinitũ non est maius alio Et falsitas consequentis ꝓatꝫ. ꝗa tunc pars esset equalis toti. nec totuꝫ esset maius sua parte quod implicat ꝯtradictionẽ euidentem. 3. argum ¶ Quarto ꝯtra tertiã. quia tunc de⁹ posset facere grauitatẽ ꝛ caliditatẽ infinitam. et per ꝯsequẽs illa posset mouere suum mobile vel calefacere suũ calefactibile i instãti. ergo quo ad mouere ipa ẽq̃ret ꝛtuti dei. Consequẽtia ptꝫ qꝛ de⁹ non põt citius mouere q̃ꝫ in instanti. Et falsitas ꝯsequẽtis ptꝫ. quia impossibile videt q̃ creatura' possit in aliquo equari suo creatori C Ad ista respõdetur. ¶ Ad ꝓmã Ad ꝓmã.

4. argum

ꝯclusio.

ꝯclusio.

negatur ꝓña. quia non valet tale argumētum nisi de ēstitate finita. Unde fm phm si queratur quātum tempus ptēriit: ꝙueniēter respōdetur ꝙ infinitū ꝛc. Et ad pbationē ꝓsequētie dicit. ꝙ tale eēt alicuius speciei quātitatis. non q̄ tā sit de facto: nec sequit. ergo dicubitū. ꝛc q; sunt spēs quātitatis finite. ꝫ est possibilis alia spēs quātitatis infinite. ¶ Ad secūdā respōdet magister Gregorius ꝑ duas ꝓclusiones. Prima est ꝙ corpus infinitum si esset posset a deo moueri circulariter seu giratiue. Secūda est ꝙ si tale eēt oiquaꝫ ifinitū nō posꝫ moueri motu recto si aūt esset scōm aliquam dimensionē finitum scōm illam posset moueri: ꝛ non scōm illam scōm quā esset infinitum. Primā probat. q; ad illā non sequitur aliqua ꝓtradictio. Uñ si orbis solaris eēt in parte superiori vndiqꝫ infinitus nō ꝙpperet ꝓpter q̄d deus qui est infinite virtutis ad mouendū non posset illum girare. ita ꝙ sol ꝛ quelibet pars ei⁹ in cōcauitate ipsius se haberet in equali distantia a terra sicut nunc. Ex hoc infert ꝙ phs non demonstrat primo celi. celū non esse actu infinitū. quod tamē credidit fecisse. Unde postea soluit aliquas rationes phi. Secundā cōclusionē pbat quo ad primaꝫ partem ꝑ rationē factā arguendo ꝙ impossibile est ꝙ aliquid sit omniquaꝫ ifinitū et habeat vltra se spaciū. ꝛc. Sꝫ secundaꝫ partem pbat q; non videtur repugnantia ꝙ aliud moueat versus illā partē versus quā est finitū: ꝫ si moueret versus aliam sequitur inconueniēs primus illatum. igitur ꝛc. ¶ Sed cōtra ista dicta arguit sic. Primo q; scōm cōcessum ab eo non repugnat i ꝯ finitū sed fm vnam partem moueri versus aliam in qua est terminatū. Assigno ergo vnum pūctum i tali omniquaꝫ infinito. cum igitur illud quod est extra parte illius puncti sit terminatum in puncto dato. ꝛ etiā illud quod est i alia parte sit terminatum in eodem puncto. ꝛ cum penetratio corporum absolute nō repugnet sequitur ꝙ totum illud omniquaꝫ infinitum possit moueri localiter. Unde vt facilius habeatur imaginatio arguo, sic Sumo punctū a. ꝛ sit centrū terre ꝛ mundus sit infinitus. tunc ab illo puncto imaginentur quatuor linee i infinitū protracte in a. puncto se intersecāntes ad angulos rectos. ꝛ volo ꝙ interceptū inter duas illaꝫ moueatur in illud plenum intercluſum inter alias duas. ꝛ sic volo de oibus spaciis intercluſis. ꝛc. Cuꝫ igitur illud totuꝫ omniquaꝫ infinitū sit illa spacia intercluſa inter datis lineis sicut totum est sue partes. sequitur ꝙ illud moueri possit. ¶ Secūdo nō magis videt, repugnare ꝙ linea aliqua moueatur versus illā partē vbi est infinita: ꝫ versus aliam vbi est finita sed secundū non repugnat per aduersariū. igitur nec primū. Probo assumptū. q; mouēdo versus partem vbi est infinita non ꝓpter hoc sequit ꝙ ultra sit spaciū/ aut locus in eo recipiat: sicut fm eū non sequit ꝙ mouēdo versus partē vbi terminat derelinquat spaciū in quo erat. ¶ Et ideō videt michi ꝙ ꝓpositis quātis scꝫ vno oiquaꝫ

D Ad. 2. op. gregorij.

Arguit. 1.

2. arguit.

Op. doct.

F

infinito.ꝛ alio ꝑmynam partem tñ.non apparet quin ꝓbabilit possit sustineri ꝙ illud oiquaꝯ ifinitũ moueri possꝫ.ꝛ recte sicut circulariter. Et si querat̃ i quo recipit.dico ꝙ nullo: sicut etiaꝫ non desinit eẽ in aliquo.Unde si essent due linee infinite versus orientẽ. ꝛ finite versus occidentẽ. penetrãtes se quarũ vna sit a.ꝛ alia b.ꝛ b. moueretur ꝟsus occidentẽ a.non mota. hoc dato ꝓꝫ ꝙ b.est semp ꝑ totum vbi est a.ꝛ cuꝫ hoc acquirit aliq̃d quod a.non acquirit. sed si ex vtraꝯ parte esset infinita nichil acquireret.sicut nihil deperdit ꝯ̃us acq̃rat dũ est finita in vna parte Et sic patet q̃d dicendum sit.ꝛc.

A Ad tertiã

¶Ad tertiam ꝓꝫ ꝓmo ꝙ cõsimiliter argueret in cõtinuo nõ esse infinitas partes.ꝛc.Secũdo distinguo de toto et parte.nã dupliciter sumi possunt. Uno modo dr̃ totum oñe quod includit aliq̃d quod est aliq̃d ꝛ aliud pꝛeter illud aliud ꝛ quodlibet illi⁹. ꝛ sic inclusum dicit̃ pars illius. Alio modo dr̃ totum illud quod includit aliq̃d primo mõ et cum hoc includit tantũ ꝯtum est aliquid certũ datum finitum quod tamẽ non sic includit inclusum. Et sic illud inclusum non includens tantum ꝯtum includens dicitur pars illius.Et ꝓportionabiliter posset dici de toto ꝛ ꝑte in ꝯtitatibus discret̃. Unde primo modo ois multitudo est totum alterius multitudinis q̃ illã includit. id est q̃ est oia illa q̃ ipsa est: ꝛ aliud vel alia ab illis et quolibet illoꝝ. Et omnis multitudo sic inclusa est pars et hoc modo vna multitudo infinita potest eẽ pars alterius sicut multitudo partiũ proportionabiliũ vnius medietatis cõtinui est pars multitudinis partiũ totius cõtinui. Secundo mõ nulla multitudo infinita est totum vel pars respectu multitudinis infinite.ꝛ sic multitudo partiũ totius cõtinui non est totũ ad multitudinem partiũ totius medietatis.qꝛ quot binarios/vl̃ trinarios includit multitudo totius tot includit multitudo partis.ꝛ non plures includit multitudo totius ꝯ partis. ¶Tertio disti B guo hos terminos magis ꝛ minus. Uno modo sumũtur ꝓprie et sic multitudo dr̃ maiꝛ q̃ tantũdem plures ꝓtinet.illa ꝟo minꝛ q̃ non totiẽs. Alio modo improprie ꝛ sic ois multitudo q̃ includit vnitates oñs alterius et quasdaꝫ alias ab illis dr̃ maiꝛ illa. Esto ꝙ non includit plures ꝯ illa. ꝓrio modo maius ꝛ minꝰ non dicũtur de infinitis adiuicem.vel respectu finitoꝝ.vl̃ ecõuerso. sed bene secundo modo. Quarto dico ꝙ totũ et pars sumendo primo modo reperiuntur in infinitis et non secundo modo. Et isto modo conceditur ꝙ pars non est minꝛ toto primo modo capiendo totũ.ꝛ pars ꝛ maius.ꝛ minus. Et eodẽ modo capiendo cõcedit̃ ꝙ aliquod infinitum est minus aliquo infinito.nec tamen exceditur ab illo.ita ꝙ ꝓprie nõ est excessus vel equalitas in infinitis.ꝛc.

C Ad q̃rtũ.

¶Ad quartam dico ꝙ aliquid equari alteri potest dupliciter intelligi.Uno modo quo ad effectum sic ꝙ creatura faciat effectum tantum quãtum de⁹.ꝛ sic non est inconueniẽs: licet nõ q̃c q̃d põt facere de⁹ creatura posꝫ

flt facere Alio mō sumit equari nō quo ad effectū .sz quo ad modū. Et dico ꝙ licet possit creatura equari deo in aliquo modo agendi (vtputa quia potest agere/ vel aliquid mutari instātaneē) non tñ omnimō potest aliquid facere sicut de⁹: qz nichil potest facere indepēdenter. ⁊ sic de multis alijs conditionibus. ⁊c. ¶ Secundo dico ꝙ nulla repugnantia est ꝙ deus possit facere vnam grauitatē infinitā q̄ subito moueret: vel vnum calorem infinitū ꝙ subito alteraret Tertio dico ꝙ nulla repugnantia est ꝙ deus posset facere talē qualitatem infinitam ⁊ tamē ꝙ illa non ageret i istāti. quia nō ageret nisi coagente deo. ⁊ ideo deus posset ipsam facere agere successiue ⁊ remissiue. Etiaz posset illā facere sine subiectō ⁊c.

CIrca tertiũ sentẽtiaꝝ in quo pricipaliꝝ agitur de incarnatione verbi. ⁊ de donis ac ꝟtutib⁹ xp̃i. Queritur vtruꝝ melius sit anime xp̃i p vnionem realẽ verbi incarnati q̃ per intentionalẽ alicui⁹ donati creati ¶ Arguitur ꝓmo q̃ non. Qz melius est aie xp̃i per vnionẽ intẽtionalẽ create gratie dei q̃ per vnionẽ realem incarnate persone verbi. igitur questio falsa. cõsequentia est clara. Añs ꝓbaꝫ. quia melius est illi anime p illã gratiam q̃ posset bene eẽ nature irrationali vel simpliciter nõ cognituue sicut nature asini vel lapidis. Nam talis natura nõ est capax tanti bñ esse ⁊c. Et tñ tali nature põt realiter vniri persona verbi sicut aie xp̃i. cũ illa p sona sit op̃s/ ⁊ ois natura creata sit in pura potentia obediẽtiali ad ipam. igitur. ⁊c. Confirmatur. quia de facto ita fuit in triduo mortis xp̃i q̃ persona ꝟbi realiter vniebaꝫ nature irrõali (scz corpi xp̃i mortuo) ⁊ tamen nõ erat illi ita bene per illã vnionẽ sicut bene ẽ aie xp̃i p vnionem gr̃e create (vt clarũ est) igiꝫ ⁊c. ¶ Scõo principaliter arguitur sic. melius est anime xp̃i per vnionẽ intentionalẽ theologicarum virtutũ q̃ per vnionẽ realem coicatiuã ydiomatũ. igitur questio falsa. ꝟna est clara. Añs ꝓbaꝫ quia infinite bene fuit aie xp̃i p alias ꝟtutes theologicas infusas: Nã per illas merebaꝫ infinite. Qõ ptz qz p sciẽtiã ifusam ⁊ creatas, cognitiones illa aiã fuit infinite sciẽs. Naz sicut determinat mgr̃. 14. di. huiꝰ ter cũ aia xp̃i per sapientiã gratis datam oia scit que deus scit. et per ꝟñs infinita: igitur etiã per gratiã creatã/ et infusas virtutes fuit infinite merens. Confirmatur. quia anima xp̃i per illas virtutes de condigno meruit redimere gen⁹ humanũ. immo ꝟ Anselmũ suffeciſſet p infinitis mundis si essent ⁊c. Igitur illã meritũ fuit infinitũ. qz nullũ finitũ ꝓ tot ⁊ tantis p̃mijs esset cõdignũ. ¶ Tertio p̃cipaliter arguitur sic. qz melius est anie xp̃i per vnionẽ beatificã q̃ per ypostaticã. igiꝫ questio fꝫa. consequentia est clara. Antecedẽs probatur. quia vniri btifice ẽ vltimus finis rõnalis creature ⁊ non vniri deo ypostatice. igitur est eius optimus finis. sed nichil est tam bonũ alicui rei sicut suus vltimus/ ⁊ optimus finis. Cõfirmatur quia sicut creatura rationalis/ ⁊ irrõnalis non possunt esse equaliter bone eẽtialiter. Sic si quelibet habeat suam denominationẽ bñ eẽndi sibi possibilem sequitur q̃ non erit eis eque bene. Sꝫ vnio ypostatica potest cõpetere tã creature rationali q̃ irrationali. sicut patet in prima ratione: ⁊ nõ vnio beatifica. igitur ⁊c. Unde tali fundamento videtur innuti Aristoteles. 1. Ethicoꝝ. et alijs pluribus locis vbi probat felicitatem non consistere in voluptatibus. quia sunt communes tam hominibus q̃ brutis. igiꝫ ⁊c. ¶ Inoppoſitum arguitur ex illo dicto Augustini. In rebus per temp⁹ ortis non fuit maior gr̃a q̃ de⁹ fieret hõ ⁊ hõ de⁹. Sed istud factuꝫ est p vnionem

1. arguit.

2. arguit.

3. arguit.

Inoppm̃.

ypostaticã seu realẽ ℣bi incarnati/ ⁊ nõ p beatificã seu intentionalem cuiuscũq; doni creati igitur ⁊c. Pro intellectu tituli q̃stionis primo sciendus est q̃ in xp̃o multiplex est vnio verbi ad anumã siue ad naturam humanam. Una est que vocatur realis et est vnio ypostatica (id est vnio suppositalis) qua verbũ vnitur nature humane in vnitate suppositi seu persone ita vt suppositũ verbi sit suppositũ hũanuz Alia est vnio q̃ vocatur intentionalis: et est vnio qua verbũ vnitur anime per aliquã qualitatẽ intensibilem. Et ista est duplex. quedam est per gratiam gratificantem Alia per gloriã beatificantẽ. Et de hac triplici vnione iuxta materiaz triũ argumẽtorũ ante oppositũ in ista q̃stione erunt tres articuli. Primus erit de vnione ypostatica/ ⁊ cõicatione ydiomatum. Secundꝰ erit de vnione gratifica/ et collatione virtutũ. Tertius erit de vnione beatifica/ ⁊ responsione ad quesitũ. ¶ Quãtũ ad primũ articulum premittã aliquas propositiones. Deinde soluã aliq̃s casus dubitabiles. Prima propositio sit hec q̃ persona verbi assumpsit humanitatẽ in suppositi seu persone vnitatẽ. Ista est supponenda tanq̃ articulus fidei. sed circa eius intellectũ videndum est quid sit suppositum et quid persona. Unde suppositum potest describi q̃ est ens cõpletum/ non constituens cũ alio aliquid vnum: nec alteri inhe-rens: nec ab alio sustentatũ. per completũ excluditur anima intellectiua/ ⁊ quelibet alia forma nata facere aliquod cõpositum per non cõstituens aliq̃ vnum f̃m aliquos excluditur natura diuina/ ⁊ relatio que ponitur aliquod vnũ scz personã. Sed hoc reprobaui in primo li. vbi ostendi q̃ etiam concedẽdũ est q̃ natura diuina est suppositum licet non formaliter. et relatio tã realiter q̃ formaliter est suppositũ ideo dico q̃ per illud excludun tur partes integrales: per ly nec alteri inherẽs excluduntur accidentia: per ly nec ab alio sustentatum excluditur natura humana in xp̃o Et sic in descriptione suppositi ponitur aliquid positiuum/ ⁊ aliquid negatiuum. Persona ℣o põt describi q̃ est suppositum intellectuale. ¶ Ex his primo sequitur q̃ omnis persona est suppositũ: sed nõ econuerso. quia lapis est suppositũ: ⁊ non persona. Secundo sequit q̃ ad aliquẽ sensum potest concedi q̃ deus potest aliquid assumere in vnitatem suppositi ⁊ nõ persone quod per se subsistens est suppositũ ⁊ non persona: sicut natura lapidis. ¶ Tertio sequitur q̃ aliqua natura est suppositum que potest desinere eẽ suppositum. ⁊ aliqua non ẽ suppositum que potest incipere eẽ suppositũ. Primum pt̃z de humanitate sortis. Secundum de hũanitate christi si illa assumeretur/ et ista dimitteretur a verbo. ¶ Secũda propositio. sicut persona verbi/ sic ⁊ q̃libet persona diuina potest assumere humanitatẽ vnam: vel plures' sil'/ vel successiue in suppositi siue p̃sone vnitatem. Patet. quia quelibet p̃sona diuina ẽ eq̃liter op̃s et nullũ istoꝝ fieri implicat contradictionẽ. Tertia quelibet p-

Decisio q̃stionis.

¶ 1. artic's.

sona diuina sicut pōt assumere hūanitatē sic ꝛ quamlibet aliaz naturā que potest esse suppositum siue rationalē siue nō rōnalem in suppositi siue psone vnitatem. Ptz quia quelibet talis natura est in pura potētia obedientiali passiua: ꝛ quelibet talis persona est infinita potentia
A actiua. ¶Quarta ꝓpositio. Licet nō sola persona verbi potuit assumere humanitatem: tamen ipsa sola de facto eā assūpsit in suppositi seu persone vnitatem. Prima pars patet ex secūda ꝓpositiōe. quia pater hoc potuit et spiritussanctus. Secūda ptz ex fide. ¶Quinta Licet non sola persona verbi fuerit causa effectiua huius assumptionis. tñ ipsa sola facta est homo assumptiōe humanitatis. Pria pars patet. quia opera trinitatis sūt indiuisa ad extra. id est sunt cōmunia cuilibet et persone diuine. Secūda patet ex fide per illud Johannis. 1. Uerbū caro factuz est. vbi secundū glosam caro ponitur pro homine. et per illō in symbolo. Et homo factus ē. Et per Augustinuz primo de trinitate capi. 6. talis erat illa susceptio que deū hominē faceret/ ꝛ
B hominem deuz. ¶Sed ad intellectum huius videndum est q̄d importatur in ꝓpositō per istuz terminum homo. Pro quo sciendum ꝙ licet secundum aristotelem nulla res importetur per hoc nomen homo quin eodem modo importet per hoc nomen humanitas et econuerso. ex eo quia scōm ipsum nichil est hic in ferio⁹ nisi materia/ forma/ vl̄ cōpositum/ vel accidens alicuius horum. et nullū istoꝝ pl⁹ importatur per vnū ꝗ per reliquum. sicut patet inductiue. suppositō tamen ꝙ humanitas nō significet solum animam intellectiuā: nec naturam specificā cōmunez (quod ꝓ nūc supponitur) tamē sm fidem ista nomina non sunt synonima. sed possunt ꝓ distinctis rebus supponere. Nā hoc nomen homo est nomen suppositi et supponit pro filio dei. sed hoc nomē hūanitas est nomen nature. et non supponit ꝓ filio dei. hoc aūt faciliter potest apparere ex descriptiōibus q̄d nominis istoꝝ terminoꝝ. Nā hoc nomē humanitas nichil significat nisi naturā cōpositā ex corpore et aīa intellectiua nō connotādo ꝙ ista natura sustentat ab aliquo suppositō (scz a ℞bo) vel ꝙ nō sustentatur. Et iō sp ꝓ ista natura supponit p̄cise ꝛ nū ꝗ ꝓ filio dei. cum ipe non possit esse ista natura. Sed hoc nomē homo signat illam naturā connotando eam esse per se existentem/ vel ab alio suppositō sustētatam siue suppositam. Uñ iste terminus homo diffinitione q̄d nominis potest sic diffiniri. hō ē natura ꝯposita ex corpore ꝛ aīa intellectiua ab alio suppositō nō sustentata. vel est aliquod suppositum talē naturam ꝯpositaz sustētās. de ꝗlibet em̄ hoīne ista descriptio ꝓ altera pte ℞ificat. Prima pars em̄ ℞ificat de quolibet hoīe alio a x̄po. ꝛ secūda ps de solo x̄po. ¶Ex p̄dictis sequit C
p̄mo ꝙ filiꝰ dei nō eodē mō/ nec oino vniuoce sine ℔z eādē rōnē dr̄ homo sicut ꝛ alij hoies. ꝑz: qr sortes ꝛ quilz aliꝰ homo dicitur homo quia est natura compositā ex corpore et anima intelle-

ctiua a nullo sustẽtata. sed filiꝰ dei nõ dicitur homo hac ratiõe scz quia sit talis natura(cũ hoc sit impossibile)sed qua est suppositum sustentans talem naturam ⁊ terminãs eius dependẽtiam. Secũdo sequitur ꝙ licet hec particularis sit vera aliqs homo est humanitas tamẽ hec vł is est falsa. ois homo est humanitas ꝓmũ ptz de sorte.ꝑm
D ptz de xp̃o. ¶Tertio sequitur ꝙ hec de virtute sermõis est falsa filius dei assumpsit hominẽ. qz Iv homo supponit pro persoua filij dei.ideo si talis locutio quã doqz inueniatur Augustini vel alioꝝ sanctoꝝ exponẽda est vt per hoiem intelligam⁹ humanitatẽ ita ꝙ capiatur cõcretũ pro abstracto.Sexta propositio est. ꝙ qz persona verbi assumendo humanitatẽ in vnitatẽ suppositi fit homo. ideo fit in xp̃o ydio-
E matũ cõmunicatio. ¶Hoc autẽ sic est intelligendũ ꝙ ꝑ ydiomata in ꝓposito intelligamus proprietates siue predicata: ⁊ per cõmunicationẽ mutuã verificationẽ: vel sic cõmunicatio ydiomatũ nihil aliud sit nisi mutua verificatio p̃dicatorũ. Et sic est sensus ꝓpositionis ꝙ ratione illius assumptionis qua ꝑsona verbi fit homo ꝓprietates ⁊ p̃dicata que dicũtur de ꝑsona ꝟbi verificantur de xp̃o.sub hoc nomine homo. ita ꝙ ipso demonstrato verũ est dicere ꝙ hic homo est filius dei/eternus/imensus/creator mũdi.⁊c.⁊ etiã ecõuerso ea que dicũtur de natura assumpta in cõcreto sub hoc nomine homo verificantur de xp̃o sub hoc noie deus. vt ꝙ hic hõ qui est deus est natꝰ de ꝟgine passus/mortuus/loco circũscriptus.⁊c.Et dixi in cõcreto:quia nõ est verũ ꝙ deꝰ est hũanitas ⁊ tñ ẽ diuitas. Sic ꝫ itelligitur cõicatio ydiomatũ. ¶Sz circa F
hoc dico aliqua. Primo dico ꝙ nõ consimiliter/seu eque ꝓprie dicũtur predicta diuina de hoc homine. et humana p̃dicata de deo.eo ꝙ in xp̃o ꝑsona diuina est assumens ⁊ natura humana assumpta. vnde magis proprie de xp̃o dicitur.iste homo est immortalis absqꝫ hoc ꝙ addatur scdz diuinitatẽ.qm̃ iste homo est proprie ꝑsona diuina ꝗꝫ dicat deꝰ est mortalis.imo oportet in ista addere/ vł subintelligere scdm humanitatẽ.Et causa est: quia ꝑsona diuina est assumẽs. ideo iste homo est ꝑsona diuina immortalis:sed ipse nõ est natura humana. nec natura mortalis.
¶Secũdo dico ꝙ ista differen- G
tia p̃dicatiõis nõ est oino talis: sicut in alijs solet dici vnũ esse verũ simpliciter ⁊ alius ſecundũ quid ⁊ falsum simpliciter.sicut Ethiops est albus ꝑm quid scz ꝑm dentes ⁊ niger simpliciter.⁊ ideo hec est falsa simplicit iste est albus nisi addat ꝑm dẽtes. Nam ista deus fuit passus ⁊ similiter etiã sine addito. licz semp sit intelligendũ ꝑm humanitatẽ.nõ tñ sunt false simplicit Et causa dissimilitudis est dissimilitudo habitudinis humanitatis xp̃i ad ꝑsonã verbi. ⁊ dentis ethiopis ad reliquũ corporis.Uel forte magis proprie loquẽdo tota causa dissimilitudinis est modus loquẽdi scripture ⁊ sanctoꝝ.in quo videre meo totaliter fundat ista cõmunicatio ydiomatũ. ¶Tertio dico ꝙ ꝙ

nonobstante q̄ tales sint vere simpliciter. ꝛ q̄ in aliquib⁹ scz i illis in quib⁹ datur in subiecto intelligi humanitas sicut hic. homo xp̄s fuit passus. etiã non sit necessarie addere ꝑm humanitatẽ. tñ talis additio est in aliquib⁹ exprimẽda: nõ ad necessitatẽ veritatis: sed ad exclusionẽ cause erroꝝ: vt hic filius dei est creatura: debet addi ꝑm humanitatẽ: ne videat ꝓcordare here si arriane. Et ita in alijs p̄dicatis que si sine addito dicerẽtur de xp̄o posset suspicari ne ab eo excluderetur diuinitas Simil'r de alijs de quibus posset suspicari ne attribuerẽtur diuine p̄sone ꝑm se. debet addi ꝑm humanitatẽ vt hic. fili⁹ dei est compositus. Nam neq̄ p̄sona neq̄ natura diuina est cõposita. nec xp̄s est cõpositus ex duab⁹ naturis diuina scz ꝛ humana: siue ex tribus rebus corpore scz aia ꝛ diuinitate. sed tñ ex duabus. scõm humanitatẽ scz corpore et aia essentialiter ꝛ ex infinitis ptibus quãtitatiuis integraliter Ideo nõ est ꝓcedendũ q̄ humanitas sit pars xp̄i. Nã sicut hõ nõ est cõposit⁹ ex albedie ꝛ sb̃a: sic nec xp̄s est ꝓposit⁹ ex hũanitate ꝛ p̄sona diuina. ¶ Septima propositio p̄ hoc q̄ p̄sona verbi assumpsit humanitatẽ diuitas est incarnata ꝛ sibi est humanitas vnita in suppositi seu p̄sone vnitatẽ. Patet primo p̄ Augu. 1. de trini. ca. 9. Forma dei accepit formã serui ꝛ sine dubio natura naturã accepit. Secũdo p̄ auctoritatẽ Hieronimi. in explanatione fidei. Passus est filius dei: non ꝑm illã substantiã que assũpsit: sz ꝑm illã substantiã q̄ assumpta est. igitur. ꝛc. Tertio p̄batur: qꝛ cũ p̄sona verbi ꝛ diuinitas sint idem realiter quod ꝓceditur de p̄sona nõ debet negari de diuinitate. nisi ad hoc cogat fides. sic autez nõ est hic: vt ptz faciliter. ꝛc. Et ad hoc facit illa regula quã in primo libro declarau: q̄ p̄dicata ꝓtradictoria nunq̄ debent' concedi de terminis supponibilib⁹ pro eodem nisi vbi cogit fides. Ex hac ꝓpositione sequit primo q̄ ꝓcedendũ est in aliquo sensu q̄ ipsa diuinitas seu diuina natura facta est homo. ptz. quia hec ꝓceditur. p̄sona verbi facta est homo. Et hec p̄sona verbi est diuinitas. igitur. ꝛc. ꝓña est sillogismus expositorius qui nũq̄ debet negari nisi vbi cogit fides vt dixi in primo. Secũdo sequit q̄ ipsa diuinitas vnitur humanitati nõ p̄ se ꝛ primo: sed quia ipsa est ypostasis cui vnitur humanitas p̄ se ꝛ primo. Tertio sequitur q̄ deitas non vniuit sibi humanitatẽ in vnitatẽ nature: sed in vnitatẽ p̄sone. Et hoc intelligit magister in. 3. distin. lib. 3. vbi dicit q̄ filius dei dicit fact⁹ hõ nõ solũ qꝛ hoiem assumpsit: sed qꝛ ipsum in vnitatẽ ꝛ singularitatẽ sui. id est p̄sone accepit. natura autẽ diuina accepit formaz serui id est naturã homis: sed nõ in singularitatẽ sui. id est nature. ꝛc. ¶ Si vero dicatur q̄ qꝛ filius dei est homo: ideo de ipso ꝓcedũtur attributa hois: sicut q̄ est passus ꝛ mortu⁹. ꝛc. sed de diuinitate nõ conceditur q̄ fuerit passa vel mortua. igit̄. nec debet cõcedi q̄ sit icarnata vl' q̄ sit homo. Dico q̄ aliqua sunt predicata que cõuenit̃ ſi-

A

Instantia

B

Solutio.

lio dei precise p cōmunicationē ydiomatū. id est quia cōueniūt humanitati sicut natus/passus mortuus/ꝛ talia nō dicūtur de diuinitate.ꝛ hoc solū: quia non sic loquuntur sancti. Alia vero sunt que licet ꝙueniant filio dei ratione incarnationis siue assūptionis humanitatis.hoc tamē nō est p cōmunicationē ydiomatum:id est hoc nō est ex eo quia ꝙueniant humanitati sicut esse incarnatū: vel esse hoīem: vnde humanitas ista nō est incarnata vel hemofacta. Et ista sicut de filio dicūtur ita de diuinitate dici possunt cū nō ꝙtradicat
C auctoritas. ḡre.ꝛc. ¶ Octaua et vltima propositio est ꝙ licet in xp̄o humanitas depēdeat a diuino suppposito ꝛ eius ꝓpria personalitate subsistat. tamen nec psona verbi/nec diuinitas vnitur formaliter humanitati nec ipsaz formaliter actuat. Prima pars ptz ex dictis. Secūda vero est contra quosdaz nouellos dogmatisantes. que probatur sic.qz si inter illa esset formalis vnio siue formalis actuatio ad modū loquendi ipsoꝝ.tūc vt ipi concedūt illa assumpta humanitas sic formaliter actuata fuisset realiter deus. ita ꝙ p illaz formalē actuationem diuinitas cōmunicaret suo formali cōcretiue illud quod ipsa est abstra-
D ctiue.scz esse deū. ¶ Sed contra hoc adducitur tripler incōueniens. Primū qz sequitur ꝙ esset in nobis deus recēs. ꝙtra psal. 80. Israel si audieris me nō erit in te deus recens. Secundo sequitur ꝙ in nobis esset deꝰ alienus siue a diuitate distinctus cōtra illud Deute.32. Ego sum deus ꝛ non est alius preter me. Tertio sequitur ꝙ esset plures diꝫ aliter ꝙꝫ p adoptionē imo infiniti.qz infinite partes quātitatiue humanitatis essent formaliter actuate ab ipsa diuinitate ꝛc. Ex hac ꝓpositione primo sequitur ꝙ aliqua est dependentia creature que nō est ꝓpria in aliquo genere cause. Ptz inducendo in omni genere cause de illa dependentia qua humanitas xp̄i sic dependet a psona verbi quod eius ꝓpria psonalitate subsistit vt dicit prima pars ꝓpositionis. ¶ Secūdo sequitur E ꝙtra ymaginationē multoꝝ qō illa dependentia magis assimulatur cause materiali ꝙꝫ formali.ita qō humanitas magis similatiue se habet vt forma ad diuinitatē ꝙꝫ ecōuerso. Patz qz sicut forma subsistit in sua materia: sic humanitas in diuitate seu diuina psona. Itē sicut forma ꝙmunicat suo formali in cōcreto illud quod est i abstracto vt aia que est abstractiue vita cōmunicat corpori quod informat quod sit ꝙcretiue viuēs. sic humanitas cōicat persone verbi ꝛ diuinitati ꝙ sit hemo.vt ptz ex dictis. ideo magis habet similitudinem forme ꝙꝫ materie. quare.ꝛc. ¶ Tertio sequitur ꝙ F illa similitudo in symbolo athanasij sicut aia rationalis ꝛ caro vnus est homo.ita deꝰ et homo vnus est xp̄s: nō est vera de virtute sermonis. Nā ibi est plus dissimilitudinis. qz vbi homo capitur ꝓprie ꝛ sic deꝰ ꝛ homo oino sunt idem. qō nō est de aia ꝛ carne. Vel capitur impropie ꝓ humanitate.ꝛ sic deꝰ ꝛ humanitas nō ꝙponūt xp̄m sicut aia et

caro hoiem. nec deus est forma humanitatis sicut aia carnis. nec aliquis homo qui est aia et caro est deus vl' xp̃s. quare. ꝛc.

A ¶ His p̃missis ꝛ presuppositis ponã/ꝛ soluã circa dicta aliqs casus dubitabiles. Primus casus est. Ponam⁹ qꝫ psona verbi dimiteret naturam assumptam isto posito sunt aliqua dubia.

1. dubium ¶ Primũ est vtrũ illa natura dimissa esset purus homo ꝛ si ille homo fuerit xp̃s. Respondeo qꝫ essz purus homo/nec vnqꝫ fuit deus/qz quicqd fuit deus semp est/ꝛ erit. nec vnqꝫ illa etiã fuit xp̃s qz xp̃s fuit suppositũ diuinũ. ꝛc. Unde primo sequitur qꝫ licz hic homo fuerit assumptus a verbo in vnitatẽ psone. nõ tamen fuit vna psona cum verbo. ptz qz humanitas que pri⁹ fuit assumpta. ꝛ modo ponit esse homo nunqꝫ fuit vna psona cũ verbo nec ex ipsa ꝛ verbo fuit vna psona. Secũdo sequitur qꝫ licet hic homo passus fuerit in cruce. ꝛ nõ fuerit in cruce alius hõ a xp̃o. tamen hic homo non fuit xp̃s. Et si dicatur nullus homo passus fuit in cruce nisi christ⁹ hoc negatur. sed bene concedit qꝫ tunc erat vera. nullus homo patitur in cruce nisi xp̃s : tamẽ bene erat verum qꝫ aliud a xp̃o patiebat in cruce sez hec humanitas que tunc nõ erat homo ꝛ modo est homo p casuz. Tertio sequitur qꝫ licet filius dei fuit homo ꝛ fuit alius homo qꝫ iste homo tamen nõ per aliã animã siue carnem. nec habuit aliã humanitatẽ. Et causa est quia christus fuit homo per istaz humanitatem : et fuit alius homo ab isto per diuinitatem per quam fuit suppositũ aliud ab ista humãitate. Quarto sequitur qꝫ duoꝝ hoim: scz xp̃s et iste hõ q̃ nec est nec fuit xp̃s fuit homo p eandẽ humanitatẽ. imo p eandẽ possũt esse successiue quatuor hoies. scz si quelibet psona successiue assumeret eandẽ humanitatẽ et illa postea dimitteretur. Multa alia p̃nt iferri sed dimitto. B

¶ Scdm dubiũ est. retento casu premisso vtrũ demõstrato filio dei hec sit vera hic est filius virginis. Dico qꝫ non quia ex quo desijt esse homo desijt esse filius virginis: nec erat filius virginis nisi secundũ humanitatẽ quam modo ponitur nõ habere. ideo modo non plus attinet virgini qꝫ ante incarnationẽ. Ex his sequitur primo qꝫ hec consequẽtia nõ valet filius dei nascebaꝫ de virgine : ꝛ fuit fili⁹ virginis: ꝛ ipse/ꝛ ipsa sunt. igitur ipse est fili⁹ virginis. Et ratio est. quia causa talis denominationis cessauit. Secũdo sequitur qꝫ hec consequentia non valet filius dei bis fuit/ vel bis incepit esse filius virginis. Igiꝫ bis natus est de virgine. ptz qz ante triduuz mortis christi fili⁹ dei erat filius virginis. Et sicut in triduo nõ erat homo. ita non erat fili⁹ virginis. Et in resurrectione incepit iteruz esse homo et esse filius virginis. et tamen non fuit bis natus de virgine. quare. ꝛ cetera. 2. dubiuz

¶ Tertium dubium est. retento casu premisso vtrũ iste homo dimissus sit fili⁹ v̄ginis. Dico qꝫ sic. qz aliter nõ esset alicui⁹ fili⁹: etiã hec humana natura que modo est hõ fuit de v̄gine ꝯcepta ꝛ ipsam pepererit ꝛ iste homo ꝛ ipsa virgo sunt C 3. dubium

igitur ꝛc. Ex hoc sequitur ꝑmo ꝙ aliquādo iste non fuit fili⁹ virginis ꝛ nūc ē filius eius: ꝛ incepit eē filius virginis et ipa virgo mater eius. ſ. in illa dimiſſione quando incepit eē homo. nec tunc virgo eum pepit. ſed ante diu. quia hic homo fuit ātecꝫ eſſet filius virginis ſicut hic homo fuit ātecꝫ eēt homo ſicut patet arguendo expoſitorie. ¶ Secundo ſequit ꝙ hic homo naſcebatur de ⁊gine qui non erat homo: ꝛ aliquis homo naſcebatur de virgine qui non erat chriſt⁹. licet tempe natiuitatis verū eēt ꝙ vnus ſol⁹ homo naſcebatur. Unde patet qđ vterꝫ duoꝝ naſcebaꝫ de ⁊gine ꝛc. ¶ Tertio ſequitur ꝙ hec hūanitas cuꝫ xp̄o nata fuit de virgine capiēdo ly nata participialiter. nō tamē fuit nata virginis id ē filia: nec ſoror chriſti. quia non omne natū de virgine ē filius vl̄ filia ſicut pes ꝛc. ¶ Quarto ſequit ꝙ iſtū homine virgo pepit quando peperit xp̄m. nec tamē ſequitur ꝙ tunc inceperit eſſe mater iſtius ſed incepit eē mater i illa dimiſſione quādo illud quod ipa diu ante pepit ſcilicet hec humanitas incepit eſſe homo ꝛ ꝑ conſequens filius. Unde ſi miraculoſe mulier pareret filium antecꝫ infunderetur anima ipa nō incipet eē mater in ptu ſed poſt partū in ipa infuſione aīe. ¶ Quinto ſequitur ꝙ licet in caſu p̄dicto non ſit concedēdum qđ beata ⁊go habuit duos filios ꝓpe loquendo tamē vtrūcꝫ duoꝝ habuit filiū. nec ſequitur nūcꝫ peperit niſi ſolum hoiem: et vnico partu et tunc pepit vnū ſolū filium. igitur non vtrūcꝫ duoꝝ ꝛc. Cauſa eſt. quia eodē ptu ipa peperit duas res. ſcilicet chriſtuꝫ ꝛ hanc humanitatem. et chriſt⁹ tunc fuit filius eius et hec hūanitas modo eſt filius eius. Sexto ſequitur ꝙ hec conſequentia non valet chriſtus fuit fili⁹ virginis. deinde iſte homo fuit et ē filius virginis. igitur iſte eſt ſecundo genitus. quia iſte homo non incepit eē filius per natiuitatem. Septimo ſequitur quod iſta conſequentia non valet vterꝫ ſcilicet chriſtus et iſte hō fuit filius virginis ergo iſti fuerūt fratres Cauſa ē quod hoc nomē chriſtus ꝓnotat naturaꝫ aſſumptam. Ideo in iſto caſu ipe modo non ē chriſtus. imo filius dei deſijt eē chriſtus quādo iſte homo incepit eē homo. Octauo ſequitur ꝙ iſta conſequentia non valet vterꝫ ſcilicet filius dei et iſte homo fuit filius virginis et vterꝫ eorum ē. ergo ſūt fratres quia licet filius dei fuerit filius virginis tamen non modo ꝛc. 4. dubiū.

¶ Quartum dubiuꝫ retento caſu premiſſo eſt quia hec humanitas eſt homo et ē ſuppoſitum ꝛ prius non erat homo nec ſuppoſitum. ideo queritur vtꝝ hoc factum ſit ſine acquiſitione vel deperditione alicuius poſitui in ipa hoc enim non videtur. qa ſic contradictoria ſucceſſiue verificarentur de eadē re ſine mutatione. op. ocham. ¶ Ad iſtud diceretur ſecundū Ocham primo ꝙ vnio in chriſto verbi ad humanitatē addit aliquid vltro extrema vnita. et hoc propter rationem pretactā. quia impoſſibile eſt fieri trā ſitum a contradictorio in cōtradictorium. ſine acquiſitione vel deperditiōe alicuius poſitui:

sed hec natura prius erat vnita et ideo non erat suppositum: et modo non ē vnita ⁊ est suppositum. igitur aliquid est acquisitum/ vel deperditum. Non acq̃situm vt patet. igitur deperditū. ⁊ non apparet quid sit illud nisi vnio extremorum. igitur ⁊c.

¶ Secundo q̄ vnio vltra extrema non dicit aliquid absolutū. quia non apparet in quo genere illud eēt. quia nec in genere substantie/ nec accidentis vt declarat inductiue. Sed non bene intelligo quomodo ista possunt simul stare. quia ipsemet in eadem questione dicit q̄ per verā rem absolutā intelligit rem natam eē extra animā: sed si talis vnio sit/ ipa est nata eē extra animam ⁊c. ¶ Tertio dicit q̄ illa vnio est respectus realis differens ab extremis. ⁊ fundatur i natura humana/ ⁊ non diuina. quia sola humana natura ē capax nec est imaginandum q̄ illa vnio sit quoddam vinculū ligans naturam humanam cum diuina/ ⁊ ecōuerso. sed est illud quo extrema formaliter/ ⁊ denominatione dicunt vnita sicut aliquid denominatur ab albedine album. ⁊ ideo naturaz humanā vnir persone diuine/ vt assumi ad vnitatez ipsius potest dupliciter intelligi. Uno modo q̄ natura humana fiat vna persona/ ⁊ fiat persona christi. ⁊ hoc ē falsum ⁊c. Alio modo q̄ natura humana sustentetur a verbo: ⁊ substet in supposito verbi aliquo modo sicut accidens sustētatur in subiecto. ⁊ sic est verum. Unde sicut ip̄e valde bñ dicit. Licet hec vnio non possit demōstrari. sed sola fide teneatur: tamen ad intelligēdū ip̄az possum⁹ manuduci per alias vniões. scilz materie cū forma/ ⁊ subiecti cū accidente. Nam in vnione forme cum materia forma manet distincta fm̄ suam entitatez sicut prius. ⁊ tamen per hanc vnionem materia denominatur a ꝓprietatibus forme ⁊ econuerso. Sic in ꝓposito: natura diuina et humana remanēt distincte post vnionem sicut ante. nec faciunt p se vnuz sicut materia ⁊ forma: sed magis sicut accidēs ⁊ subiectū non faciunt per se vnū. ⁊ tamen non obstante tali distinctiōe cōmunicāt sibi ꝓprietates suas p predicationē in ꝯcreto sicut diximus q̄ hic filius dei est incarnatus mortuus passus: ⁊ econtra hic homo ē eternus ⁊ fecit mundum ⁊c. Ex hoc apparet q̄ vnio humanitatis ad verbū magis assimulatur vnioni accidētis ad subiectū q̄z vnioni forme ad materiam/ vt materie ad formam. ¶ Quarto dicit q̄ quot sunt nature distincte christo vnite tot sūt vniones: quia respectus variātur ad variationem fundamentorum: ⁊ ideo quia fm̄ eum i homine sunt saltem tres res ptinētes ad eius essentiā: sicut oportet necessario ponere ꝓpter articulum scilicz materia: anima intellectiua: ⁊ ania sensitiua: que immediate sunt vnite ꝙbo. sicut patuit in triduo mortis. quoniā tunc omnia illa fuerūt sibi vnita: q̄z q̄ō semel assūpsit nūquam dimisit. ⁊ fm̄ hoc oportet ad min⁹ ponere tres vniones. vnā i materia. aliā in sensitiua. aliā in intellectiua. Licet hec dicta opinio sit ꝓbabilis: tñ si q̄s velit negare oēm respectū/ siue relatio-

A ꝓbatio ꝓd. op.

B

C

nem distinctam a rebus absolutis: pōt saltē ꝓbabiliter negare dictas vniones/ et ꝛcedere consequens supra illatum scz ꝙ sine acquisitione vel deperditiōe alicuius rei in ipsa humanitate ipa facta ē homo ꝛ suppositum per hoc solū ꝙ filius non vnitur sibi qui prius vniebatur. Et ad argumentum de illa regula impossibile ē fieri transitum de cōtradictorio in cōtradictoriū ꝛc. fuit satis dictuz in primo libro.

D 2. casus. ¶ Scōs casus. ponam⁹ ꝙ ꝑsona verbi nūc̄ assumpsit naturam creatam et ꝛ hoc modo sit ipossibile. tn quia aliqn̄ fuit verum ponamus ꝙ sumus in illo tempore/ et ꝙ die sequēti filius dei assumat filiū marthe tam adultum. siue magis ꝓprie loquēdo assumat illu⁹ filij humanitatē: et tūc fili⁹ dei vocat̄ xp̄s. ꝛ tn nūc̄ iste assumēd⁹ erit xp̄s sicut pz ꝺ dimisso in p̄missо casu ꝙ nunc̄ fuit xp̄s. Sed nunqd hec erit vera xp̄s/ vel hic homo ē filius marthe. Dico ꝙ non. quia nec xp̄s/ nec aliqd tale exiuit de vtero marthe qō est xp̄s/ nec aliqd tale peperit. Ex hoc sequit primo ꝙ hec ꝓña nō valet martha pōt dicere huic humanitati assumpte. ego te genui et tu fuisti filius. ergo potest dicere xp̄o tu es filius meus fm istam humanitatē. Nec est simile argumentum hec hūanitas exiuit de vtero marthe: ergo xp̄s exiuit scdz istaz humanitatē. sicut si arguatur. dens ethiopis ē alb⁹. ergo ethiops est alb⁹ fz dentē. ¶ Prima em ꝓña est de p̄terito ꝛ non valet. sed secunda est de presenti ꝛ valet. Nā si dens ethiopis fuit et alb⁹ anteq̄ eēt ethiops. et postmodum eēt ip̄ius et non eēt albus amplius. patet ꝙ nō valeret ꝓña dens ethiopis fuit albus. ergo ꝛc. Sic in proposito hec humanitas fuit filius marthe quādo non fuit xp̄i. ꝛ nunc quando est xp̄i ipsa non est fili⁹ eius. ¶ Secūdo sequit ꝙ demō E strata manu xp̄i hec ē falsa. hec manus fuit in vtero marthe/ vt egressa est de eo. scz bene partialis humanitas huius manus. ¶ Tertio sequit ꝙ posito ꝙ filius marthe ante hāc assūptionē habuisset vxorē/ aut filios/ aut filias tūc facta assūptione demōstrato xp̄o verum ē ꝙ iste homo nō est/ nec fuit vxoratus/ nec genuit filios/ nec fuit pater eorū. ¶ Quarto sequit posito ꝙ fili⁹ dei dimittat illā humanitatem iste est filius marthe/ ꝛ ante etiam fuit/ ꝛ medio tpe. scz dū erat vnitus nō fuit eius filius. ꝛ ita bis fuit filius. vel saltem hec ꝓ posito iste est fili⁹/ bis fuit vera. nec tn sequitur ꝙ bis genuerit eum. qz secunda vice non fuit filius per generationem nouam. sed per dimissionē predictam. sicut nō est etiā impossibile ꝙ aliquis secunda vice fiat filius Johannis. scz per resurrectionez. ꝛ tamē nō erit secūda vice genitus ꝛc. F 3. casus. ¶ Tertius casus est. Ponamus ꝙ ꝑsona verbi nō dimittendo qō assumpsit tūc assumat de nouo aliquā humanitatē. scilicet Petri. ꝛ voceť illud diuinū suppositū Petr⁹. tunc ptz satis ꝙ Petr⁹ et xp̄s sunt vna ꝑsona: ꝛ ꝙ iesus ē xp̄s. ꝙ ī christo sunt due hūanitates ꝛ ꝙ pōt fz vnā dormire et fm aliaz vigilare. et etiā fm vnā eē albus/ ꝛ fm aliā niger. fm vnā motu ꝛ fm aliam

viuere. et q hz plures matres: et ꝙtrarias ꝓpletiões fm diuersas humanitates. et sic de alijs que possunt duob⁹ hominib⁹ cõuenire et nõ repugnãt filio dei.

A Dubium. ¶Sed dubium est Utꝝ debeat ꝓcedi q xps est duo homies/ vl tres si assumeret tres humanitates. Ad qđ aliqui dicunt q ꝓprie loquendo oporteret vti noua grãmatica dicẽdo q iste xps est vnus hoies. Sz istud ẽ vanũ dictũ ꝛ valde iꝓpꝛia abusio. qꝛ cũ hõ sit nomẽ suppositi ꝛ xps sit vnũ solũ suppositũ. pz q nõ oportet dicẽ illđ. Sz dicẽdũ ẽ q vnic⁹ homo sicut est vnica psona ita ꝛ vnus hõ est homo ꝓ plures humanitates: sed non est vn⁹ per aliquã earum/ sed per psonã assumentẽ/ et suppositantẽ. vnde sicut plures albedines si ponerent in eodem subiecto nõ facerent nisi vnũ albũ. sic in ꝓposito

B 4. casus. ¶Quartus casus est. ponam⁹ qđ tres psone diuine assumant vnã ꝛ eandem naturã humanã sicut de facto psona ẋbi assumpsit eã: tunc querit nunquid est vn⁹ hꝫomo/ vl tres hoies. Aliquibus aũt videt qđ vnionez posse terminari ad tres personas po test itelligi dupliciter. Uno mõ q eẽntia existens in trib⁹ sit primus termin⁹ vnionis. Alio modo q tres psone sint primus terminus vnionis. primo mõ ẽ possibile. scđo mõ nõ. qđ sic probat. qꝛ in omni dependentia essẽtiali vnũ nõ dependet nisi ad vnuz qđ totaliter ei⁹ depẽdẽtiã terminat patz hoc i depẽdẽtia effect⁹ cause efficientis ad causam. qꝛ vnuz causatũ nõ depẽdet a duabus causis totalibus in eodem genere cause. qꝛ si sic tũc aliqđ dependeret tãq a causa ab aliquo. quo nõ exĩte nihilomin⁹ ipsum posset esse Sed in ꝓposito vna psona totaliter ꝛ sufficiẽter terminat dependẽtiã sicut ꝓpꝛia psonalitas in ꝓpꝛia specie terminaret. ergo nulla alia psona põt eẽ primus terminus huius dependentie. ¶Sed his nõ obstanti b⁹ dico q eadez natura humana põt vniri tribus personis. ita q a qualibet depẽdeat equaliter ꝛ eodẽ modo sicut nũc dependet a verbo. Patz. qꝛ non implicat ꝙtradictionẽ plusq q vna eadem albedo subsistat in tribus subiectis. ¶Secũdo dico q per illã eandẽ naturã vnitam ille treo psone sunt tres homines et nõ vnus homo. Patet qꝛ quelibet persona est homo/ ꝛ vna nõ est alia. ℨ Nec debet haberi ꝓ difficili q per eãdem hũanitatẽ sint tres hoies plusq q per eãdem albedinẽ si esset i tribus hominibus eẽnt tres homines albi. ¶ Tertio dico contra assumptum illi⁹ opinionis q nõ est vicouenies q idẽ effect⁹ habeat duas cãs totales qꝛ possibile ẽ q sint due cause approximate passiuo d. ꝓposito quarum vtraq nata ẽ cãre fortiam sub eodẽ gradu sicut si duo ignes eiusdẽ vigoris approximẽt passiuo disposito eq̃lit. idẽ effect⁹ nũero cãbit ab vtroq: sil'r idẽ effect⁹ ꝑt depẽdẽ a duab⁹ cãis finalib⁹ totalib⁹. ergo ꝛ efficiẽtib⁹. ꝓña tenet. añs pz. qꝛ aliq̃s ꝑt eq̃lit appetere duos fines: ꝛ eq̃lit moueri ad faciẽdũ aliq̃d ꝓpt illos fines. ꝛ sic p quelibz eoꝝ sufficienter mouet ꝛc ¶Quarto dico sequi ex ꝓdictꝫ. q hz in hoc casu nõ sit cõcedendũ q aliq̃s hõ

C op. docto.

D

est tres hoies. tamen ꝓt concedi ꝙ aliqua res est hō/ ⁊ illa est tres homines. Primū ꝓz.quia nec pater/ nec filiꝰ/ nec spūssanctus est tres hoies Scōm ꝓz. quia sicut dicit ꝓmū correlariuz septime ꝓpositiōis potest ꝓcedi ꝙ ipa diuinitas est hō ⁊ illa est tres homines cū sit tres ꝑsone Sed contra hoc dictū est nullaz naturam humanaz posse subsistere in tribus suppositis.quia ois natura sic subsistens in tribus ꝑsonis est necessario illimitata sicut natura diuina. nō est aūt illimitata natura humana. igitur.dico ꝙ illimitatio nō facit plus ꝙ vna natura numero possit subsistere i tribus suppositis ꝫ limitatio. sed ꝙ vna natura sic subsistat in tribus suppositis ꝙ ipa sit illa tria suppositа hoc solū tenemus de natura illimitata. sez de natura diuina nō ꝓpter illimitationē/ nec ꝓpter aliam rōnē sed ꝓ solā fidez. nec est euidēs vtrū ita possit esse de alia natura. ⁊c. ¶ Quintꝰ casus est. ponamus ꝙ xp̄s nichil dimittēdo qđ iā assumpsit nunc assumat matrē suā.vel magis ꝓ prie loquēdo hūanitatē matris sue. ⁊ vocet illud suppositū maria. Nō em̄ ꝓprie loquēdo verū est ꝙ xp̄s possit assumere matrē suā nisi itelligēdo ꝙ possit assumere humanitatē q̄ fuit mat̄ sua Sz xp̄s nō est illa humanitas.et per ꝯns nec est mr̄ sua . Et ideo si hec est vera xp̄s est maria hoc est ex noua ipositiōe noīs.qz nō est illa maria q̄ fuit mater sua sicut nō est illa humanitas q̄ fuit mater sua. possumꝰ tm̄ cōcedere ꝙ xp̄s ⁊ maria sunt vna ꝑsona: ⁊ ꝙ xp̄s est vir ⁊ femina. Sz tūc in casu isto dubiū est. vtrū sit cōcedendum ꝙ xp̄s genuit se.cuz illa hūanitas genuit xp̄m. Ad qđ dico ꝙ nō.immo demōstrato xp̄o hec ē negāda hec maria peperit xp̄m.Sz hec humanitas q̄ fuit ℣go maria peperit xp̄m. Et hoc satis ꝓz. ¶ Sextꝰ casus est. ponamꝰ ꝙ xp̄s aliquē genuerit ex femina sicut potuit sine pctō qz nō erat subditus legi cōtinētie.⁊ ipm assumpsit/et vocet illd suppositū petrus tūc ꝓz ex dictz ꝙ xp̄s est petrus. Sz tūc dubiū est vtrū xp̄us sit p̄ petri. Rñdeo ꝙ si illa humanitas scōo assumpta fuit hō ante eiꝰ assumptionē patz solutio ex casu imediate p̄cedēte.s.ꝙ xp̄s mō est p̄ petri. Uñ si xp̄us mo assumeret duos hoies/siue hūanitates duoruz hoim.quoꝝ vnus eēt p̄/ ⁊ alter filius.facta assumptiōe/ ⁊ demōstrato illo suppositо. ipm nō est ille pater nec ille filius. vt satis ꝓz ex dictis.sed si xp̄s assumpserit hūanitatē ꝓpriꝫ filiꝫ ab instāti sue cōceptionis ita ꝙ hec humanitas non fuerit assumpta postꝙ fuit hō tunc auget difficultas. Et dico ꝙ in isto casu oportet ꝓcedere ꝙ petrus est filius xp̄i. ⁊ ꝓ ꝯns ꝙ eadē ꝑsona est pater ⁊ filius sui ⁊ respectu sui. vt ptz. ⁊c. ¶ Sz cōtra hoc videt esse Aug.1.de trini. reputans ꝓ euidenti ꝙ idem non pōt gnare se. Ad qđ dico ꝙ in ꝓposito xp̄s nō eēt pater ⁊ filius p̄m eandem naturā: sed p̄m vnā naturā humanā eēt pater: ⁊ p̄m aliā filiꝰ. impossibile est autem ꝙ idē sit pater ⁊ filiꝰ respectu eiusdē. seu ꝙ idē gignat se p̄m eandē naturā. Et hec est intētio Augustini quādo reputat euidēs argumē

D 6.casus.

C 5.casus.

E

tum ad ꝓbandũ distinctionẽ ꝓsonarum in diuinis. quia deus est pater ⁊ deus est filius. ⁊ impossibile est ꝙ idem gignat se. s. secundum eandem naturam in diuinis vbi non est pluralitas naturarum diuinarum bene valet argumentũ suũ. ⁊ sic patz. ꝓ
A positum ⁊c. ¶ Ex omnib⁹ supra dictis sequunt alique ꝓpositiones. Primo sequitur ꝙ aliquis homo fuit ab eterno qui tamen incepit eẽ homo. Patet de christo q̃ dicit Joh. 8. anteq̃ abraha fieret ego sum. ⁊c. Secundo sequitur ꝙ aliquis hõ non potest non eẽ ⁊ tamẽ põt esse ꝙ nullus sit homo. Ptz. quia christus hõ non potest non eẽ. licet possit nõ esse homo. hec tamẽ est possibilis nullus est homo. ⁊ esset vera si deus annichilaret omnez humanitatẽ. Tertio seq̃tur ꝙ hec ꝯsequentia nõ valet. deus factꝰ est homo: ergo homo factus est deus. quia ꝯsequẽs est falsum ⁊ antecedẽs verũ. vt faciliter pz. nec est ibi cõuersio. sz debet conuerti. ergo quod factum est homo est vel fuit deus. Quarto sequitur ꝙ hec ꝯsequẽtia nõ valet deus factus est homo: ergo factus est aliquid. vel substantia. quia ly factum includit negationẽ. ⁊ ab inferiori ad superiꝰ cum negatione non valet consequẽtia. Multa aũt possent inferri per logicam supradictis. Sz hec sufficiunt bene intelligentibus ad respondẽdum in materia de incarnatiõe verbi. Et hec
B de primo articulo. ⁊c. ¶ Quantum ad secũdũ articulũ in quo
2. articꝰ. videdũ est de ỻbi vnione gratifica ⁊ collatiõe ỻtutũ. Rñdeo breuiter ꝙ licet xps siue aia xpi habuerit plenitudinẽ grẽ ⁊ ỻtutẽ tantã ꝙ non potuit habere maiorẽ. tñ dico cũ magistro in hoc tertio dist. 26 ꝙ nõ. habuit fidẽ virtutẽ nec spem. qz nõ enigmaticã sz clarissimã habuit cognitionẽ ⁊ per speciẽ videbat ea q̃ credebat vel sperabat. sz vt in sequenti distinctione dicit magr. habuit charitatẽ dilectionẽ tantam qua maior eẽ non põt. ⁊ sic non habuit illas tres virtutes theologicas q̃ ponunt in viatoribus sed habuit pfectiores. Sicut enim dicẽdum est de angelis ⁊ alijs beatis cõprehẽsoribus. Sed gra huius videda sunt hic aliqua de p̃dictis trib⁹ virtutibus theologicis. de quib⁹ magister tractat i hoc tertio. Et prio mouebo aliqua dubia cõmunia illis trib⁹ virtutibus theologicis. Secundo aliqua spãlia de spe. Tertio aliqua de fide ¶ De charitate aũt satis dixi in ꝓmo libro. ¶ Quantũ ad primũ punctum erit primũ dubiũ vtrum necessario sit ponere tales tres ỻtutes theologicas in viatore. et videtur ꝙ non qz ꝓpter finẽ cõsequendũ sufficit cognitio ⁊ dilectio. igitur habitꝰ ex illis actibus generati sufficiũt. sz tales sunt fides ⁊ charitas. igit spes non est necessaria. Itẽ si eẽnt necessarie vel hoc eẽt ꝓpter actũ naturalẽ vel supnaturalẽ. Non naturalẽ. qz respectu cuiuslibet talis sufficit virtus naturalis. nec ꝓpter supnaturalẽ. qz talis non est nobis in via sed naturaliter credim⁹ ⁊ diligimus. Ad oppositũ est illd apli. 1. Cor. 13. Nũc aũt manẽt fides. spes. charitas: tria hec. ⁊c. igit tres sũt ỻtutes distincte ⁊c. ¶ Pro solutiõe So. dubij

C 1. dubiuz.

hyulus dico ꝓmo ꝙ non pōt pba ri ratiōe naturali ꝙ indigeam⁹ habitu supnaturali quocūqz ad consequēdum finē vltimū. ꝓtz. quia non pōt esse ratio naturalis ad concludēdū tales habit⁹ nisi ꝓpter operatiōes ad quas inclinant. nam oīs habitus innotescūt nobis per operatiōes. sed oīs operationes quas experimur mediātibus habitib⁹ istis possumus experiri mediātibus naturalib⁹. ꝓz inductiue. Secūdo dico ꝙ ex hoc ꝙ beatitudo est homini ꝓferenda ꝓpter merita non cōcluditur euidenter ꝙ aliquis habitus supnaturalis sit homini necessari⁹. ꝓtz. ꝙ deus pōt aliquē acceptare i puris naturalibus ad btitudinē sine quocunqz habitu supnaturali. ⁊ etiā reprobare sine oī peccato. sicut patuit in ꝓmo lib. Et sic posset de⁹ acceptare actū diligēdi deū. ⁊ cōsimiliter actuz credēdi ⁊ sperādi sine quocūqz habitu supnaturali. quare. ⁊c. ℭ Tertio dico ꝙ respectu oīm actuū quos habem⁹ vel habere possum⁹. possum⁹ habere habitū naturalē inclinantē ꝓbatur. quia nihil oportet negari, vel cōcedi, nisi vel ꝓpter rationez/ vel experiētiā/ vel auctoritatē. ſz in ꝓposito nullū istorū cogit negare dictos habit⁹ naturales. Itē oīs actus quē experimur in nobis est naturalis ⁊ a voluntate efficiēte. quare ⁊ si ponatur habitus supnaturalis cōcurrere: tamē oportet ꝓcedere habitum naturalē acquisitū gñatum ex actibus. ⁊c. Quarto dico ꝙ illi tres habit⁹ supnaturales sunt nobis necessarij de potētia dei ordinata ad ꝓsequendū beatitudinem ⁊ hoc precise tenetur ꝓpter fidē ⁊ sanctoꝝ auctoritatē. Ad hoc facit ratio post oppositum. Ratio aūt secunda pri⁹ facta ante oppositū ꝓcludit ꝓmaz ꝓpositionē. prima aūt ratio solF uetur inferius. ⁊c. ℭ Secunduz dubiū est de ordine istarū virtutū. ſ. vtrum fides sit prior spe/ et spes charitate eo ordine q̄ apostolus eas nominat. Et videtur ꝙ charitas sit prior spe. qr act⁹ charitatis ē prior actu spei. Nā actus diligēdi precedit actū desiderandi. nullus em̄ desiderat nisi desideratum prius diligat. igit̄ ⁊ habitus ⁊c. Oppositū. qr aliquis hz spem/ vel hr̄e pt sine charitate/ non ecōuerso. igit̄. ⁊c. ℭ Ad hoc dico ꝙ iste ℣tutes simul infundunt̄. tñ spes est prior ordine charitate. Et q̄n dicit̄ ꝙ actus charitatis est prior. dico ꝙ dupler est amor/ ⁊ ita dupler actus. Est em̄ amor amicitie: et amor cōcupiscentie. Actus amoris amicitie est actus charitat⁹. et actus amoris ꝓcupiscētie est actus spei: ſz actus amoris amicitie ꝓsupponit actuz amoris ꝓcupiscētie. quare ⁊c. ℭ Tertiū dubium est vtr ū corruptis habitibus supnaturalib⁹ possint habitus naturales remanere. Videtur ꝙ nō. qr destructa charitate nullus pōt diligere deum sup oia. eodē mō videt̄ de alijs. Rn̄deo ꝙ habit⁹ naturales p̄nt manere habitib⁹ supnaturalibus destruct⁹. tñ de alijs ⁊ alijs diuersimode est dicendū. qr habit⁹ naturalis correspōdēs charitati pōt manere destructa charitate infusa de potētia absoluta. nō de potētia ordinata qr deus ordinauit ꝙ qñ aliqs diligit

4. dubi

deũ sup omia q tũc mereat hr̃e charitatẽ infusaz ⁊ de⁹ eã statum infundit. sz fides ⁊ spes acq̃sita p̃nt bñ manere sine infusis qz ita itelligi pt vn⁹ paganus credere sicut xp̃ianus fm fidẽ acq̃sitã nõ tñ pot deũ sup oia diligere nisi habita charitate ⁊ fide infusis. A qz isti simł infundunt ⁊c. ¶ Quar 4. dubiũ. tuz dubiũ est de cõpossibilitate istoz habituũ cuz alijs: ⁊ ẽ spãlis difficultas de fide vel spe vtrum vel quõ stent cũ sciavel clara visiõe. Circa qõ sciẽdũ ẽ q ꝓ possibilitas istoz põt itelligi tripł'r. Uno mõ q̃tũ ad habitũ vnⁱ⁹ ⁊ actũ alteri⁹. Scõo mõ q̃tũ ad actus vtriusq;. Tertio mõ q̃tũ ad habitus vtriusq;. dico ꝯ ꝑmo' ꝓ primo mõ q ꝯnaliter nulli⁹ act⁹ repugnat habitui. ⁊ iõ habitus fidei põt stare cũ actu scie vł clare visionis. patz. qz nõ est maior: nec apparet tanta repugnãtia inter ista quãtavr ee iter actũ errãdi ⁊ habitum scie circa eãdẽ ꝯclusionẽ. sz ista p̃nt simul stare: qõ ptz qz ponam⁹ q quis habuerit demõstrationẽ alicui⁹ cõclusionis et modo nõ recordet de hoc iste põt elicere circa illã ꝯclusionez actum dubitãdi vel errãdi. ⁊ tñ adhuc hz habitũ scie qz est magis inclinat⁹ ad actum sciendi q̃s erat ante habitũ. ⁊ eodẽ modo põt argui de actu intẽperantie ⁊ habitu tẽperãtie. ⁊c. Scõo dico q predicti habit⁹ saltẽ sub certo gradu nõ repugnãt inter se suppositio etiã q actus repugnaret. ꝑz. qz nõ pl⁹ repugnat habit⁹ fidei habit⁹ scie vel clare visiõis q̃s actib⁹ eaz ex quo act⁹ sunt ꝯnatui habitus: sz habit⁹ fidei non repugnat illis actibus: vt probatum est. Tertio dico q dubium est: ⁊ est ꝓbleuma neutrum: vtrum illi act⁹ repugnent aut vtrũ simul stare possunt. seu de facto simul stent: quia eque ꝓbabiliter põt sustineri vna ps sicut alia. Quarto dico q tamẽ dicta sanctoz magis videntur sonare q nec habitus: nec act⁹ stent simul. Unde concedunt q charitas tantum manet in patria ⁊ fides ⁊ spes, non manent cum clara visione. Et hoc idem cõcedo ꝓpter auctoritates sanctorũ ⁊ non ꝓpter aliã rationez ⁊ etiã de xp̃o. vt in ꝓncipio hui⁹ articuli dixi. Circa fm punctuz est primũ dubiũ de spe quõ di- B stinguat ab alijs virtutib⁹ sicut ipse distiguunt inter se. Nã ad ꝓsequẽdum finem sufficit notitia et amor: sed ad cognitionem satis inclinat fides ⁊ ad amorez charitas. Et si dicat q spes requiritur ad actum desideriꝫ: qz oportet illud qõ credit et amat etiam desideret. Cõtra nõ videt aliquid req̃ri ad consequẽdũ finem nisi q ostẽdatur obiectũ diligibile tanq̃ possibile a nobis haberi. ⁊ sic de alijs circũstantijs et q tunc illud ametur a nobis. Sz ad hec sufficiũt fides et charitas. igit. ⁊c. Dico ad hoc q spes ⁊ fides sunt ✠tutes iter se ⁊ ab alijs distincte: qz quãdo aliq̃ sunt iter se separabilia illa inter se distinguũtur: sed spes ⁊ alie ✠tutes theologice sunt huiusmodi. quia aliquis potest credere ⁊ non sperare. sicut patz in desperantibus. similiter q̃s potest amare ⁊ nõ sperare sicut in patria. similiter aliquis põt sperare se habiturum beatitudinẽ et tamen non diligere charitative sicut pz in multis pctõrib⁹

¶ Igitur ꝛc. Secūdum dubiū est quid sit obiectū spei. ꝛ qr de⁹ videtur esse obiectum cuiuslibet virtutis theologice. tūc est dubiuꝫ. quomō obiectū idem pōt esse istaꝝ triumvirtutū. Et si sic iterum est dubiū quō sint distincti habitus maxime cū vn⁹ habitus sufficiat respectu intellectus. alius respectu voluntatiſ. Respondeo ꝙ obiecta istarum virtutū immediata sunt diuersa complexa. Nā obiectum fidei est hoc complexū. omne reuelatum a deo est verū eo modo quo reuelatur a deo. obiectum aūt spei est ꝙ beatitudo est nobis conferēda a deo ꝓpter merita. obiectū autē charitatis est hoc complexū. deus est diligendus et omne quod deus vult diligit a nobis charitatiue ꝛc. Sz tunc est instātia de obiecto spei et licet virtutū theologicarū deus sit principale obiectū tn non creatura vt videtur. beatitudo autē est creatura. q̄re ꝛc. Respōdeo ꝙ licet deus sit obiectū mediatuꝫ cuiuslibet virtutis theologice: tamen hoc complexum ē immediatum obiectū spei. scilicet visio ꝛ fruitio diuina/ siue beatitudo est homini ꝙferenda ꝓpter merita. Quod credo sic eē intelligēdū: ꝙ beatitudo homi conferetur si ſm legem dei meritorie opetur. quod patebit inferius. ¶ Tertium dubium est in qua potentia ponēda sit spes et quis sit eius actus. Nam in intellectu non apparet eē alius actus q̄z actus credendi qui est actus fidei. in voluntate autez non nisi actus amādi q̄ ē actus charitatis ꝛ actus volēdi: qui non est actus spei/ vt pz. ꝛ actꝰ desiderādi q̄ etiā non est actus spei. qr pōt eē in desperātib⁹ ꝛc Ad hoc dico ꝙ act⁹ spei ē volitio ꝛ desideriū efficax quo ꝙs stati ostenso per fidem ꝙ beatitudo est sibi conferenda ꝓpter merita statim elicit efficaciter actuꝫ desideriꝫ meritoriū qui non pōt esse in desperantibus. Unde desiderium est duplex. vnū est respectu possibiliū quando aliq̄s efficaciter desiderat aliq̄d tanq̄z possibile haberi ab eo. et illō non est in desperantibus. aliud respectu impossibiliū: scz quādo aliquis desiderat aliquid ꝛ credit illud sibi esse impossibile ꝛ illud potest eē in desperantibus: sed quōcunq̄z sit talis act⁹ est in ꝙluntate ꝛc. ¶ Quartuꝫ dubium est cū fides ꝛ charitas inclinēt ad actū spei quō possūt esse virtutes distincte siue habitus distincti a spe. Respondeo ꝙ sicut respectu actus sciendi potest esse duplex habitus quorum vn⁹ inclinat ad actum sciēdi mediate. scz habitus ꝓncipiorum. ¶ Alius imediate. scz habitus ꝯclusionis. ꝛ in talib⁹ primus habit⁹ potest haberi sine scō. Uñ habitus ꝓncipioꝝ nō inclinat ad actum sciendi ꝯclusionem nisi quatenus est causa sui actus. qui actus cum potentia intellectiua est causa sciendi ꝯclusionē imediata ꝛ partialis Et ideo inclinat mediate quatenus est causa cause. et qr actus ille principioꝝ cū intellectu sufficienter inclinat ad actū sciēdi conclusionem. ideo nō pōt haberi ille actus sine scientia sed ille actus sciendi post causatus ex actu cognoscēdi ꝓncipioꝝ ꝛ intellectu imediate causat habi-

E Ad tertiā dupl'r potest dici fm Armacanū libro nono cap. 14. Uno modo q; ex tota serie euāgelij non apparet q; xps alijs a paruulis supra dictꝫ hoc sacramentū ꝓtulerit ipso existente in terris corporaliter. z ideo i die penthecostes ipsis apostolis z discipulis congregatis in vnū primo datus fuit spiritus sāct⁹ vice huius sacramenti ꝓfirmationis siue impositiōis manuuz Act. 2. Et qz xps in humanitate absens erat. loco ipositionis manuuz cecidit ignis ab eo missus supra capita singulorū ꝗlis F appitio nō legitur cum apli manus alijs iponebāt. Alio modo si quis velit dicere; apli añ xpi passionē hoc sacramentū susceperant p quo videt facere q; apostoli baptisatis q̄busq; statiz man⁹ imponebāt: qō nō fecisset vt videt nisi cum eis ita actum fuisset a xpo. tūc ꝯñr pōt dici q; illa donatio spūs sancti in die pēthecostes nō fuit eis sacrm cōfirmationis: sed alijs discipl'is qui cū eis erant. Prima aūt via videtur phabilioz huic doctori licet er ea sequat' q; apl'i sacrm ordinis ante sacrm ꝓfirmatiōis susceperūt. qō. ipe oñdit nō eē in cōueniēs. Secunda aūt via simpliciter concederetur ab eo. si tamen ostenderetur quid apostoli susceperunt in die penthecostes: cum eis xps prmiserit de re spūs sancti. Et si declaret quomodo illa tā ingens datio spūs sancti nō fuerit sacramentū qō est difficile vt dicit. ¶ Quantuz ad tertiū articulū soluēda ē tripler dubitatio. Prima est vtruz hoc sacramentū sit necessariuz ad salutez Uidetur q; sic de cōsecra. distin. 2. Omnes fideles p manus impositionē episcopoz post baptismū spiritum sanctuz suscipere debēt vt plenī xpiani inueniātur. ibi dicitur debent. Item quilibet tenetur esse plenus christianus. ¶ Respondetur fm Scotum. q; nō est simpl'r necessarium iuxta illud Mar. vlt. Qui crediderit z baptisat⁹ fuerit ꝛc. est tamen necessariū adulto sic q; non ꝓtēnat. alias nō est plenus christianus. vt dicit auctoritas ꝛc. Dicit tñ dñs Armacanus q; receptio huius sacramenti in adultis habet vim precepti. ita q; ipsa est necessaria si haberi possit. Et hoc ipse ꝓbat libro nono. ca. 22. z respondet ad obiecta contra ꝛc. ¶ Secūda dubitatio. vtrum hoc sacramentum sit iterabile vel nō. Rñdet q; iterari non debet: et si iteret nullum effectum habet. de consecratio. dist. 5. dictum. Uñ sciēter iterans peccat mortaliter. Ratio autem sola z principalis est institutio diuina. de qua nō patet clare ex scriptura sed auctoritate ecclesie ꝛc. ¶ Tertia dubitatio. Utrum pena iterātium hoc sacramētum sit irregularitas. Respondent canonistę q; sic. Quod probant per locuz a simili de baptismo p casuz de consecra. dist. 4. Qui bis. tamē Scotus dicit oppositū. qz nulla

Ad tertiā op. armacani.

Aliter dr.

3 artick's.
1. dubium

Solutio. 1

2. dubiuz
Solutio

3. dubiū.

Solutio.

Solutio armacani

pena canonica que non est infli
cta a papa cōdente ius incurrit
ipso iure. nec ꝓpter argumentū
exponentiū canones siue a simi
li siue a contrario sensu est ali-
quis tali pene astrictus. qr pos
sunt exponere ius conditū non
nouum ius cōdere. Cū ergo nō
inueniatur expresse dicta pena
in iure/imo magis oppositū de
ꝓse. di. 5. dictum. vbi nulla pena
infligitur epō iterum ꝓfirmanti
vel etiam suscipienti nili q̄ soli
deo sub hitu monachali/vt cle-
ricali seruat. illō em̄ innuit nō
penā irregularitatꝫ sed magis
oppositum. Igitur illa pena nō
est imponenda maxime cū pene
sint restringende ꝛc.

Ad rōes q̄stiōis ꝓ q̄d dicendū sit
Questio. v. de sacro eucharistie.

A 5. questio. Utrū cor-
pus xp̄i localit sit
in celo et realiter i
euchari-
stie sacra-
mento.

Quia postquā magister egit de sacramēto baptis
imi quo regn̄amur
ꝛ de sacramēto cō
firmationis quo roboramur. cō
sequenter agit ab octaua distin
ctione vsq; ad quartā decimam
de sacramento eucharistie quo
nutrimur. Ideo quero Utrū idē
corp⁹ xp̄i localiter sit in celo et
realiter in eucharistie sacramē
to. ¶ Arguitur primo q̄ nō. qr
si sic sequeretur q̄ corpus xp̄i
distaret a seipso. consequens vi
detur implicare. et consequen-
tia tenet quia quanta est distan
tia inter loca tanta est inter lo-
cata vt videtur clarum. igit ꝛc.

1. arguit.

2. arguit. ¶ Secūdo sequeretur q̄ xp̄i cor
pus et spēs eucharistie eēnt eq̄-
lia. Consequens apparet falsū
et consequentia ꝓbatur. quia q̄
occupant locū equalē sūt eq̄lia,
nā q̄cūq; vni ꝛ eidē sūt eq̄lia in
ter se, sūt eq̄lia. et locꝰ est eq̄lis lo
cato et econtra. Si ergo corpus
xp̄i et spēs ille occupant equalē
locum. sequitur ꝛc. ¶ Tertio si
sic. vel omnis actio et passio et
omne accidens que insunt cor-
pori xp̄i localiter existenti in ce-
lo etiam insunt eidem existente
in eucharistia vel non. Si dicat
q̄ sic. cōtra. quia in eucharistia
nō potest videre nec audire nec
videri nec audiri. et ista compe
tunt sibi in celo igitur. Si dicat
q̄ non. contra. actiuo sufficiēter
approximato passiuo potest se-
qui actio. sed sic est hic. igit ꝛc.
Oppositum tꝫ fides ꝓpter illud
dictum xp̄i. hoc est corpus meū.

3. arguit.

In oppm

¶ In ista questione erunt tres
articuli. sicut in precedentibus
Primo videbitur q̄d est eucha-
ristia. Secūdo de questiōe ꝓpo-
sita. Tertio de illo quod tangit
ratio tertia. s. vtruꝫ omnis actio
aut passio et omne accidēs q̄ in
est corpori xp̄i existente i celo
possit eidem inesse sub eucha-
ristie sacramento. ¶ Quantū ad
primū articulū hꝫ Scotū ꝛ cōi-
ter loq̄ntes Eucharistia ē sacra
mētū corpis xp̄i ꝓtētiuū sub spē
bus panis et vini post cōsecra-
tionē factā a sacerdote sub cer-
tis verbis cū debita intentione
prolatis ex institutione diuina
veraciter signans corpus xp̄i
et sanguinē sub vtraq; panis s.
et vini specie realiter ꝓtineri. et
ipsum digne comedētes aut bi-
bentes spiritualit reficit. Et hec
descriptio patebit ex dicēdis.
Ex hac descriptōe patēt sex co-
rolaria. Prio pꝫ q̄d sit materia
huius sacramenti. quia panis
et vinum. Et debet esse panis

Respōsio.

B
1. articls.

tritice⁹ cū aqua elemētari, coagulatus de cōsecratione dist. 2. cap. Non oportet. Et capko sequenti. Cui⁹ cōgruentia accipitur ex illo verbo christi. Joh. 12. Nisi granum frumēti: ꝛc. Ubi xp̄s grano frumēti se cōparat. Debet etiā esse vinū de vua expressum. de cōse. distin. 2. Vinū Cui⁹ congruētia accipit ex illo ℣bo xp̄i Joh. 15. Ego sum vitis ꝛc. Ubi xp̄s se comparat viti. Et ideo vinū artificiale vl̄ quod nō est de vite nō est incōueniēs materia hui⁹ sacramēti, Ratio aūt oim istor est sola istitutio diuina. cui⁹ ꝓgruētie ad hec possit dari. Secūdo p̄z quid sit forma hui⁹ sacramenti. qz certa verba a sacerdote plata. Pro quo pono aliquas ꝓpositiones. ¶ Prima est q̄ forma ꝓsecratiōis corporis sunt hec ℣ba. hoc est corpus meū. Unde illa ꝓiūctio cm̄ nō est de essentia forme. sed ponitur ad ꝓtinuandū ne illa ℣ba que sunt de forma pferātur sine p̄cedētib⁹. Secūda ꝓpositio q̄ illa verba p̄cedentia debent dici ꝓpter reuerentiā vl̄ ꝓpter oratione p̄mittendā. licz nō sunt necessaria ad ꝓsecratione faciendā. Tertia ꝓpositio q̄ ad cōsecratione sanguinis istaverba sunt necessaria vel eor sensus. hic est sanguis meus qm̄ oēs quattuor euāgeliste in illo sensu ꝓcordāt qz idem intelligitur p̄ ista. hic est calix sanguis mei hic est em̄ sanguis me⁹. hic est calix in meo sanguine: que verba illi quattuor posuerunt. Hec aut ē verbor diuersitas fuit forte ꝓpter hoc qz a p̄cipio in diuersis linguis scripserūt. vl̄ qz ex diuersis linguis in latinum translata sunt euāgelia. vel qz sic voluit spūssanctus vt sciret q̄ nō eadem verba requirūtur sed eq̄lent sensus. vel ꝓpter aliud misterium. Non est ergo dubiū sensum illor erigi ad cōsecratione sanguinis. sed vtrūz aliud reqrat est dubium. ¶ Pro D quo sit quarta ꝓpositio q̄ non est certū ex scriptura vtrum illa verba que precedūt aut sequūtur in canone misse fm vsum ecclesie. aut aliqua alia a p̄dictis requirātur ad ꝓsecratione sanguis. Ideo periculosum est hic aliquid asserere. qz ad hoc auctoritas sufficiens nō habetur sed nō est periculosū ignorare qz videt ignorantia inuincibilis vt dicit Scotus. Et de hac materia tractat Armacanus. lib. 9 a principio vsq̄ ad. 5. capm̄. sz trā seo causa breuitat̄. ꝛc. Quinta ꝓpositio que sequit ex p̄dict̄ est: q̄ nō est necesse in quolibet sacramēto scire p̄cise que verba sūt de forma ad hoc q̄ aliquis conferat sacramentū. Sexta est q̄ in casu talis dubij sufficit intentio faciendi qđ facit ecclesia ideo sacerdos debet distincte legere verba canonis a principio vsq̄ ad finem. ꝛ oppositū facere esset peccatum. qz ibi melior est simplicitas q̄ subtilitas. ¶ Ter E tio ex dicta descriptiōe p̄z quis sit minister hui⁹ sacramēti. quia sacerdos certa verba ꝓferens cū debita intentione. Pro quo pono aliquas ꝓpositiones. Prima est q̄ solus deus potest hoc sacramentū cōficere causaliter Secūda q̄ creatura potest hoc sacramentū ꝓficere ministeraliter: qz deus sic ordinauit vt in quolibet sacramento minister

posset esse hõ. Tertia est q ad hoc vt creatura ꝓficiat hoc sacramẽtũ mĩusterialit solũ tres cõditiones requirũtur simplr. Prima est q sit sacerdos. Scda q pferat verba cõsecrationis. Tertia q habeat intentionem faciẽdi qđ ecclesia intendit. Prima conditio est specialis in hoc sacramẽto. Et ꝓbatur extra de sum. trini. ⁊ fi. catho. ca. firmiter. Et fundat Mat. 26. Hoc facite. ⁊c. Uel hoc quotienscũq; feceritis. ⁊c. Ubi xps loquit discipulis quib⁹ succedũt in ecclesia soli sacerdotes. Secũda ꝓditio ⁊ tertia sunt cões alijs sacramẽtis. Unde ꝓpter defectũ secũde nõ põt mut⁹ ꝓficere. sed ꝓpter defectũ tertie hoc nõ potest carens vsu rationis: sed illud pót degradat⁹ hereticus vl̃ scismaticus. ¶ Quarta ꝓpõ q ad hoc vt creatura ꝓficiat hoc sacramẽtum ministerialiter nõ solũ simpliciter ⁊ absolute: sed etiã decenter et ordinate aliqua alia a p̃dictis requirũtur. s. aliq̃ ex pte ministri vt q nõ sit subiect⁹ pene canonice aut pene naturali sup qua fundat pena canonica sicut q nõ sit degradatus: irregularis: excõicat⁹: suspẽsus ab executione sacramentoꝝ. symoniacus vel infamis. q nõ sit in naturalib⁹ turpiter ⁊ scandalose defectuosus sicut leprosus. Itẽ q nõ sit in pctõ mortali ⁊ q sit in cõueniẽtib⁹ ornamẽtis: vt habet de ꝓsecra. dist. 1. vestimẽta. Et q habeat in missa respõdentẽ in psona totius ecclesie. Silr ex pte loci aliqua requirũtur. Ex pte loci ꝓprie dicti duo. scz ꝑmo q nõ sit interdict⁹. scõo q sit scrificat⁹. Et istud ꝑm itelligendũ est nisi in casu necessitatis. Itẽ ex pte loci ꝓprie dicti scz altaris vl̃ vasis requirit q altare sit lapideũ. ⁊ q calix ⁊ patena sit de auro vl̃ argento: aut ad minus de stãno non de ere aut auricalco ꝓpt ꝓtractaz rubiginẽ. non de ligno vl̃ vitro ꝓpter ibibitionẽ vl̃ fractionem Et debẽt oia ista esse ꝓsecrata. Silr aliq̃d requirit ex pte tẽporis. s. q sit inter p̃cipiũ diei et horã nonã intelligẽdo p p̃cipiũ diei p̃ncipiũ aurore. Et incipit ꝑm auctorẽ in libro de crepusculis qñ est sol sub orizonte ad octo gradus: ⁊ hoc est intelligendũ regulariter. Itẽ istã tẽporis circũstantiã ꝓcomitatur vnũ qđ reqrit tractũ tẽporis scz q dicat missa cũ certis orationibus ꝑm vsum ecclesie Et de oĩbus istis vide in Scoto li. 4. in fine dist. 13. vbi diffuse declarat ista q̃ breuiter sũmam: qz licet sint vtilia tñ nõ sunt magne speculationis. ¶ Quarto ex ꝓdicta diffinitione ptz quis sit suscipiens hoc sacramentuz: qz comedens aut bibens. Pro quo distinguendũ est ꝑm Scotũ q hoc sacramentũ põt aliquis suscipere q̃druplr. Uno modo sacramentũ ⁊ nõ sacramẽtaliter. Secundo modo sacramentũ sacramentaliter ⁊ nõ spũaliter. Tertio modo sacramentũ sacramentaliter ⁊ spũaliter. Quarto modo sacramentũ spũaliter ⁊ nõ sacramẽtaliter. Primo modo recipit sacramentũ ꝙ recipit hostiã ꝓsecratã. sed tñ nõ recipit eã vt ꝓsecratã sed oĩno nõ discernẽs eaz a cibo cõmuni. Et talis ꝑm Aplm. 1 ad Corinth. 11. Judiciũ sibi mãducat ⁊ bibit nõ dijudi-

cās corpus dñi.i. nō discernēs a cōmunib⁹ cibis. Et hoc si fiat ex infidelitate sicut in pagano: vl̄ ex ꝓtemptu stante fide vt in malo christiano. Et hoc modo vnū brutuz potest recipere hoc sacramentū. Secūdo modo recipit sacramentum ille qui est in peccato mortali. ꝛ tamen credit ibi esse corpus xp̄i et recipere ꝙmunionē ipsi⁹. Tertio modi recipit sacramentū bon⁹ fidelis sine pcō mortali: qui cibum siue sacramētū corporaliter recipit ꝛ in cibū spiritualiter conuertitur. iuxta verbū Augusti. in lib. ꝙfes. Quarto modo recipit sacramentuz bonus fidelis deuote parat⁹ ad susceptionez qui tamen ꝓpter reuerentiam abstinet vl̄ ꝓpter infirmitatē vl̄ quia forte nō habet ministrum Istis tribus modis brutū non potest suscipere sacramentū. sz duobus vltimis solus bon⁹ recipit. ¶ Quinto ex dicta descriptione ptz quis sit effectus huius sacramenti. Est em̄ duplex effect⁹. Primus est realis ꝓtinētia corporis et sanguis xp̄i sub speciebus panis ꝛ vini. Secundus est refectio spūalis illius qui digne recipit hoc sacramētum. Primus effectus ꝓbatur p̄ autoritatē. Math. 26. vbi xp̄s post cenā illud sacramentū instituit vt sub illis specieb⁹ verū corpus ei⁹ et verus ei⁹ sanguis realiter cōtineretur. Et non tm̄ tūc quādo ipse ꝙfecit sed etiam quādo postea a sacerdotib⁹ cōficeret. Ad quod dedit auctoritatē subdens ibi hoc facite in meā cōmemorationē. Unde ꝙ hoc sacramētū semp sit in ecclesia q̄diu ipsa durabit patz ꝓ illud. 1. Corinth. 11. Quotiēscūq; panē hunc. ꝛc. mortē dñi annūciabitis donec veniat. supple ad iudicandū. Undevsq; tūc durabit ecclesia militans ꝛ eucharistia in ea. ¶ Secūdus effect⁹ ptz q̄ congruū est illū specialiter refici qui digne recipit cibū spiritualē. ꝛc. ideo datur in specie cibi corporalis. ꝛc. Si vero hereticī vellent ipugnare primū effectū dicendo q̄ corp⁹ xp̄i nō est ibi realiter sed solū representatiue ꝛ q̄ illa verba sz hoc est corpus meū hic est sanguis me⁹ dicta sunt figuratiue. sicut illud Johannis decimoquinto. Ego suz vitis vera. Istud apparet esse ꝙtra intentionē christi. q̄ fm Augustinū intellect⁹ verbox xp̄i ex p̄cedētibus ꝛ sequētibus potest haberi. Unde vbi xp̄s dicit ego sum vitis vera statim subdit ꝛ vos palmites. Un̄ constat eū loqui figuratiue. C Cū autē dicit hoc est corpus meum statim subdit quod ꝓ vobis tradetur. Luce. 22. Et ita de suo sanguine ideo. ꝛc. Et si dicāt isti q̄ christ⁹ videns aliquos abisse retrorsum ꝓpter p̄dicationē de eucharistia vbi dicit Johan. 6. Nisi mānducaueritis carnē. ꝛc. statim exposuit se dicens verba que locutus sum vobis spūs et vita sunt. et ita videtur q̄ nō intellexerit nisi de carne sua figuratiue. Istud nō valz. q̄ nō vult ibi negare veritatē corporis sui sed vult ostendere q̄ non est ibi corporaliter illo modo quo illi intelligebant. sz visibiliter ꝛ in ꝓpria forma. sed per oppositum ad istum modū intelligendi est ibi spiritualiter. ꝛc. ¶ Sexto ex dictā diffinitione et inte-

diate dictis ptz quadruplex differentia et excellentia hui⁹ sacramenti sup alia. Prima. quia alia licet ꝯtum elt de se sint signa vera tamen quandoq; non habent effectũ suũ propter suscipientis indispositionem. sed istud est veracissimũ quia nũq; caret primo effectu. Secũda est qz istud realiter ꝓtinet illud qđ signat. alia non. Tertia qz effectus isti⁹ est dignior ꝯ in aliis. ⁊c̃. Quarta qz alia sacramenta consistunt in fluxu et fieri istud autẽ est quoddã permanẽs. ⁊c̃.

A Circa materiaz eucharistie 1. dubium

¶ Sed ꝓtra p̃dicta per ordinem mouent aliqua dubia circa materiã. ¶ Primũ dubiũ est. an panis azimus vl fermentatus vel vterq; sit materia hui⁹ sacramẽti. ¶ Secundũ Utrũ apponere aquã sit de necessitate sacramẽti. Et videtur q; nõ qz nõ appareret vbi christus instituerit q; ponatur aqua. igitur. ⁊c̃.

2. dubiuz

B Solutio ꝑmi dubij

¶ Ad primũ dubiũ dicũt greci q; necesse est conficere in fermentato. ideo negant latinos conficere. Antecedens probant. qz christus cõfecit in illo pane sicut nituntur declarare ex euangelio. sed de hoc vide pro ⁊ contra in Scoto. Contra hanc heresim pono aliquas propositiones. Prima est q; christus confecit in pane azimo ⁊ nõ in fermentato. Ptz per illud Mathei. 26. Primo die azimoꝝ quesierunt discipuli. vbi vis paremus tibi pascha. Similiter. Mar. 14. ⁊ ideo ptz q; prima die azimoꝝ scz. 14. luna cuz discipulis comedit christ⁹ agnũ paschalez secundũ legem. ⁊ illa die confecit. ⁊c̃. Secũda propositio q; nõ solũ in azimo. sed etiã in fermentato potest confici qz secundũ Anselmũ libro suo de azimo ⁊ fermentato nõ differũt substantialiter azimus ⁊ fermẽtatus. ideo nõ negam⁹ grecos ꝓficere in fermẽtato. Quod ptz qz a principio tota ecclesia cõficiebat in azimo postea autẽ tẽpore Leonis pape fuit constitutum q; ꝓficeretur in fermẽtato. sed illud fuit ad tẽpus ad extinguendũ heresim Hebionitarũ: qui dixerũt necessariũ esse christianos iudaizare. ⁊ p; ꝓsequẽs pascha in azimo conficere: sed illa heresi extincta rediit ecclesia occidentalis ad primã consuetudinẽ. Tertia propositio q; minister siue latinus siue grecus cõficiens in fermẽtato graviter peccat: qz talis facit cõtra ordinẽ siue constitutionẽ ecclesie: que ꝓfortius est quo ad hoc institutioni christi. ⁊c̃.

C Solutio. scdi dubij

¶ Ad secundum dubium dicit Armacanus in libro. 4. capi. 9. q; aqua in consecratione sanguinis necessario exigitur: quia licet nõ legatur christum sic cõsecrasse: tamen aliquibus verisimilibus rationib⁹ hoc ꝓbatur. ⁊c̃. Scot⁹ tamẽ dicit q; nõ est simpliciter de necessitate sacramenti q; apponatur aqua cũ vino: qz etiaz qñ ponitur aqua non ꝓuertitur in sanguinẽ: nisi sit primo cõuersa in vinum: ⁊ ideo ita modica est ponenda ⁊ ita tempestiue q; añ consecrationem possit conuerti in vinũ. Greci etiam non apponũt aquam: vt dicit Innocentius de officio misse parte. 3. libr. 4. capitu. 5. tamen minister tenetur ponere aquam propter preceptum ecclesie. etiam christus vinum aque mixtum consecrauit secundũ Dama. li. 4. c. 5. ⁊c̃.

Circa formā sacramenti.
1. dubiuz.
2. dubiuz.

¶ Sed circa formā sunt aliqua dubia. ¶ Primū est qñ christus hoc sacramentum instituit siue quādo primo consecrauit. ¶ Secundum est quid demonstrat̄ p ly hoc in illa ꝓpositione. hoc est corpus meum ꝛc. ꝛ quid signat ꝛc. ¶ Ad primum dubium patz ꝙ in cena fuit a christo hoc sacramentuz institutum. tamē circa hoc dupliciter dicitur Unde dicit scotus ꝙ christus quādo dixit illa verba. hoc est corp⁹ meum. non consecrauit per illa verba: sed prius per illam benedictionem de qua dicitur ꝙ benedixit ꝛc. Et huic concordat Innocentius de officio misse parte tertia capitulo sexto et quartodecimo. Et ꝓ hoc videt facere ꝙ nisi corpus christi fuisset ibi sub sacramento ante ꝓlatiōez illoꝝ verboꝝ hoc est ꝛc. non vere dixisset hoc est corp⁹ meū ꝛc. Alio modo dicit Armacanus libro. 9 capᵗo. 5. ꝙ vbi Marcus dixit bñdixit Lucas ꝛ paul⁹ dicunt gratias egit. et sic non videt illa benedictio panis sed poti⁹ dei patris. nec p̄cessit aliqua bñdictio consecratiua panis anteq̄ xp̄s dixit. hoc est corpus meū. et ita de calice ꝛc. Utrūq; autem predictorum modoꝝ ꝓbabile est sustinere ſm istū doctorē. tamē q̄c quid dicatur de predictis nō refert quo ad ꝓpositum quin illa verba hoc est corp⁹ ꝛc. sint cōsecratiua apud nos. Magis tñ ꝓbabile videt ꝙ p eadē verba xp̄s ꝯsecrauit quia nō videtur rationabile ꝙ alia forma verboꝝ cōsecratiōis vtatur minister q̄m ea que vs⁹ fuit ei⁹ doctor ꝛ mgr̄ ꝛc.

Ad primū dubium.

E ¶ Ad scām dubiū vt queris de xp̄o vel queris de xp̄i ministro.

Ad. 2. du.

Si queris de xp̄o quid demonstrauit dicēdo hoc est. ſz ꝛc. Scotus circa hoc multas opiniōes recitet et plures ꝯclusiones probet. tamen breuius potest dici. Uno modo ſm primā viā supra dictam ꝙ christus demōstrabat corpus suum iam ibi preexistēs ante ꝓlationem ꝙborum illorū ꝛc. Alio modo tenēdo secūdam viam ibidē dictā potest dici ſm Armacanū ꝙ xp̄s corpus suum demonstrauit ante conuersionē panis in ipsum quod tñ adhuc non fuit in manibus ei⁹ sed esse debuit verbis illis ꝓlatis. quo corpore eius demōstrato verum fuit hoc est corpus meū. Et vtrūq; ꝓ horum potest dici sine periculo ſm istum doctorē. ¶ Si autez queris de xp̄i ministro quid demonstrat dicendo hoc est corp⁹ meum ꝛc. Uno modo potest dici ſm Ockam i quolibetis suis ꝙ sacerdos significatiue recipiēs dicta verba debet demonstrare p ly hoc corpus xp̄i. sic tamen ꝙ illi ꝓpositioni vocali duplex mētalis corrñdeat. ſ. vna de futuro a ꝓncipio ꝓlationis verboꝝ vsq; quo ꝙba sūt ꝓlata. ꝛ est talis mentalis hoc corp⁹ quod statiz erit sub istis speciebus ē corp⁹ meum. Alia de presenti verbis ꝓlatis scilicet hec hoc corpus nunc existens sub istis specieb⁹ est corp⁹ meū referēdo semp ly meū ad christum cuius hoc est corp⁹ Et causa est quia tempore ꝓlationis verboꝝ res aliter se habet q̄m post quia ꝓmo non est ibi corpus xp̄i. sed bene post ꝛc. Alio mō dici pōt ꝙ nō ē necesse ꝙ sacerdos rite ꝯficiēs aliq̄d demōstret p ly hoc vt etiā ꝙ aliquid intelligat p illā vocē plus

q̄ per vocē nō significatiuā. ḡa vox illa nō requirit ibi ad illam ꝓsecrationē tanq̄ significatiua veri vel falsi. sed solum hec vox data est nobis tāq̄ signū vt cognoscamus q̄ his ⁊bis rite ꝓlatis immediate sub illis speciebus est corp⁹ xp̄i p diuinū beneplacitū. Et ꝓ hoc facit q̄ sacerdos ꝓfert illa verba materialr ⁊ recitādo ea tanq̄ a xp̄o dicta. vt ptz per verba p̄cedentia in canone. tō illa nō est ꝓpositio ⁊c̄.

q. Sco. Unde q̄ tū ad hoc bñ dicit Scotus qui finaliter tenet q̄ qualit cunq̄ logicus saluat illā ꝓpositionem eē veram. tamen sufficit theologo q̄ illa non ē oratio sacramētalis vt vera sed vt tale signū sensibile ⁊ vt instrumentuz institutū a deo ad ꝓsecrationez illā ⁊c̄. Sed male dicit in hoc q̄ subdit ibidē q̄ illa oratio nō est ꝓpositio cōsecratiua vt vera nec̄ vt falsa. sed tātum vt est propositio neutra ⁊ prior naturalit et forte tēpore veritate sua. hoc em̄ nihil ē dicere imo implicat q̄ aliqua ꝓpositio sit neutra aut aliquo mō prior sua veritate. Jō dico q̄ illa oratio nō est ꝓsecratiua vt ꝓpositio vera aut falsa sed vt quoddā signū q̄ non est ꝓpositio iuxta dicta prius. ¶ Adhuc circa ministrū sunt aliq̄ dubia. ¶ Primū ē Utrum minister consecrās hoc sacramētū i peccato mortali vel sine cōfessione de peccato mortali cōmisso peccet ex hoc mortalit. Et videt q̄ nō. q⁹ nullus tenetur cōfiteri nisi semel in anno iuxta ca. Omnis vtriusq̄ sex⁹ de pe. ⁊ re. Igitur sacerdos pōt exercere act⁹ suos sibi ꝓuenientes absq̄ hoc q̄ pluries confiteatur ⁊c̄. ¶ Scdm dubiū est Utrū minister obligatus duab⁹ psonis cuilibet sub hac forma. dicā p te vnā missā. posit satisfacere p vnam. Et videt q̄ sic p simile de illo q̄ habz plura beneficia ⁊ p quolibz obligatur ad horas. nō tñ tenetur bis eas dicere ⁊c̄. ¶ Ad primū dubium pono aliquas ꝓpositiones. ¶ Prima ē q̄ consecrans in peccato veniali ꝓpter hoc non peccat nec mortalit nec venialit patet. quia de tali nō est necesse penitere. igit ⁊c. ¶ Secūda ꝓpositio q̄ ꝓsecrans existens in actu peccati mortalis ex hoc peccat mortaliter. q⁹ simpliciter māducat indigne. Unde videtur q̄ tū ad hoc idē iudiciū de ꝓsecrante et māducante. ¶ Tertio q̄ ꝓsecrans existens in pctō mortali de quo nō penitet: nec penituit quia p̄teritum ē. et de illo nō recolit. sed hoc nō fit ex negligentia crassa vel affectata excusat. Si vero ex negligētia mala peccat mortaliter licz nō ita grauit sicut primus qui peccat actualiter. Patz. quia p̄ma Corinthios vndecimo dicit apostolus. Probet autez seip̄m homo ⁊c. Jdeo homo se ꝓbare ⁊ examinare tenetur ꝑm possibilitatem fragilitatis humane ⁊c. ⁊ si hoc faciat sufficit. Unde patz q̄ rite et digne conficiens non tenetur esse in charitate ⁊c. ¶ Quarta ꝓpositio ē q̄ ꝓsecrans qui peccauit mortaliter q̄uis de illo penituerit ꝓfess⁹ non fuerit peccat mortaliter. quia tenetur prius ꝓfiteri q̄ ꝓsecrare vel ꝓmunicare. cuius ratio ē. quia non tātū debet deo recōciliari. sz eccl̄ie ad hoc vt digne recipiat sacramētū ecclesiastice vnitatz ⁊c. Et hoc ve-

A Circa ministrum. 1. dubiuz.

2. dubiuz

B Sol. p̄mi dubij.

C

rū est si occcurrat oportunitas ꝓfitēdi sine scādalo. alꝫ nō vide Scotū. ¶ Ad argumetū autē dicitur ꝙ illud capitulum Omis ꝛc. est p̄ceptum generaliter tangens oēs fideles sz alia lege speciali tenetur sacerdos ꝛ quilibz suscipiens in casu isto scilicet illa. ꝓbet autem seipsum homo.

D solutio. 2. dubij.

¶ Ad scām dubium pono aliqs ꝓpositiōes. ¶ Prima est ꝙ obligatus advnam missā pro sorte ꝛ postea obligat⁹ ad aliam missam ꝓ platone non potest ꝓvnā solam missam deobligari. ptz. quia ex ista forma verboꝝ constat ꝙ talis sit obligatus ad duas. ¶ Secūda ꝓpositio ē ꝙ duabus obligat⁹ ꝑsonis sub forma posita in casu ist⁹ dubij potest satisfacere ꝑ vnā missā. Patz qꝛ ex illa forma non sequit ipm eē obligatū ad duas. ad hoc est argumentū ibi factū ꝛc. ¶ Tertia ꝓpositio est, ꝙ obligat⁹ sorti ad celebrandū vnā missam principaliter ꝓ anima ei⁹. ꝛ Platoni ad celebrandum vnā missā p̄ncipaliter pro aia ipius non pōt satisfacere ꝓ vtraq; aia ꝓ vnam missam. ¶ Pro quo sciēdū quid

E

voco missaz p̄ncipaliter celebrare ꝓ aia alicui⁹. Uñ videt ꝙ sic celebrare p̄ncipaliter ꝓ aia alicuius est applicare vel intendere applicare missam suā ali cui⁹ sic ꝙ sit quedā satisfactio apud deū ꝓ illa aia si indigeat. Et ideo sacerdote celebrare p̄ncipaliter ꝓ aia sortis potest intelligi dupl̄r. Uno mō ꝙ intendat ꝙ missa sua valeat multis. ita ꝙ sit satisfactio ꝓ multis et simul intendat ꝙ pl⁹ valeat aie sortꝫ q̄ alicui de reliqs Alio mō ꝙ applicet missā sicꝙ tm̄ cedat aīe sortis in satisfactionē. licꝛ velit ꝙ prosit alijs ꝑ modū, oīonis ¶ Primo modo pōt iste celebrare p̄ncipaliter ꝓ vtroq; sed scō mō nō: Et isto scō modo ꝓpositio est vera. ¶ Quarta ꝓpositio ꝙ illo scō mo stat ꝙ aliquis celebrat principaliter ꝓ aliquib⁹. ꝛ tamē pro nullo celebrat p̄ncipaliter. Patz in casu ꝙ aliquis celebret eque p̄ncipalit ꝓ duobus ꝛc. ¶ Ex p̄dictis patz solutio vnius questionis. s. li quera tur vtꝝ missa celebrata ꝓ pluribus gñaliter tm̄ valeat vnicuiq; ipsoꝝ ac si specialiter ꝓ vno eoꝝ tm̄ celebraret posito ꝙ quilibz eoꝝ indigeret. Uñ pono 9n̄ tam ꝓpositionē. ꝙ non. qꝛ valor misse ꝑ modū distributionis cedit cuilibet in ꝑtem satisfactionis apud deū p̄m equalē ꝓportionē p̄m numerū ꝑsonaꝝ. Et ꝓ ꝑs quāto plures sūt tātovnusq; quisq; min⁹ habebit. Naz valor misse est finite virtutis in purgatorio. Alioquin sufficeret vna missa ꝓ oībus ꝛc. Et sic frustra dicerentur plures in eccl̄ia. ꝛc. ¶ Sexta propositio pro intellectu p̄dictoꝝ sit hec ꝙ missa siue q̄cunq; oratio facta in ecclesia ꝓ defuncto dupl̄r ōr valere. Uno mō ꝑ modū satisfactōis deo pro debito defuncti. ꝛ sic verum est qđ dici. Alio modo ꝑ modū oīonis siue supplicatiōis. ꝛ sic pōt vnicuiq; equaliter valere. ac si specialiter fieret. Uidet tm̄ quibusdā ꝙ loquendo de deo ꝓz cōditiōes policie humane non apparet verisimle ꝙ de⁹ eque faciliter ꝓcedat supplicationē q̄ fit ꝓ remissiōe mille debitoꝝ. sicut supplicationē eque intēsaz q̄ fit tm̄ pro vno debitore q̄ ꝓcedit ex

equali charitate. Et ideo regulariter loquēdo videt qõ pl⁹ valeat missa vni si ꝓ eo specialiter fiat q̄ si pro eo ⁊ pro alijs generaliter fieret ⁊c. ¶ Ulterius circa A Circa susciptētem 1. dubiuz. 2. dubiuz. susciptētē sunt aliqua dubia. ¶ Primū. Utrū hoc sacramētuz tm debeat sumi a ieiunis. ¶ Secūdum est. Utrū a quolibet debeat sumi sub vtraq̄ specie ⁊c.

solutio. 1. ¶ Ad primū dubiū dico qõ nō. Et hoc in duplici casu. ¶ Prim⁹ est si non ieiunus sit in periculo mortis. tūc ne talis discedat sine viatico pōt sumi ¶ Scōs est ꝙ si sacerdos fuerit decept⁹ in cōsecratiōe panis vt vini vt si aquā ponat loco vini dz itez ꝙsecrare ⁊ aliā hostiā apponere et a ꝙsecratōe hostie incipere. qz ꝙsecratio debz eē integra ꝟm Tho. tertia parte summe. q. 83. ar. 6. qz licut dicit. 7. q. 1. ca. nihil. ꝓfecta videri non pnt sacramenta nisi ꝓfecto ordine ꝙpleantur. Uñ sacerdos tenet ex precepto ecclesie ꝓfecte subvtraq̄ specie et recto ordine ꝙsecrare ꝓpter integritatē sacramenti. Et tenet qõ consecrat sumere. ergo cū nō sit ieiunus in casu tñ oportet sumere qz p̄ceptum de ieiunio est solum de honestate ⁊ reuerētia sacramēti ⁊ p̄ceptum de integritate est de substantia sacramenti quia in duab⁹ specieb⁹ consistit tm vnū sacrramentū. iō minus p̄ceptū est instringendū ad obediendū maiori. Et non est verū qõ dicitur in sūma ꝙfessoꝝ lib. 3. ti. 3. 4. q. 69. ꝙ tm̄ i articulo mortis pōt sumi hoc sacramētū a nō B ieiunus ⁊c. ¶ Ad scōz dico ꝙ ut

solutio. 2. dubij: ta doctrinā apli licitū est ꝙmunicare quoscūq̄ sub vtraq̄ specie sacramenti. ⁊ cetera Non est tamen ad hoc obligatio immo ecclesia romana in vsu habz solum laicis vinum ꝙferre post communionez corporis christi. ne forte per negligentiam que leuiter possit contingere ministrando multitudini populi sacramentū sanguinis christi aliquid effunderetur de ipō sacramento quale periculū nō est in administratione corpis christi sub specie panis. ideo sacramētum sāguinis nō ministrat populo. q̄uis posset ⁊c. ¶ Ultimo circa effectū huius sacramenti sunt duo dubia iuxta duplicem effectū ipius. ¶ Primū dubiū ē Utꝝ de necessitate salutis sit recipere sacramentū sāguinis Uidetur ꝙ nō p̄ immediate dicta ⁊c. Sed oppositū Joh. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis et biberitis eius sāguinēnō habebitis vitā eternā in vobis ⁊c. ¶ Scōm dubiū vtrū corp⁹ christi sit in sacramēto adorandum simpliciter et absolute vl sub cōditiōe scz si sacerdos fecerit qõ intendit eccl̄ia. ¶ Primū nō videtur requiri ꝙa null⁹ tenet credere falsū. qõ eēt si ⁊c. Nec secūdum videt sufficere quia sic q̄libet res posset adorari dicendo adoro te si tu sis adoranda ⁊c. ¶ Ad p̄mū dubiū dico ꝙ non et qõ illō dict ū saluatoris nō dz intelligi de sacramētali sāguinis sui sūptione. sz de māducatōe ⁊ bibitōe spūali. scz p fidē q̄ ꝙsistūt in hoc qõ vnusq̄sq̄ adult⁹ dz credere deū habere carnē et sāguinem in hoc sacramento. Ex hac enim fide cibat et potatur spiritualiter ⁊ habet vitā spiritualē Et hūc sensuz ꝓbat diffus⁹ oñs. Armacanus libro. 9. c. 8. Et spe

2. dubiū. C Circa effectum. 1. dubiuz. D solutio p̄mi dubij.

cialiter ex illo verbo quod ibidē sequitur verba que locut⁹ sum vobis spūs et vita sunt. ⁊c̄. Concedit tamē qđ sumptio sacramētalis multū prodest ad vitā spiritualem agendā. sed hoc nō facit nisi p fidez nec est de p̄cepto. Unde non p̄uenit nisi habētib⁹ vsum rationis aut saltē actū expressum fidei. ⁊c̄. ¶ Ad ꝑm dubiū ꝓbabiliter dico aliquas ꝓpositiones. Prima est qđ nō est de p̄cepto xp̄i vel ecclesie vt corpus xp̄i adoretur in sacramēto simpliciter et absolute aut sine aliqua conditione. Patz qz si sic aliquis in casu teneret credere falsum. scz in casu quo aliquis sacerdos fingeret se facere qđ intendit ecclesia ⁊ non faceret ⁊c̄. Nam si quis tunc teneret adorare ibi corpus xp̄i teneret credere ibi esse corpus xp̄i qđ tunc esset falsum. ⁊c̄. Secunda ꝓpositio est quod non est de p̄cepto xp̄i vel ecclesie quod corpus xp̄i adoretur in sacramēto cum conditione scz si sacerdos faciat qđ intendit ecclesia. Ptz qz tūc aliquis in casu mereret faciēdo cōtra preceptum ecclesie scz in casu quo aliquis simpler catholicus simpliciter absolute ⁊ sine aliqua cōditiōe adoraret corp⁹ xp̄i in hostia non ꝓsecrata in casu prius posito talis em̄ mererentur sic adorando sine cōditione cuius crederet falsum ⁊c̄. Unde licet nullus teneat credere falsum m̄ forte in casu credere falsum est meritorū. sed de hoc alibi. ¶ Tertia ꝓpositio quod corpus xp̄i in sacramēto p̄ōt licite et secure adorari cum supradicta conditione vel actualiter expressa vel habitualiter subintellecta. Patz. quia per hoc euitat credulitas falsi quā quilibet p̄t licite euitare. cum nullus ad eā teneatur. Sic euitatur periculū errandi adorādo corpus xp̄i in hostia non consecrata. qz in tali adoratione subintelligit actualiter vel habitualiter tacite vel expresse illa ꝓditio si consecrata est hostia ꝑm ordinationem xp̄i vel ecclesie ⁊c̄. Quarta ꝓpositio ꝙ adoratio sub conditione non est licita nec in isto nec in alio casu nisi quādo conditio est talis ꝙ non debet esse certū de eius veritate vel falsitate sicut est in casu posito ⁊c̄. Et p hoc soluitur argumentū prius factum ꝙ q̄libet res. ⁊c̄. Nam conditio non additur nisi ꝓpter dubium. ⁊ iō vbi non debet esse dubū nō debet addi ⁊c̄. Et hec de primo articulo. ¶ Quātum ad secundum articulum in quo videndū est de q̄stione ꝓposita scz vtrū idē corpus xp̄i localiter sit in celo realiter in eucharistie sacramēto. tria faciā per ordinē p̄ solutiōe ipsius et declaratione. Prio premittā trimembrem distinctionem. Secundo ponā triplicē ꝓclusionē. Tertio soluam multiplicem obiectionē. ⁊c̄. Premitto igitur hanc distinctionem ꝙ iste terminus corpus potest capi triplicit Prio modo put supponit essentialiter pro substantia composita ex materia ⁊ forma substantiali. ⁊ sic ptinet ad predicamentum substantie. Secundo modo put supponit pro aliqua re siue sit substantia composita ex materia et forma siue sit materia siue forma substantialis vel accidentalis connotando tamen talem rem habere partem situali-

Sot. scdi dubij.

2. articls

ter distantem a parte. ꝛ esse longam latam ꝛ profundam. Et sic pertinet iste termin⁹ corpus ad predicamentum quãtitatis continue distincte contra alias species. scilicet linea ꝛ superficies ꝗruis iste species supponunt ꝓ eadem re. ℔on enim teneo cum illis qui dicunt q̃ iste terminus corpus vt est de genere ꝗtitatꝫ supponit pro aliqua re que non est substantia nec qualitas ꝛ q̃ iste species quãtitatis linea superficies corpus supponunt ꝓ diuersis ꝛc. 3° Tertio modo potest dici iste terminus corpus ꝓut supponit ꝓ materia siue sit quãta siue non. connotando tamen aliquas qualitatiuas dispositiones materie inherere. Et hoc modo dicimus q̃ ex anima humana ꝛ corpore hominis fit vn⁹ homo. ꝛ q̃ corpus christi in triduo iacebat i sepulcro. idest materia christi informata qualitatiuis dispositionibus aliquib⁹ ꝛc. Et sic iste terminus corpus pertinere potest ad predicamẽtum qualitatis. Et ideo iuxta hanc distinctionem vt remouea tur equiuocatio huius termini corpus in presenti q̃stione vtar istis terminis. corpus in genere substãtie. corpus i genere quãtitatis. corpus in genere qualitatis. Uel quãdo simplicit vtar eo. capiam ipsum vt est de genere quãtitatꝫ quia hec acceptio magis erit ad propositum. Ex hac distinctione infero tria correlaria. B ¶ Primum est q̃ hꝫ idez sit corpus xp̃i in genere substantie ꝛ in genere quantitatis. tamen non est idem corpus xp̃i in genere substãtie ꝛ in genere q̃litatis. ꝓꝫ ex declaratione terminorum tamen ꝓ veritate primeꝓis correlarij suppono ꝓ nunc q̃ omnis ꝗtitas continua est substantia vel qualitas. ꝛ ideo iste terminus corpus xp̃i vt est de gñe substãtie ꝛ vt est de gñe ꝗtitatis supponit ꝓ eodẽ licet diuersa cõnotando. hoc aũt nõ obstante aliquid est corpus xp̃i q̃ nõ est in genere substantie ideo illi termini non supponũt conuertibiliter ꝓ eodẽ quia xp̃us in celo habet plura corpora in genere ꝗtitatis. idest plura de quorũz quolibet verificatur hic terminus corpus vt est de genere ꝗtitatis. ꝛ tamen nõ de quolibet verificatur ille termin⁹ vt est de genere substantie. habet em̃ compositũz ex materia ꝛ forma quod est corpus in gñe substantie ꝛ in genere ꝗtitatis. et de illo verificatur ꝓma pars correlarij. sed etiaꝫ habet materiã que ẽ corpus in genere ꝗtitatꝫ sed non in genere substãtie. ipa aũt est corpus in genere qualitatis ideo ꝓ ipa verificatur secũda pars correlarij. habet etiam plures formas accidẽtales quarũ quelibet ẽ corpus in genere ꝗtitatis ꝛ nõ in genere substãtie vel qualitatis. ꝛc. ¶ Secũdo B sequitur q̃ xp̃s semp habebit in sacramento eucharistie corpus tã in genere substãtie ꝗ in gñe qualitatis quãdocũq; erit hoc sacramentũ. ꝓꝫ qꝛ materia xp̃i habet formã substantialẽ ꝛ aliquas dispositões qualitatiuas quas nunq; dimittet. ꝛ per ꝓns quãdocunq; erit hoc sacramentũ xp̃s habebit ibi materiã siue corpus materiale cũ illis dispositionibus qualitatiuis. ꝛc. per concomitãtiã. ꝛc. igitur ex quid

hominis sequitur.ꝛc. Tertio sequitur ꝙ xps aliquādo non habuit in sacramento eucharistie corpus in genere substantie sz solum in genere qualitatis. Pz. quia fm doctores si hoc sacramentū fuisset consecratū in triduo mortis xpi ipse habuisz ibi solum corpus materiale. id est materiaz cū qualitatiuis dispositionib⁹ ꝛ non animā ꝛ per cōsequēs non habuisset ibi corp⁹ in genere substantie nec in gñe q̄titatis vt post patebit. igitur solum.ꝛc. Ex predictis appareret ꝙ stat aliquid eē corpus in gñe substantie ꝛ non in genere q̄titatis vel qualitatis vt ptz si xpus in' hoc sacramēto ꝛ nō alibi hꝫet corpus animatū sine aliqua q̄litate sicut absolute possibile est. Stat etiā aliquid eē corpus in genere quātitatis ꝛ nō in genere substantie vel qualitatis. vt pz de ipsa materia extensa si esset sine vlla forma substātiali ac qualitate. Stat etiā aliquid idem esse corpus in genere qualitatis ꝛ q̄titatis et non substātie. vt pz de qualibet qualitate extēsa. Stat etiaz aliq̄d eē corpus in gñe q̄litatiz ꝛ nō i gñe sb̄e vel q̄titatiz vt pz i casu correlarij. hoc addito ꝙ xps i illo triduo habuisset corpus in sacramēto ꝛ nō alibi. vl̄ ꝙ nullibi fuisset nisi sacramentaliter hoc cū est absolute possibile sicut ꝓbat Scotus cōtra Tho. lib. 4. dist. 10. q. 4. sz de hoc ibi ꝛc. Istis premissis pono tres ꝛclusiones

D

1. ꝛclusio.

Prima sit hec, ꝙ licet corp⁹ xpi idem sit localiter in celo ꝛ realiter in eucharistie sacramēto. tñ ipsum est circūscriptiue in celo et diffinitiue in sacramento.

Prima pars est respōsiua ad q̄situm que nō potest naturali ratione probari. sz supponitur ex fide. sed ꝑ secunda parte sciendum est quid est circūscriptiue vel diffinitiue esse i loco. Unde aliquid esse circūscriptiue in loco est cōmensurari loco ꝛ habere vnam partem in vna parte loci ꝛ aliā in alia. Aliquid autem esse diffinitiue in loco est esse totum in loco ꝛ totum in qualibet parte loci. Primo modo nullum indiuisibile est in loco sed bene secundo modo. Illo ergo primo modo corpus xpi est in celo. q̄a est ibi cōmensuratuz loco suo. sz illo modo non est in sacramēto imo secundo modo quia non est ibi extensum nec cōmensuratuz sacramento. sed totū in toto ꝛ totum in qualibet parte. ꝙ autem sic sit ibi non pōt ratione probari. nec euidēter sequitur ex scriptura sz ꝙ ita sit creditur ex auctoritate ecclesie. Huius autem potestas seu ꝙ ita posse eē non implicet ꝛtradictionē pōt aliq̄liter psuaderi. Ūñ circa declarationē istius sicut bñ dicit Ockā in lectura Oxonien. due sunt difficultates videnda. Una quō idē corpus numero possit simul fm se totum existere in pluribus locis. Alia quō multe partes eiusdē corporis possunt simul existere vni ꝛ eidē loco. ꝛ qui videt perfecte ista duo videt quomō corpus xpi existit in sacramēto: ita ꝙ totū sub toto ꝛ totū sub qualibet parte.

E

Ad intelligendū autem ista duo exēpla habem⁹ in alijs. Quantum ad primū nō videtur maior difficultas ꝙ idē corp⁹ numero coexistat plurib⁹ locis fm se totū q̄ ꝙ eadez ala

intellectiua simul coexistat fm se totam in toto corpore ⁊ i qua libet parte vel q vnus angelus exñs in aliquo loco existit i qua libet et⁹ parte ⁊ vnũ ponim⁹ fm ffitatẽ theologicã ⁊ phicã. Igit aliõ credendũ est satis possibile Cõsequẽtia ptz. qr nõ magis vi detur repugnãtia q aliquid di uisibile fm se totuz sit in aliquo toto loco q ita sit de indiuisibi li ¶Quantũ ad scdm non videt maior difficultas q duo corpora existant simul in eodem lo co adequato. et hoc siue sint cor pora gl'iosa siue nõ gloriosa. qa hoc non refert. Hoc autẽ fide te nemus q xps intrauit ad discipulos ianuis clausis et exiuit clausum virginis vterũ. Iz nõ em plus videtur repugnare q due partes eiusdẽ corporis simul sint in eodẽ loco q duo alia corpora simul in eodẽ sint loco. ideo ⁊c. Istis ergo psuppositis pz qualiter non est repugnãtia q corp⁹ xpi põt fm se totũ ⁊ scdm quãlibet sui partem simul esse in tota hostia ⁊ sub qualibet ei⁹ parte. quia ex istis ptz possibilitas q vna pars sit in plurib⁹ locis seu partibus hostie simul et q vna pars sit simul cũ alia ⁊ plus nõ ponit ibi nisi q partes adhuc remanent in toto constituentes totum. Et sic patz quomõ potest saluari q corpus xpi est diffinitiue in sacramento. ¶Secunda conclusio est hec q licet corpus xpi q tuz corporea xpi quãtitas sit in celo ⁊ in sacramento. tamẽ nõ est corpus xpi q tum aut corporea quãtitas in sacramento. Pria pars pbatur sic. Quicqd est ipsius xpi in celo est etiaz in sacramẽto: sed corpus xpi q tuz seu corporea christi quantitas est in celo. igit. ⁊c. Consequẽtia est bona. ⁊ minor ptz ex fide. Iz maior est catholica ⁊ rationabilis: qr ex quo xps habet in sacramẽto illã eandez naturã humanã quã habet in celo: vt pz ex fide. rationabile est q oñe qd habet in celo habeat in sacramẽto Et intelligo de illo qd habet sic q est ipm vel in ipso. Vel arguitur sic expositore demonstrato corpore xpi vel eius quãtitate corporea. hoc est corpus xpi q tum vel corporea xpi quantitas. hoc idẽ est in celo ⁊ in sacramento. igitur. ⁊c. ¶Secunda pars conclusionis probatur. qr corp⁹ xpi quod est in sacramẽto ⁊ quicqd est in ipso corpore xpi est totum in sacramẽto ⁊ totũ in qualibet parte sacramenti: vt pz ex conclusione precedente. Et per cõs nichil tale habet partẽ distantem a parte in sacramẽto. Iz constat q oñe illud qd est alicubi q tuz corporea habet ibi partẽ distantem a parte: vt pz ex quid nois. igitur corpus xpi non est in sacramento: quantum corporeuz ⁊c. Et sic patet conclusio. ⁊c.

¶Ex qua sequuntur aliqua corrolaria. Primũ est q opinio que ponit q omnis quantitas continua est substantia vel qualitas, magis consonat positioni fidei q eius opposita. Probatur quia secundum positionem fidei sicut corpus christi quod est in celo est in sacramento ⁊ in qualibet parte ei⁹ ita omnis res que est ipsum vel in eo est sacramento ⁊ in qualibet parte eius. ⁊ per cõsequẽs si secundum positionem oppositam in corpore xpi qd est in celo esset vna quãti

tas continua distincta a substā
tia corporis christi ꝛ a qualita-
te eius illa quātitas ꝯtinua di
stincta a substātia corporis xp̄i
et a qualitate eius etiam esset i
sacramento per primā partem
conclusionis et tamen non esset
in sacramēto quātitas ꝯtinua
per secundam partē ꝯclusionis
et ꝓbationem eius. Sed probo
ꝙ hoc sit impossibile fm̄ ullam
met opinionem: qr̄ scōm eam si-
cut substātia est formaliter sub-
stantia et qualitas formaliter
qualitas: sic ꝙ nō stat ꝙ substā
tia sit alicubi ꝛ nō sit ibi sb̄a vel
q̄litas sit alicubi ꝛ nō sit ibi q̄li
tas ita similit̄ ꝟz eos illa quāti
tas continua quā ibi ponūt di-
stinctā a substantia ꝛ qualitate
si esset esset formaliter quanti-
tas ita ꝙ non staret ipsam esse ꝛ
non esse quātitatē ꝯtinuā: nec
ipsam esse alicubi ꝛ non esse ibi
quātitatē ꝯtinuā. ¶ Ex hoc vl-
terius sequitur ꝙ nulla res est
formaliter seu de sua ratione in
trinseca quantitas ꝯtinua: qr̄ q̄
cunq; re data stat ipsam esse et
non esse quātitatez ꝯtinuā ꝛ eē
alicubi et non esse ibi quātita-
tem ꝯtinuam: sicut ptz ex dictis
ꝛc. ¶ Tertio sequitur ex p̄dict̄
ꝙ iste ꝯñe nō valent: ꝯtitas cō
tinua xp̄i corporis xp̄i ex vi con
uersionis est sub specie panis.
igitur ipsa ex vi ꝯuersionis est
ꝯtitas cōtinua sub specie pa-
nis. Similiter ista nō valet. Sub
stantia corporis xp̄i et ei⁹ quan
titas idem sūt realiter. ꝛ substā
tia corporis xp̄i in sacramēto est
substantia. igitur est ibi quanti
tas continua siue corpus: qr̄ in
omnibus istis antecedēs ē ver.
et ꝯñs est falsū: vt patet ex di-
ctis. Et potest dari exemplū. ali
quis hō scz filius dei est vbiq; ꝛ
tamen nō est vbiq; hō ꝛc. ¶ Hic F
est sciendū aūt ꝙ in prēdicta cō
clusione et in correlarijs sequē
tibus vsus sum istis terminis
corpus quantum ꝯtitas cor-
pōrea siue continua et non istis
terminis quantū vel quantitas
simpliciter dictis. Quia quāti-
tas est genus ad quātitatē con
tinuam ꝛ discretā. ꝛ quantū ad
ꝯtum cōtinuū ꝛ discretum. Et
ideo loquēdo de quātitate di-
screta et de ꝯto denoiato ab ea
bene ꝯcederem aliquas ꝓpōes
quas negaui de ꝯtitate contī-
nua ꝛ econtra. Uñ ponerē ꝯtra
Ockam istas ꝓpositiones. Pri-
ma est ꝙ corpus xp̄i est quātuz
in sacramento altaris ꝛ quāti-
tas xp̄i est quātitas in sacramē
to altaris: quia licet corpus xp̄i
non sit ibi corpus seu quātitas
corporea vel cōtinua: quia non
habet ibi partem distinctā a p-
te. tamē est ibi quantū discretū
seu quantitas discreta qr̄ habz
ibi plures partes discretas et
distinctas q̄ faciūt vnū. ¶ Secūa G
est ꝙ stat aliquid esse cōposituz
ex partibus quātitatiuis ꝛ nō
esse ꝯtum cōtinuū. qr̄ corp⁹ xp̄i
in sacramento est compositū ex
partib⁹ quātitatiuis siue quā-
tis et tñ corpus xp̄i non est ꝯtū
continuuz. ꝛ staret ꝙ etiam nec
alibi esset quantū cōtinuū ꝛc.
¶ Tertia ꝓpositio est ꝙ aliqua
est quantitas que nō est substā
tia neq; qualitas. nec est res di-
stincta a substantia vel qualita
te. Patet. quia numerus terna-
rius angelorum est quantitas
discreta et tñ ꝓprie loquēdo nō
est substantia nec est res distin

cta a substantia: nec est res vna nec vna substãtia sed plures. iõ ꝛc. ¶ Quarta est ꝙ aliqua substantia vel ẽlitas est formaliter quantitas. sic ꝙ nõ stat ipsã eẽ et non esse ibi quãtitatẽ. Patet quis quelibet substantia diuisibilis ꝛ omnis qualitas est nũerus et sue partes. ꝛ per ꝯns est quantitas discreta ꝛc. Igitur

A ꝟ. ꝯclusio

¶ Tertia cõclusio est hec ꝙ licꝫ corpus xp̃i habeat in celo ordinem partium in toto et ordinez partium in loco. tñ talez ordinẽ neutro modo habet in sacramẽto. Prima pars ptz. qr corp⁹ xp̃i est in celo ſ;tualiter vt supponitur ꝛc. sed secunda pars ꝓbat. quia ad talem ordinem requirit distãtia partiũ sicut magis apparebit qñ recitabitur opio quam tenet Adam contra istam conclusionem quo ad hoc ꝙ dicitur ꝙ corpus christi in sacramento non habet ordinem partium in toto. ¶ Ex hac ꝯclusiõe sequit primo ꝙ corpus xp̃i existens in sacramento non est ibi situaliter. Patet. qr non cõmẽsuratur sacramento nec habet ibi ordinem partiũ in toto vel in loco. igitur ꝛc. Et ideo inuanũ laborant qui faciunt difficultatẽ vtrum xp̃s in sacramẽto stet vel sedeat aut sit erectus vel supinus. quia iste sunt differentie situs q̃ non conueniunt ei ibidez ꝛc. ¶ Secundo sequitur ꝙ licet distinctio de ordine partiũ in toto vel de ordine partiuz in loco non habeat locũ in materia de existentia xp̃i sub sacramento. tñ possibilis est ordo partiũ in toto absq; ordine partiũ in loco Prima pars ꝓz ex ꝯclusione Scꝫ scda ꝓz. qr si deus crearet vnum corpus ꝗtinuũ extra celũ ꝛ sine loco. illud non obstãte hẽret ordinem partiũ in toto. ꝛ tamẽ nõ esset ibi ordo partiũ in loco. Et ideo ꝓz ꝙ perpriꝰ naturaliter ẽ ordo partium in toto q̃z in loco et per ꝯns hec distinctio nõ est oino superflua. sicut qñq; videtur innuere Guillermus Ockaz ꝛc. ¶ Tertio sequitur ꝙ ly corpus xp̃i in sacramento non hẽat ordinẽ partiũ in toto vel in loco tamen cum hoc stat organica ꝑtium distinctio et per ꝯns ꝑtiuz ꝑfectionalis ordo. patet qr ad distinctionem partiũ organicarum nõ requiritur distantia earundẽ. sed sufficit distinctio naturalium dispositionũ in illis ꝑtibus. q̃ põt esse stante ꝙ ille ꝑtes sint in eodem loco. nam licet caput et manus sint in eodẽ loco. tamen nec caput est in manu nec econuerso. Et q̃tuis dispositiones capitis et manus sint in eodem loco. tñ naturalis dispositio capitis nõ informat manũ nec econtra Et ita caput est perfectior pars ibi q̃z sit manus. ꝛ per ꝯns ibi est partiũ ꝑfectionalis ordo. q̃re nõẽ ibi oino ꝯfusis ꝛc. ¶ Contra primã ꝯclusionez arguitur primo sic. si xp̃i corp⁹ existens in celo inciperet esse in sacramento absq; hoc ꝙ desineret esse in celo. vel moueret de celo ad sacramentũ localiter vt non Si sic. Contra. nichil debet dici motum localiter de illo loco in quo adhuc est. Itẽ nichil mouetur de loco ad locũ distantem a primo sine transitu ꝑ medium Si non. Contra. Est in loco in quo prius nõ fuit ꝛ fuit alicubi. igit est motũ localit ꝛc.

B 2

C Ad ꝟ. prio ꝓ primam ꝯclusionẽ

¶ Sedo si corpus xp̃i esset in di 2. arguit.

uerſ locis i vno circūſcriptiue et in alio diffinitiue. pari rōne poſſet ſimul eſſe in diuerſis locis circunſcriptiue.et pari rōne ſortes poſſet eſſe per potentiaz dei in multis locis et lignū ꝛ q̄libet alia res. Conſequentia tz. quia primo ſcz circūſcriptiue et diffinitiue nihil poteſt.eē ſimul in multis locis ſine triplici miraculo. ¶ Primū ꝙ alicubi eſt modo ꝯtitutiuo ꝛ alibi nō. Secundum ꝙ eſt in plurib⁹ locis totaliter diſtinctis. Tertium ꝙ alicubi eſt modo ſpeciali ſic ꝙ q̄libet pars ſit cum q̄libet. Sed ſi ſecundo modo ſcz vtrobiqz circūſcriptiue aliquid eſſet in pluribus locis non eſſet niſi vnicum miraculuz. quia ceſſaret primū et tertium miraculoꝝ predictorum vt patet. Igitur qui pōt facere aliquod corpus eē in diuerſis locis illo modo quo tenetur fides. a multo fortiori poteſt facere illo alio modo. Et hoc eſt ꝓ Thomā ꝛc. Sed falſitas illius ꝓñtis ꝓbatur oſtendendo incōuenientia q̄ex illo ſequuntur.

et viros ꝓfugib⁹ ſinceri amoris legibus preficit. Ipſa parentibus filios libera quadam ſeruitute ſubmittit. ⁊ parentes filijs pia dilectione preponit. Ipa dominis ſeruos non tam conditionis neceſſitate q̄ officij dilectione adherere cōſtringit. et dños ſeruis vnius ſummi dei ⁊ eoꝝ domini cōſideratione placabiles facit. Ipſa ciues ciuibus gētes gentib⁹. ⁊ prorſus homines omnes primoꝝ parentū recordatiōe quadam fraternitate cōiungit. Ipſa docet reges ꝓficere populis. monet populos ſe ſubdere legibus. docet quibus honor debeaf. quibus reuerentia. quibus timor quib⁹ obedientia. quibus monitio. quibus doctrina. quibus coertio. quib⁹ diſciplina. quibus obiurgatio. q̄bus pena oſtendens quēadmodū nō omnibus oīa ſed oībus charitas. ⁊ nulli debeaf iniuria Audiſtis igitur qualiter ſacra ſcriptura eccl'iam edificat. ⁊ tāq̄ eius ſolidum fundamentum et incrementum preſtat. Sꝫ adhuc audite quid ſuper hoc beatiſſimus Auguſtinus in quodā ſermōe de ſacre ſcripture laudibus dicat. Ipſa inquit docet iuuenes. puocat declinantes. reuocat errantes. inſtruit ignorātes. ſanat egros. roborat infirmos. improbat pigros. icrepat ocioſos. ſomnolentos excitat. laborantes letificat. reges humiliat. humiles viſitat. ſapientiaꝫ erogat. rectam viā indicat. gratiam dat. gl'iam multiplicat. Et hec q̄tum ad ſcām articulū in quo videre volebam⁹ eccleſiaſtici edificij incremētum. Sꝫ tamen edi dem ꝓſpiciamus eccl'iaſtici edificij ꝓplementū. Eccleſiā meam Eccleſia namq̄ primitus qua fuit quando ſcꝫ xp̄s primo in ea fundamentū poſuit. poſtea ꝙ incrementū cepit: qñ xp̄s eā domum edificauit. Sed poſtremo ꝓplementum accepit: qñ xp̄us eā ciuitatem cōſtituit. Prius q̄ ſuper ſcripturam ſacrā edificata eccleſia vt domus magna poſterius vero edificata eſt vt ciuitas ampla. Sic em̄ de ea predixerat prophetica veritas. Hieruſalem que edificatur vt ciuitas. ſcribitur pſalmo. 121. Sed audiam⁹ qualiter huic ciuitati Hieruſalem inſidiatur ciuitas Babilon. et ciuitati dei ſemp ciuitas dyaboli ptinaciter aduerſatur. Haruꝫ ergo duaꝝ ciuitatum videda ſunt certamina. numeranda bella. ꝓſiderandi triū phi. penſande victorie Igitur vt ab vrbe cōdita hoc eſt a fundatiōe ciuitatis dei ⁊ ab initio naſcētis eccleſie ſumam⁹ exordiū. Ecce princeps mūdi. dux inferni. actor ſcandali pater mēdacij aduerſus ciuitatē dei erigit machinas. tēdit inſidias. parat bella mouet p̄lia. Et in prima belli acie ponit ydolatras ſacrilegos plures deos atq̄ deas in contēptum vnius veri dei colētes ac per hoc contra vere religionis cultum turpiter oberrantes. aduerſus quos pugnant apoſtoli pugnant martyres. Ex quibus alij artantur vinculis et verberibus ꝓfringūtur. Alij detrudūtur carceribus ⁊ ieiunijs macerantur. Alij cedunt fuſtib⁹ vel gladijs iugulantur Alij cremātur flām̄is vel lapidib⁹ obruunt Alij ligant laqueis ⁊ ſcorpionibus flagellant. Alij ſuſ[illegible]

ficij eccleſiaſtici.

Ciuitati hirꝫ inſidiatur babilon.

1. belli acies.

2. bell
acies.

patibulis ⁊ tormẽtis varijs pi-
A mũtur. Sed ꝓtra hoc tormẽtoꝝ
genera, inter persecutiões dya-
boli et ꝓsolationes dei pugnan
do vincit ecclesia Nã sicut dicit
scriptura. Sãcti p fidẽ vicerunt
regna Et vt ait doctor veridicꝰ
Augustinus libro.18.de ciuita-
te dei.c.50. Inter horrẽdas per
secutiões ⁊ varios cruciatus ac
funera martyrũ ꝑdicatũ est to-
to orbe euangeliũ. ita vt populi
gentiuz credentes euz qui p eo
rum redemptione crucifixus est
xp̃iano amore venerarent̃ san-
guinẽ martyrũ quez dyabolico
furore fuderant. ip̃ipz reges q̃ꝑ
legibus vastabatur ecclesia et
omnia salubriter subderentur
qõ de terra crudeliter auferre
conati sunt. et falsos deos inci-
perent persequi quoꝝ cã culto
res veri dei fuerant antea ꝑse-
cuti. Hec Augustinꝰ. ¶ Prospi-
B ciens itaqz dyabolicus ille pri-
2. belli ceps victam esse primã belli sui
acies. acie. secundã parat sez hereticoꝝ
rum cohortẽ. et vt verbis vtar p
memorati doctoris eiusdẽ libro
ca.51. videns dyabolꝰ templa
demonũ deseri ⁊ in nomẽ libe-
rãtis mediatoris currere genꝰ
humanũ hereticos mouit q̃ sub
vocabulo xp̃iano doctrine resi-
sterent xp̃iane. hi fuerũt mani-
chei. arriani. sabelliani. pelagia
ni aliiqz innumeri qui varijs ti-
moris stimulis. doloris tormẽ-
tis laboris molestijs ⁊ tẽtatio-
num periculis xp̃i eccl̃iaz infe-
starunt. aduersus qs doctores
catholici p scripture sacre fidez
victoriosissime pugnauerũt. Sa-
cra dicente scriptura. Hec est vi
ctoria que vicit mũdũ fides nr̃a
prima. Johãnis.5. Sed esto vi-
cti sint/ ⁊ ad veritatis viã reduc-
ti heretici/ aut ad obedientiaz
scismatici. quod qñ erit nescio
deus scit. nũqd tñ pax est eccle-
sie dei. nũ quid ideo cessant per
secutiones dyaboli. Sane q̃ hoc
crediderit et falsa sibi pace blã-
ditur. Nam iuxta ꝓallegati do-
ctoris diffinitiuam sniaz nõ est
diffiniendus numerus persecu
tionuz quibus exerceri oportet
ecclesiã. q̃ si forte ab his que fo
ris sunt nõ seuientibus videat̃
esse tranquillitas. tñ sicut mun
dus. fremit dyabolus ⁊ aduer-
sus spm̃ pugnat carnis stimulꝰ
nec vnqz desũt qui cordibꝰ pie
viuentiũ suis ꝑditis moribꝰ in-
ferant cruciatus. Propter qõ
aprica tuba sonat: ⁊ xp̃ifidelibꝰ
ꝓtestatur q̃ omis qui pie volunt
viuere in xp̃o iesu ꝑsecutionem
patiũtur. 2. Thymo.3. Quãuis
ergo pacẽ habere videret̃ eccle
sia/ siue ab idolatris/ siue ab he
reticis/ siue a scismaticis. tñ con
tinue ꝑsecutionẽ patiet̃/ ⁊ expu-
gnabit̃ ab iniquis ipamet dicente
de seipsa Sepe expugnauerũt
me a iuuẽtute mea. psa.128. Qõ
pulcre declarans Augustinus
sup̃ psalmo predicto. ¶ Aliquã ¶
do inquit in solo abel eccl̃a erat
⁊ expugnatꝰ est a fratre malo ⁊
ꝑdito cayn Aliqñ in solo enoch
ecclesia erat ⁊ translatus est ab
iniqs. Aliqñ in sola domo Noe
ecclesia erat ⁊ ꝓtulit eos qui di
luuio perierũt ⁊ sola archa' na-
tauit in fluctibꝰ ⁊ euasit ad sic-
cum. Aliqñ in solo Abraã eccle-
sia erat ⁊ quãta ꝓtulerit ab ini-
qs nouimꝰ. Aliqñ in solo fratrꝭ
sui loth ⁊ in domo eiꝰ eccl̃a erat
⁊ ꝓtulit sodomoꝝ iiqtates quo
usqz eum deus de medio eoruz

liberauit. Aliquãdo cepit eẽ in populo iſrael eccleſia z pertulit Pharaonẽ z egyptios. Tandẽ ventuz eſt ad dñm Jeſum rpm. predicatũ eſt euãgeliũ z adhuc ptulerũt iuſti iniquos. Hec ille Nemo ergo cũ iam ſenectus ecclesie erpugnatur aut miretur aut timeat. Sed cũ de iuuẽtute ecclesie hec audiat ſeſe cõſoleꝫ. z er õteritis exemplis diſcat qz etiã ſi erpugnari poſſet ecc'ia nequit tamẽ penitus ſuperari. Sepe inquit erpugnauerũt me a iuuentute mea ſed nõ potuerũt michi. Non poſſunt igitur eccleſiã vincere ei⁹ aduerſarij. quia qui fundauit eã altiſſim⁹. qui edificauit eam rõs. ipſe eſt qui cuſtodit ciuitatẽ dei. ipſe eſt qui defendit eam aduerſus ciuitatẽ dyaboli. Nam iurta prophete ſententiaz. niſi dñs edificauerit ciuitatẽ fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Cuſtodit itaqz ciuitatem ſuã dñs. ¶ Sed cũ eo cuſtodiũt eam z vigilant ad eius cuſtodiam ſanctoꝝ exercitus quos chriſt⁹ excitat ad pugnã z roborat ad victoriã aſſerens et promittens taliter munire eccleſiam ſuam q̃ porte inferi nõ prevalebunt aduerſus eam. Math. 16. Porte ſiquidez inferi vicia ſunt mundi que impugnare eccleſiam ſatagũt. ſed aduerſus eam prevalere non poſſunt. qz ipſa eſt ciuitas muris firmata armis vallata. z velut caſtrorum acies ordinata. ciuitas inuincibilis ab hoſtibus inſuperabilis a falſitatibus. inobliquabilis ab erroribus. ciuitas inter minas ſecura inter pſſuras fida inter pugnas ſemper inuicta. Que (vt beatus Hylari⁹ libro. 7. de trinitate dicit) dum oppumitur creſcit. dũ contemnitur proficit z dum leditur vincit. Sed quibus armis vincat eccleſia queſo diligenter attendamus. Certe non in curribus. nõ in equis. nõ in multitudine exercitus. nõ in pompa regij apparatus: ſed lancea perſeuerantie. baliſta ſapientie. lorica iuſticie. galea ſpei. ſcuto fidei. et gladio ſpiritus quod eſt verbum dei. Per hec igitur arma hoc eſt p̃ diuin i eloquij verba, defenditur ciuitas dei aduerſus ciuitatem dyaboli dicẽte apoſtolo. ad Epheſ. 6. Induite vos armatura dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias dyaboli. Per hec arma vincuntur erronei. corriguntur heretici. feriuntur ſciſmatici. percutiuntur iniqui. percuſſi quaſſantur, quaſſati comminuuntur. comminuti in puluerem conuertuntur. in puluerem conuerſi ad nichilum rediguntur. Quoniam vt ait apoſtolus vuus eſt ſermo dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti. pertingens vſqz ad diuiſionez anime et ſpiritus. ad Hebreos. 4. Per hec itaqz arma hoc eſt per diuini ſermonis z ſacre ſcripture documenta eccleſia pugnando vincit. vincendo creſcit. creſcẽdo proficit. proficiendo complementum accipit. hic ſcilicet per gratiam et in futuro per gloriam. Quam nobis concedat qui ſupra petram ſuam edificauit eccleſiam dominus noſter Jeſus per omnia ſecula benedictus Amen.

¶Incipit principiū eiusdem in cursum biblie pſertim in euāgeliū Marci In quo principio theologicā ſcientiā alijs vt equū eſt pfert ſcientijs humanis adiuētis.multipliciter eā cōmendās ⁊ extollens.

A QUenam doctrina hec noua. Iſta queſtio mouetur Marci.1.capitulo. Reuerēdi patres magiſtri ⁊ dñi cariſſimi ſepe et multū hoc mecū cogitaui.quid nā expedientiꝰ eſſet.q̄d ve michi foret vtilius.vel ſacre doctrine.diuie videlicet ſcripture laudes edicere.vl eaſdē ſub ſilētij pace trāſire.Qua in revarijs factus agitatiōibus temulētus varia michi ſupeſt agitatio/ſed perplexa. Naz diuerſis ⁊ aduerſis perplexitatis funiculis hincinde ꝛtētioſe ptractꝰ nūc loqui phibeor.nunc tacere nō poſſum. Loqui em̄ prohibet laudantis demeritū quo me indignū reperio verbo laudis. q̄ nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.Eccli.15.⁊ vt venerabilis ẏba Alani ſequar. Nec mirti preſunt lauris oleaſtri oliuis Nec ſaliūca roſis.vilis nec alga hyacinctꝯ pfertur Sēmis velutū violis ve cicuta. Nec ouis a capra mēdicat velleris vſum. Nec tumidus torrēs a riuo poſtulat vndam. Nec ſolet a dauo narciſus querere formaz. Nec addit lucez candele flāma diei. Et ideo loqui phibeor.Sed tacere diſſuadet laudis debitum quo me totū ſentio enarrandis ſacre doctrine pconijs obligatum.de quibus magis vt puto veniā merear ſi pauca dixero: cū plura nō poſſim. q̄z ſi taceaz oia cū debeā vniuerſa ⁊ ideo tacere nō poſſuz. imo cogor in admiratiue queſtionis prorūpere verba di. Quenā doctrina hec B noua. Cū vero mee intelligētie detrimenta conſidero.cū animi mei calamitates colligo q̄ peccator ſum leuioris ſcientie grauioris qui ſtultiſſimꝰ ſum virorū. ⁊ ſapiētia hoim nō eſt mecū nō didici ſapientiā nec noui ſcientiā ſanctor. Prouerb.30.Certe ſic elinguis lingua.memoria immemor. inſenſibilis ſenſu et de ineffabilibus ſacre doctrine laudibꝰ.de quibus etiā ſancti cū timore loquūtur et tremore. loq̄n imiruz perti meſco. ideoq̄z timor ⁊ tremor venerūt ſup me in pſalmo.quare loqui ꝓhibeor Sed ſi diutius taceo de ingratitudie redarguar. q̄ iurta moraliū dogma philoſophor eam laudare teneor q̄ me.ſi nō ſtet p me.ſuis ditauit beneficijs.beauit muneribꝰ.⁊ documētis ſalutaribus eruduit. Quare tacere nō poſſum. imo cogor in admiratiue queſtionis prorūpere verba dicens. Quenā doctrina hec noua. Dū aūt ad ſacratiſſime doctrine huiꝰ laudē tota laborat intētio.dū tota ꝯcurrit affectio. tā excellētis dulcedinis coptā effuſura volūtas in cogitatiōe nō pficit.ſed ⁊ lingua pene deficit in ſmone. Et vt quid ⁊ eloquens ait. Dū ſibi ẏba ꝛtero laudis. plus ꝯtero laudē. Quā obrē erubeſco dicere vl narrare inepte cogitatiōis mee ⁊ temulētas fantaſie ꝑprie ꝯiecturas demiſſoq̄z capite veritꝰ ſum q̄d de tanta re ſentiē iudicare.ꝯſu-

lente michi sapiētissimo Salomone. Altiora te ne quesieris. Eccl'.3. Idcirco loqui phibeor. Sed dū psolari cupere inscientiā meā silentio.et ignorantiaz meā tacēdo cōpescere.quā ipse dū loquor accusare cōpellor.instat ex aduerso pscientia ppria que laudis debitū recognoscēs instāter instantius istantissime petit ipsum ad qđ teneor psoluī tributū. Idcirco tacere nō possum. imo cogor in admiratiue questiōis prūpere verba dicēs Quenā doctrina hec noua. Si ipsa ergo hui⁹ gloriose pconia doctrine de intellectus meivena paupere fluuiū exigūt locupletem. Ignarus ego et eligus incipiā balbutire.ecce verecūdia signat ora silētio volūtatē cohibet.ymaginationē grauat. duz qđ nescit homo qđ mirat angelus.inscie promit iperitus et loquitur ipudenter ignar⁹. Igit loqui phibeor.Sed de illi⁹ mia loquendi sumens audaciā qui mutoz labia reserat et linguas infantiū facit disertas. Sapiē. 10.vt qđ debeo tributi hui⁹ sacre doctrine pconijs. Cuius soluendo nō sum sufficiēs.in ei⁹ tñ id qđ potero ymēdatiōe psoluā Spirabit anim⁹ me⁹ deuotiōis affectū. eructabit coz meū ℣bū bonū et velut calam⁹ scribe laudibus ei⁹ officiosus assistā.igit tacere nō possum imo cogor in admiratiue questiōis prūpere verba dicens.Quenā doctrina hec noua. Que fuit q̄stio a principio ppsita vestris reuerentijs sepe repetita. ¶Ad cuius questionis solutionem me diu quidē cogitantez sed nichil proficere valentē ratio ipsa in hanc potissimū sententiā ducit.vt cū ad soluendā tam arduā questionē minime sufficiant alioz cōsulā facultatē. Cōsidero igit q̄ inter plurimas et quasi innumerabiles q̄stiones quattuor sunt p̄cipua questionū genera in diuersis scolis et doctorib⁹ variis pquirēda. ¶Naz primo quedā sunt questiones subtiles et studiose. Secūdo quedā sunt questiōes difficiles et curiose. Tertio quedā sunt questiones ciuiles et ytentiose. Quarto quedā sunt questiones vtiles et virtuose. Primū questionū gen⁹ solet disputari in scola theorica philosophoz. Scām questionū genus solet pscrutari in scola fantastica mathematicoz. Tertiū questionū gen⁹ solet discrepari in scola politica iurisperitoruz. Quartū questionū genus solet ptractari in scola catholica theologoz. ¶Ad primū questionū genus pertinet illud. Job. 26. Quis extendit aquilonē super vacuū et appendit terrā sup nichilū. Quis ligat aquas in nubibus suis vt cū erūpant pariter deorsum. Quis terminū circūdedit aquis vsq̄ dū finiā tur lux et tenebre. Et illud Prouerbioz. 30. Quis colligauit aq̄s in vestimento. Quis suscitauit oēs terminos terre. Tales. em̄ questiones subtiles et studiose solent disputari in scola theorica philosophoz. ¶Ad secundū questionū genus pertinet illud Eccli. 1. Arenā maris et pluuie guttas. et dies seculi quis dinumerauit. Altitudinē celi et latitudinē terre et pfundum abyssi quis dimensus est. Et illud Senece. Licet nescias que ratio oc

4. genera q̄stionū.

D primū genus questionū

E 2. gen⁹ q̄stionis.

C

ceanū diffundat. quid sit quod gemellorꝝ ꝯceptū separet partum iungat. Cur simul natis fata diuersa sint non multū nocebit tibi trāsire qđ nec licet scire nec ꝓdest. Tales eīn questiōes difficile curiose solent pscrutari in scola fantastica mathematicorꝝ. ¶ Ad tertiū questionū genus A 3.q̄stionis genus. ptinet illud Luce. 22. Facta est contentio inter eos quis eorꝝ videretur esse maior. Et illud. Exodi. 2. Quis ꝯstituit te principē aut iudicē super nos. Tales enīz questiones ciuiles contentiose solent disceptari in scola politica iurisperitorum. ¶ Ad quartū questionū genus B 4.'genus q̄stionis pertinet illud Job. 13. Quis potest facere mundū de imundo conceptū semine. Et illud psal. Quis ascendet in montem dñi aut q̄s stabit in loco sancto eiꝰ. Tales eīn questiones vtiles et virtuose solent ptractari in scola catholica theologorꝝ. Considerata igitur p̄missa questionū quadripharia serie ⁊ scolarum varietate quadruplici. michi visum est expedire ꝓ nostre questiōis solutione singulas adire scolas ⁊ doctores consulere singulas ꝛvt quod in vna nequit. in alia saltez inueniri valeat. Sic enim qđ vbicz queritur alicubi plerūcz reperitur. iurta verbuz ℭ veritatis dicentis. ¶ Querite ⁊ inuenietis Math. 7. Vado igit ⁊ per ordinē ad singulas discurro scolas. Et primo ad scolam philosophorum in qua studiose disputant questiones subtiles ⁊ theorice. Secundo mathematicorum in qua curiose perscrutantur questiones difficiles et fantastice. Tertio ad scolā iurisperitorꝝ in qua ꝓtentiose discep tantur questiones ciuiles et politice. Quarto ad scolā theologorꝝ in qua ꝛvtuose ptractant questiones vtiles et catholice. ¶ Primo ergo venio ad scolam D philosophorum in qua studiose 1.sco disputantur questiōes subtiles ⁊ theorice. et ibi nostram ꝓpono questionem interrogans ab eis de lege xp̄i euāgelica. Quenam doctrina hec noua. In primo vero huiꝰ scole ingressu sermocinalīū scientiarꝝ grāmatice videlicet logice. rethorice ⁊ poetice artis doctores inuenio. Qui oēs iurta sue facultatē doctrine michi aliquid offerunt. Alij grāmaticalia prisciani rudimenta. Alij logicalia aristotelis argumenta. Alij rethorice tullij blādimenta. Alij poetica virgilij integumenta. nec soluz ista. quinimo ouidij p̄sentāt fabulas. fulgētij mythologias odas oratij ormestas orosij. iuuenalis satiras senece tragedias. comedias therentij. iuectiuas salustij. sydonij epistolas. cassyodori formulas. declamationes quintiliani. decades titi liuij valerij ephitomata. marcialis epygrammata. centones homeri saturnalia macrobij. et generaliter singula que vꝰ suauis liram rethorice vel grauis poetrie musaz resonāt. Sed cū premissi doctores in his oibus michil prorsus doceāt quod ad ꝓpositam satisfaciat questionē ipsi tñ michi iā pene de solutiōe q̄stionis desperāti. inḡrēdi laudāt ꝓpositā laboris diligentiā recōmendāt ⁊ diligēter inḡrēti spez inuenīēdi ꝓfirmāt. Cōfortat me siquidem illud cōmune di-

etum Boecij de disciplina scolariū.cuiuslibet operis obtusitas laborum diligētia permollitur. Confortat me etiā illud dictum valerij in epistola ad ruphinū. Ad summa quecz fastigia nō nisi per salebras euadim⁹ nec est via:plana que ducit ad gaudia plena.Cui⁹ rei ponit exemplu⁹. Audiuit inquit iason q̄ p mare adhuc intactum ratib⁹ ꝛ remis ꝛ p thauros sulphureos ac pertoricati serpētis vigilias sibi viandum esset ad aureū vellus ꝛ sano ꝯsilio licet nō suaui vsus. abijt et redijt ꝛ optabilē thesaurum retulit.Sic absinthiū veritatis acceptat morose mētis humilitas.fecundat officiosa sedulitas. et in fructū producit perseuerantie vtilitas.ꝛ dura principia dulci fine munerātur.Sic arct⁹ callis ad ampla ducit palatia.sic angust⁹ trames ad terram viuentiū. Hec ille. Confortat me insuper illud dictū virgilij in eneyde. Labor improbus oia vincit.Cōfortat me denicz illud dictum architrenij nouelli poete. Uelificatur athos dubio mare ponte ligatur. Rem⁹ arat colles.pedib⁹ substernitur vnda. Pupe meat hum⁹ pelagum tethis exuit vsum Salmoneus fulmen iaculatur dedal⁹ alias. Induit ingenij furor instat ꝛ in uia preceps. Rumpit et artifici cedit natura labori.Ex his nāc dictis vires aīmi colligo spē mētis erigo. vt ad ꝓposite questionis apertionē procedā vlterius inuestigās a ꝓfundioꝛib⁹ natural ꝛ moralis philosophie doctoꝛib⁹ quidnā de ꝓposita sapiant q̄stione.ip̄i vero sola excusatione ꝯtenti talē responsionez pretēdunt.Scimus inquiūt elementoꝛum propositiones.elemētorū ꝯditiones.vaporū ipressiones.mineraliū mixtiōes.Scim⁹ vires herbarū.Ɣtutes gemmarum. moꝛes animaliū oꝛigines animaꝝ. Scimus ꝯplexionū distantias.humoꝝ repugnātias. sanitatum armonias.egritudinuꝝ distrasias.alias discrasias. Scimus varietates actuū causalitates habituū extremitates viciorum.et medietates Ɣtutū. Et vt vnum dicamus.Scim⁹ de natura quicquid hūana potest ratio naturaliter pscrutari. Sz nimirum de ea quā proponis q̄stione nihil vticz scimus. quia i eius solutione natura silet.ei cannones succumbūt. et fides sola de uaturali ratiōe triumphat. Ad hāc itaqz vocem. ¶ Primaz exeo scolam et trāseo ad secundam. ¶ Secundo ergo venio ad scolaz mathematicoꝝ. in qua curiose pscrutantur q̄stiōes difficiles ꝛ fantastice. et ibi nostrā propono questionez iterrogās ab eis de lege xp̄i euangelica. Quenaz doctrina hec noua. In primo vero huius scole igressu quosdam ego reperio sibi nomē matheseos vsurpantes indebite. ex quoꝛuz infamia tota fere Mathematicoꝝ scola infamis redditur ꝛ suspecta. Hi sunt qui teste beato Augustino i lib.de natura demo. a terra geomantici. ab aere aeromātici.ab igne pyromātici ab aris idoloꝝ arioli. a ꝯsideratione naturaliū genethyaci.ab inspectione ararū aruspices.ꝛ a volatilibus aut vocibus auiū augures nūcupātur. Ab his itaqz pseudo mathematicis seu potius maleficis nihil

F 2.scola.

£

interrogo de proposita questione hoc sacra phibēte scriptura. Nō declinetz admagos nec ab olis aliquid scisscitemini. Leui. 20. Sed ad veros mathematicos transeo qui in arismetrica numeroꝝ pugnas. in musica sonorum sinugias. in geometria quātitatum mensuras ꝛ i astrologia celoꝝ influentias scientifice pscrutātur. inter quos tenet pictagoras calculū. orpheꝰ plectrum. esculapius baculum. eufratres horoscopum. archimedes radium pdites circinū. campanus ppendiculū. ptholomeꝰ astrolabiū. Nec inuestigare desistit thales tpa. Athlas sidera. zeno pondera. crisippus numeros. euclides mēsuras. albumasar influētias. Ab his itaqz mathematicis nostre peto solutionem q̄stionis. ꝛ ecce hoꝝ aliqui dum questionē istam soluere tētant: ita delipiunt vt christi doctrinā. Christi vitā. Christi opera. Christi miracula: causis naturalibus a celestibus influentijs audeant deputare. Siceni ausus est ille fantasticus albumasar tractatus primi de cōiunctionibus differētia tertia. Sic et ille machometicus Auicēna. 10. methaphisice sue. quoꝝ tam fatuam q̄z obscuram ꝛ fatuosā presumptionē apls ipse reprehēdit. Obscuratū est inquit insipiens cor eoꝝ dicētes eñ se eē sapientes stulti facti sunt. ad Roma. 1. Non sic deuoti mathematici: tres illi magi orientales pclari: quibꝰ vt Matth. 2. legitur xpm natū stella mirabilis nūciauit. illa scz de qua meminit Calcidius sup. 2. thymei platonis. post cuiꝰ apparitionez teste Augustino vbi supra. natiuitatem alicuius e celo interpretari non licuit. non sic inq̄z non sic presumūt hi deuoti mathematici. sed in propositе questionis solutione imperfectū suū humiliter recognoscūt. Nescit inquiūt acribologia mathematica huiꝰ questionis soluere nodū. Nescit q̄p pe diuinum aperire secretū. naz cum deo claudente nemo aperiat: sane frustra sudaꝫ diuinitus obsecrata humanitus reserare Ad hāc itaqz vocem secundā ex eo scolam ꝛ transeo ad tertiam.

¶ Tertio ergo venio ad scolam iurisperitorum in qua cōtentiose disceptantur questiones ciuiles ꝛ politice. Et ibi nr̄am ppono questionē: iterrogās ab eis de lege christi euāgelica. Quenam doctrina hec noua. In primo verbo huius scole ingressu ciuiles iuris doctores inuenio. qui imperatorus leges. Cesaris edicta tanta veneratiōe suscipiunt. tāto honore pferunt: vt pro ipis venerandis aliqui plerumq̄z celestis imperatorus leges cōtemnant. pro ipis defendendis. edictis summi cesaris contradicant. Sed reperio iterum in hac scola quosdaz iuris canonici professores qui etiaz suas decretales epistolas quasi diuinas scripturas accipiunt: et eas taliter venerantur vt ppter hoc eoruz aliqui plerumq̄z in diuinarū prumpant blasphemiam scripturam. Tales enim reprehēdit magnus ille vtriusq̄z iuris doctor dominus Gratianꝰ sui voluminis. distinctio. 9. cap̄. Ego solis. verba recipiens Augusti. epistola. 8. ad Hieron. Ego inquit solis eis scriptoruz qui iam canonici

A
3. scola

appellãtur. didici hanc morez honorẽq; referre vt nullũ eorũz scribendo errasse audeam credere. Appellatione canonicorũ librorum solos comprehẽdens libros diuinarum scripturarũz et non iurium humanorũ: in quibus eodez augustino teste libro secundo ad Uincentium. ⁊ Gratianus distinctione eadem cap. negare. Negare non possum⁹ nec debem⁹ multa esse que possunt iusto iudicio ⁊ nulla temeritate culpari. Ipsoꝝ igitur qui vel in ciuilis vel in canonici iuris scola aut studẽt aut docent bifariã diuisionẽ repio. nã q̃dã ⁊ mẽti ꝓthdoloz lĩguã ꝓstituũt questum querunt. equitatẽ soluũt. pacẽ confundũt sopitarum litiũ cineres suscitant. pactiões violãt. adulteria dissimilãt. matrimonia diffamãt. luxuriant i lachrymis viduarũ. infame pupillorũ. in afflictione simpliciũz. ⁊ in paupez nuditate ꝛRam vt Sydonij verbis vtar. hi sũt qui causas ꝓtendũt adhibiti. impediunt pretermissi. fastidiũt ãmoniti. obliuiscũtur locupletati. hi sunt qui emũt lites. vendũt intercessiones. iudicanda dictant dictata cõuellunt attrahũt litigaturos protrahunt audiendos. quid plura. hi sunt qui dũ i captura pecunie rethia tendũt. iura ꝓfoia interuertunt oĩs leges interꝓtantur ad libitũ. et ꝓ sua volũtate nunc abdicant. nũc admittũt. bñ dicta deprauãt. prudenter allegata puertunt. ꝯdemnant inocuos. nocẽtes absoluũt. impios fouẽt. oppꝛimunt innocentes. Ab his itaq; litigiosis causidicis de questioe ꝓposita. nihil quero sed eoꝝ cõsortia fugio. ⁊ eoꝝ condẽno litigia dicẽte mihi apostolo. Seruũ domini non oportet litigare sed mansuetum esse ad oĩs. 2cde ad Thymo. 2. Alij vero sunt. et vtinam multi. qui in ipa iurisũ scola studẽt ⁊ docent non ad questũ nõ ad iniqnũ iuris dispendiuz. sed ad inquisitionẽ veritatis ⁊ iudicij equitatem. hi sunt qui aduocantur ꝓ pupillo ⁊ vidua ꝓ vtilitate reipublice et ecclie libertate. quoꝝ iudiciarij⁹ rigor aduersus insontes vehementius excãdescit. ⁊ circa simplices mansuescit hi sunt qui erigũt lapsos. fractos ꝙsolidant. liberãt seruos. pauperes ditant vagos ꝙgregant. reuocant oberrãtes. hi sunt apud quos admittit clamor pauperum erigit dignitas ecctia. ꝓ quos releuatur pauperũ indigentia. firmat in eccle sijs libertas. pax in populis. in ciuitatibus quies. Ab his itaq; tempto aliquid audire de ꝓposita questione. Sed dum ipsi ad hui⁹ questiois solutionẽ peruenire cõtendunt. vires eoꝝ interioꝛi oculo caligante. scrutãtes scrutationes ex inani scrutinio deficiunt. ⁊ a tãta victi sublimitatis excellẽtia. retrorsum in terram abeũt prouoluti. ideoq; peritiores eoꝝ de nostre q̃stionis solutione humiliter se excusãt. Scim⁹ inq̃unt q; diuine res pfecti ꝙme sũt hũana vero iuris cõditio semp i infinitũ decurrit. et nihil ẽ i ea qõ stare ꝓpetuo possit. C. de vete. iu. enu. l. 2. §. ſz qz Cum igit hũana iura ad scolã nostrã ꝓtineant nõ diuina. sane proposite questionis solutio nõ ad iuridicaz ſpectat peritiã. ſz ad theologicã facultatẽ. nec no

bis licet falcē nostrā in messem mittere alienā. 13 q.1.c. ecclias .S. his ita. Ad hanc itaq; vocem A tertiā exeo scolā ꝛ trāseo ad q̄r-
4. scola. tā ꝛ vltimā. ¶ Quarto ergo venio ad scolam theologoꝝ. i qua virtuose ptractantur q̄stiōes vtiles ꝛ catholice. ꝛ ibi nostrā propono q̄stionem interrogans abeis de lege xp̄i euāgelica. Quenam doctrina hec noua. In primo vero huiꝰ scole ingressu veteris legis doctores inuenio sanctos patres patriarchas videlz ꝛ pphetas. Interrogo igit primo p̄imum illū patrē Adaz q̄ ad imaginē dei factꝰ ꝛ in paradiso positus diuina secreta credit p̄cepisse. Sz respōdet adā doctrinam hāc nouam sibi maxia i p̄te esse ignotam. Unionē inq̄t dei ꝛ hois nō intelligo. ꝛ q̄ ✠bū caro fieri possit ignoro. quodq; virgo ꝯcipiat ꝛ pariat non minus est a mea intelligētia extraneū. q̄ a ꝯsuetudie alienū. Nec enim ena mea aut cōcipere potuit nisi a me cognita. aut parere nisi corrupta. Uade inquit potiꝰ ad noe virū iustū qui p̄ archam i diluuio saluauit genꝰ humanum. Gen. 7. Forte ipe ꝓpositā questionem apiet ꝛ signacula eius solue t. Interrogo igit noe virū iustum. sz excusat se etiā. ꝛ dolabro occupatꝰ p̄mptiorē ad fabricādum q̄ ad docendū. nec ego inquit ipe hāc questionē aperire aut signacula eiꝰ soluere sū ido neus vade potius ad abraham patrē multaꝝ gētiū. ad quē promissio facta est. q̄a in semie tuo bn̄dicent oēs gētes. Gen. 2. Interrogo igit abrahā. sz expauescit etiā ipe. ꝛ tante rei nouitate ꝑcussus noli inq̄t turbare peregrinationē meaꝝ egreff⁹ em̄ de terra mea ꝛ de cognatōe mea et de domo p̄ris mei in minandis gregibꝰ ꝛ armentis. in pascuis comitandis. in fodiēdis puteis ego valeo. Sz quam ꝓponis q̄stionē soluere nequeo vade potius ad moysen famulū dei. cui locutꝰ ē dn̄s facie ad faciē. qua si homo ad ꝓximū suuz. Exo. 33. Interrogo igit moysen. et ecce moyses medio ꝓsessu surgens velata facie ꝛ libris onustꝰ. congeriē ꝛ siluam mandatoꝝ legaliū ꝓponit nec exponit. penthateucū suū sub cuiꝰ sarcina sudat. ꝓjcit in mediū. inueniūtur ibi p̄cepta quedā moralia. q̄daz cerimōialia. moralia aūt q̄ vis proficiētia. nō tn̄ sufficientia ad salutē. cerimonialia vero tātis obūbrata figuris. tātis imaginibꝰ operta. vt nō dicā ipleri sz nec intelligi quidē possint. Ibi cultellꝰ ꝓpucij. libellus repudij. oculoꝝ ꝛ dentū taliōes voluit ergo ꝛ reuolut moyses. cōsumptoq; frustra toto legēdi officio. latent eū huiꝰ doctrine mysteria. Erubescit itaq; moyses ꝛ defectū suū ꝯfitens ait. Uelata facie ego sum. parce q̄so pudori meo. ꝛ cū tabulis meis lapideis populū meū lapideū p̄mitte docere. Uade potiꝰ ad dauid quē inuenit dn̄s ✠ cor suū. forte in cythara ꝛ psalterio eructabit tibi ✠bum bonū et aut ipe soluet questiōis signacula. aut de stirpe ipius surget q̄ soluet ea. Interrogo igit dauid. sz excusat se etiā dauid dicēs. Non sū dignꝰ ad tante questiōis sublimitatē assurgere. Qm̄ iniquitates mee supergresse sunt caput meū ꝛ sicut onꝰ graue grauate sunt su-

stionis responsionez accedo.

¶Pro qua tres breues articulos faciã ⁊ in quolibet articulo

Decisio q̃ stionus. sic ꝓcedã. Primus erit de xp̃i regula siue lege. Secũdus erit de petri eccl'ia siue grege. Tertiꝰ erit de gregis petri ⁊ legis xp̃i conformitate. Primo p̃mittam tres distinctiões. Scõo ponam tres ꝯclusiões respõsiuas. Tertio inferã tres ꝓpositiões correlarias. ¶Quantũ igit ad p̃mũ

C 1. articl's. articulũ in quo videndũz est de xp̃i regula siue lege sunt tres distinctiones p̃mittende. Prima erit gñalis de lege. Scõa specialis de lege diuina. Tertia specialior de lege xp̃i seu regula.

1. distictio ¶Prima ergo distinctio est ꝙ lex (vt ad ꝓpositũ ptinet) multipliciter ⁊ ꝑ diuersis capi solet. Qñq̃ sumit pro p̃ma lege q̃ est lex increata. Et sic diffinit Aug. legem libro p̃mo de libero arbitrio. Lex eterna ẽ summa ratio cui semp obtẽperandũ est ⁊c. Et 22. contra Faustũ. Lex eterna est diuina mens seu voluntas ordinẽ naturalẽ seruari iubens turbari vetans. Unde ptz. ꝙ sicut voluntas diuina est simpliciter p̃ma causa i genere cause efficientis sic ipsa est lex simpliciter p̃ma in genere legis obligãtis. Quare sicut nulla causa secũda põt agere ipa nõ agẽte. sic nulla lex põt obligare ipa nõ obligante. put alias declarau'. Quãdoq̃ vero sumit lex pro signo p̃me legis qõ est lex creata. Et sic diffinit Tullius i philippicis. ꝙ lex nichil aliud est q̃ recta ratio a numine tracta a deo diriuata imperãs honesta, phibensq̃ cõtraria. Sed sic capiendo legez pro lege creata adhuc quandoq̃ sumitur gñaliter pro qualibet tali lege naturali hũana vel diuina scripta vel nõ scripta. Et sic diffinit Tullius libro de natura deoꝝ. ꝙ lex est recti p̃ceptio, prauiq̃ depulsio. Quãdoq̃ vero sumitur specialiter ꝑ lege naturali. Et sic diffinit Tullius libro de legibꝰ ꝙ lex est ratio ĩsita a natura q̃ iubet q̃ sunt facienda: ꝓhibetq̃ contraria. Qñq̃ etiã sumitur specialiter ꝑ lege humana scripta. Et sic diffinit Gratianus distinctiõe p̃ma ꝙ lex est ꝯstitutio scripta. Et distinctione secũda. c. lex est. ꝙ lex est cõstitutio ppli qua maiores natu simul cũ plebibꝰ aliq̃d sanxerunt. Et sic q̃uis iste terminꝰ lex sit gñalis ad oẽm legem tamen quãdoq̃ restringit advnã determinatã spẽm.

D 2. distictõ ¶Secunda distinctio est ꝙ lex diuina vt sumitur pro lege diuinitꝰ inspirata qualis est lex Moysi vel xp̃i. Uno modo põt sumi pro aliqua vna regula data a deo aliq̃d p̃cipiente vel ꝓhibente. Alio modo pro aliqua vna ꝯgregatiõe plures tales regulas continente. Qualiter tota doctrina xp̃i dicitur lex xp̃i. Et sic sumitur in proposito. Sed sic capiendo adhuc potest sumi stricte ꝑ aliqua tali congregatione solũ continente ꝓcepta ⁊ ꝓhibitiones. qz hec duo solũ pertinẽt ad legem proprie dictã. Alio modo põt sumi large ꝑ aliqua tali cõgregatione non solũ cõtinẽte p̃cepta et ꝑhibitiones: sed etiã consilia ⁊ p̃missiões, testimonia hystorialia. exempla imitabilia. miracula. sacramẽta. p̃missiones p̃miorũ. cõminatiões supplicioꝝ. ⁊ multa hmõi. q̃ licet nõ sint de substã

tia legis ꝓprie. qꝫ nec ligãt nec obligant eo ꝙ his nichil imperatur aut ꝓhibetur ipsa tñ sunt fortissima adiutoria ad legẽ iustiendũ. tõ dicunt ꝓres legis diuine col.er dicte. ¶ Tertia distinctio A 3.distictio ꝙ lex xpi seu regula. Uno modo põt sumi stricte ꝑ congregatione illoꝝ simul eoꝝ q̃ docuerũt apli & discipuli eius auctoritate sua. Et sic sumitur hic. Un lex xpi seu regula dicit tota doctrina euãgelica intelligẽdo per euãgeliũ non solũ doctrinã quatuor euãgeliorꝝ sed generaliter nouũ testamentũ. Quẽadmodũ doctrinam suam vocat Paulus euangeliũ. 2.ad Thim. 1. Sed sic capiẽdo adhuc potest multipliciter sumi. Uno mõ ꝓtalis doctrine veritate. siue sit i mente siue in scripto vel in voce Alio mõ potest sumi ꝑ talis veritatis vel obiecti intellectualis cognitione. Unde nõ minus ꝓprie dicit lex vel ꝓceptũ vel ꝓhibitio ipa cognitio agendoꝝ vt nõ agendorũ q̃ ipa veritas enuncians quid agendũ vel nõ agendũ. Ideo dicit venerabilis Hugo ꝑmo de sacramẽtis. parte.6. .c.6. Quid cognitio faciendorũ fuit nisi quedã ad cor hois facta, ꝓceptio et q̃d rursum cognitio vitandorũ nisi ꝓhibitio. Hec autẽ cognitio põt esse multiplex. qz vel solũ apprehensiua vel iudicatiua. Et si iudicatiua vel cũ formidine vel cũ certitudine. Et si cũ certitudine/ vt põt esse habitualis/ vel actualis/ vt ab habitu acq̃sito solum/ vel ab habitu etiã infuso. Unde sim hoc loquẽdo ꝓprissime lex xpi põt dici fides infusa vel actus eius quo creatura rõalis firmiter assentit doctrine xpiane virtutib⁹. ¶ His ergo distinctionib⁹ ꝑmissis B advidendum qualiter hmõi lex seu regula est rõnali creature ꝓ statu vie perfectissima lex creata. tres sunt ꝯclusiones declarãde. ¶ Prima ꝯclusio est ꝙ 1.ꝯclusio. lex naturalis/ vt humana/ vt etiã lex diuina mosayca viatori non est lex pfectissima creata. Pz primo de lege naturali/ vel hũana. qa aliter seqretur ꝙ viator ex puris naturalib⁹ sine fide posset oia ad que tenetur pfectissime cognoscere et adimplere cõtra aplm ad Hebr. 11. Sine fide impossibile ẽ placere deo. Scdo idẽ pz de lege mosayca. qz ẽm aplm ad Hebre. 7. Nichil ad pfectũ adduxit lex. Et loquit de lege veteri ꝙ moysen data. q̃re. &c. C ¶ Secunda cõclusio est ꝙ lex xpi seu 2.ꝯclusio doctrina vocalis aut scripta vel ipa mẽtalis solũ apprehẽsiua vt etiã ipa adhesiua si nõ sit ex fide infusa nõ est viatori pfectissima lex creata. Pz. quia nullus viator per legẽ xpi sine fideli credulitate potest oia ad que tenetur perfecte intelligere iuxta illud ysa. 7. Nisi crediderints nõ intelligetis. D ¶ Tertia cõclusio est ꝙ 3.ꝯclusio. lex xpi sola seu doctrina (idest fidei infuse habitus vel actus quem viator habet de ea) est sibi perfectissima lex creata. Patet. quia nullius viatoris per aliud signum seu directiuũ creatum nisi per huiusmodi fidem vel eius actum omnia ad que tenetur perfecte cognoscit. vt ex ꝓdictis apparuit. & ꝑ huiusmodi signũ illa pfecte cognoscit. quia si non tũc fidelis operãs secũdũ fidei xpi directionẽ non sufficienter operaretur ad ꝯsequendũ salutem

contra illud Marci vltimo. Qui crediderit. ⁊c̃. saluus erit ⁊c̃.

E ¶ Ex predictis sequuntur aliq̃ proposiciones correlarie. Pria q̃ sicut virtus iusticie solum est in mente et non in scripto/ vl̃ voce. sic in ipsa est proprie lex seu regula iuste vite. Patet. quia nullo existente scripto vel voce adhuc lex esset nec regule intellectuales que sunt rerũ naturales imagines min⁹ essent ꝓpter quã de nec homo minus obligaret ad eas q̃ si ipsas legeret vl̃ audiret. quare ⁊c̃. ¶ Secunda ẽ q̃ sicut vox audibilis nõ est lex ꝓprie sic nec scriptura legibilis sed solum eq̃uoce. Patet. q⁊ vox vel scriptura lex nõ dicitur aut regula nisi ea figura vel tropo qua nomen rei ⁊ veritatis imagini imponitur vel signo. sicut imago regis rex dicitur. Patet q⁊ iuriste diffinientes legẽ diffinunt eam ꝓpter ei⁹ min⁹ ꝓpriaz acceptionẽ. q⁊ vt supra ptz Gracianus et alij solũ diffinũt legẽ

F scriptam. ¶ Tertia est q̃ sicut ad legis xp̃i habitualẽ fidẽ oĩs viator obligatur sine vlla excusatione. sic ab eius actuali fide nullus excusatur nisi sola incapacitate. Primũ patet ex illo dicto apostoli Hebre. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Uñ licet inter homies alij aliis minus sint capaces ꝓpter breuitatem intellectus experientie paucitatem aut defectũ doctrine vel gratie. quia nõ oẽs equaliter obligantur ad credendum singula legis in particulari et explicite. tñ nullũ est gen⁹ hoiz adeo tardũ intellectu q̃ saltem in vniuersali ⁊ implicite nõ possit oĩa credere. id est credere vniuersaliter q̃cq̃d ibi asseritur eẽ verũ. ideo a tali credulitate habenda loco et tempore nullus omino excusatur nisi sola incapacitate. Paruulos aũt ⁊ furiosos ceteriscq̃ passionibus mente captos seu alia naturali impossibilitate prohibitos incapaces voco. ⁊ si nõ simpl̃r tamẽ ꝓpter q̃d scz dum his defectibus laborant quare non opz q̃ aliquid actualiter credant ideo ⁊c̃. Et hec de primo arti. ¶ Quantum ad scõm articulũ in quo videndũ est de Petri ecclesia siue grege sunt distinctiones premittende Prima erit generaliter de ecclesia. Secunda specialiter de militante ecclesia. Tertia magis specialiter de Petri ecclesia.

5 articks.

¶ Prima ergo distinctio est ista q̃ ecclesia pot esse multipl̃r sumi Uno modo ꝓ templo materiali. Et sic sumitur in veteri testamẽto Deut. 23. Eunuchus nõ intrabit ecclesiam. Et in nouo testameto. 1. Corith. 11. Nũq̃d domos nõ habetis ad mãducandũ ⁊ bibendũ aut eccl̃iam dei cõtemnitis. Alio mõ sumit ꝓ templo spũali Et sic mltipliciter põt sumi Uno modo particulariter et sic q̃libz rõalis creatura quã deus specialiter inhabitat põt dici ecclesia dei sicut dicitur tẽplum. Alio mõ magis gñaliter pro aliqua ꝯgregatione taliuz creaturarũ siue vniuersali siue ꝑticulari. Et sic iterũ multipliciter põt sumi. Uno mõ ꝓ omnib⁹ cognoscentibus clare vel btifice catholicas ꝟitates. ⁊ sic vocatur eccl̃ia triũphans. de qua dicitur. Laus ei⁹ in eccl̃a sctõꝝ ps. 149. Alio modo ꝓ omnibus cognoscentibus enigmatice hu

1. distictio

2. dist

tusmodi veritates. Et sic nō solum sanctos vt eccl'a triūphās. sed etiam cū bonis malos et cū hominibus demones cōprehēdit. Unō etiam qñq; nomine ecclesie maligni signant. vt cū dr. odiui ecclesiam malignantium psal. 25. Licet aūt hoc modo iterum ecclesia multipl'r posset sumi tamen vt ad ppositū ptinet ecclesia sumitur pro hoibus in mortali corpe naturaliter viuētibus. ⁊ enigmatice cognoscentibus catholicas veritates. Et sic vocatur ecclesia militās. de qua dicitur Actuū. 20. Attēdite vobis et vniuerso gregi in q̄ posuit vos spūsctūs epos regere eccl'esiam dei. Et sic sumitur in pposito. ¶ Secūda distinctio est ista. q̄ eccl'esia militans dupliciter pōt sumi. Uno modo p ecclesia vniuersali. ⁊ sic est vnica eccl'esia et extra quā nō ē salus de qua dicit apl'us q̄ xps ē caput corporis ecclesie. ⁊ corp⁹ eius est eccl'esia. Col'. 1. Alio mō p ecclesia pticulari et sic sūt plures ecclesie. iuxta illud dictum eiusdem apostoli. Salutant vos omnes ecclesie xpi. Ro. 16. Utroq; aūt predictor̄ modor̄ adhuc multipliciter sumitur eccl'a Nā sumendo eam p ecclesia vniuersali qñq; sumitur p congregatione omniū fideliū actu existentium. qñq; vero generalius sumitur p cōgregatione oim fidelium a tempore xpi vel apostolorum vsq; nūc succedentiū. Et sic distinguitur ecclesia xpi contra synagogā moysi. Et isto mō accipit Augustin⁹ eccl'iam in li. ℣ manicheos. vt habet. 11. distinctiōe ca. palā. ⁊ alibi. vbi dicit q̄ euāgelio nō crederet, nisi eum

A 2. distictō

eccl'e auctoritas ꝓpelleret. Hoc em̄ modo eccl'ia est maioris auctoritas q̄ euāgeliū sit. q; hui⁹ eccl'ie euāgelista ꝛsiue scriptor euangelij pars existit. Quādoq; aūt adhuc generalius sumit eccl'ia p ꝯgregatione oim fidelium a principio mundi vsq; ad ꝯsūmationē seculi ⁊ sic nō solus ꝯprehendit eccl'iam xpi sz etiaz synagogā moysi/ ⁊ eos qui fuerūt sub lege naturali. et isto mō accipit. A u. li. 15. de ciui. capit. 1. vbi dicit q̄ non solū a tpe corporalis p̄sentie xpi ⁊ apl'or̄ ei⁹ sed ab ipso abel vsq; in hui⁹ seculi finē pegrinando pcurrit ecclesia. Et Greg. in quadā omel'. dicit q̄ ab abel iusto vsq; ad vltimum electū semp manet eccl'a hoc em̄ modo synagoga in veteri testamento appellatur noie eccl'ie. Nūe. 20. Cur eduxistis eccl'as dñi in solitudinē. ¶ Sed B etiam sumendo eccl'iaz p eccl'a particulari. itez multipl'r pōt sumi. Uno modo pro quacunq; ꝯgregatione fidel'iū siue virorū siue mulieruz. Et sic dr. 1. Petri 5. Salulat vos ecclesia que est in babilone. ⁊ isto modo sumit i pluribus sacre scripture locis. Alio mō sumitur specialiter p tota ꝯgregatione clericor̄ ⁊ sic nūq; accipitur in textu scripture diuine. sz clerici nomē ecclesie appropriauerunt ad seipsos vocantes se ecclesiasticos. Alio modo adhuc sumitur magis specialiter pro aliquo particulari collegio clericor̄. Et sic in iure canonico ecclesia iterum habet varias significationes: vt notatur extra de ver. sig. c. cum clerici. in glo. Sed his et alijs signi C ficationibus omissis eccl'ia mi

litans ꝓprie sūpta ꝓ eccl'a vniuersali potest isto mō describi. Ecclesia est oīs homo fidelis vel omnes homines fideles in mortali corpore naturaliter viuentes. Et voco homines fideles actu/ vel habitu implicite vl' explicite credentes vel enigmatice cognoscētes omnes catholicas veritates Uoco aūt catholicas veritates. veritates q̄bus quilibet viator actu vel habitu explicite vel implicite firmiter assentire tenet. Sed dico oīs homo vel oēs homines q; sc̄dm aliquos nō solū in plurib⁹ hoibus sed in vno solo pōt vel potuit stare ecclesia. Nā vt ōt Augustinus sup psalmo. 128. Aliquando in solo abel eccl'a erat. Et vt quidem dicunt aliquādo sc̄z tpe passionis xp̄i tota eccl'ia et tota fides ecclesie xp̄iane in maria matre christi remāserat.

D 3. distictio ¶ Tertia distictio est ista ꝙ petri ecclesia dupl'r potest sumi. Uno modo pro ecclesia quā petrus apl'us personaliter rexit. Alio modo ꝓ ecclesia particulari in qua ipse sedem tenuit. Et q; ista dicitur fuisse eccl'a romana. iō distinguendū ꝙ romana ecclesia multipl'r sumit. Quandoq; p sūmo pōtifice ⁊ q̄busdā p̄sbiteris ⁊ dyaconis quos non ex auctoritate diuine scripture sed ex ꝯsuetudine obseruantie hūane papā ⁊ cardinales vocamus. Quādoq; autē sumitur p solis cardinalibus. q̄ñq; ꝓ oīb⁹ clericis romanis. q̄ñq; ꝓ oībus fidelibus romane dyoces. q̄ñq; ꝓ oībus credētibus fidē apostolicam p̄dicataz romanis. Et sic vniuersalis ecclesia pōt vocari eccl'a romana ⁊ oēs fideles possunt appellari romani. vt dicū aliqui. sicut Paulus apostolus extra italiā natus antec̄z rome fuerit se esse hominē romanum asseruit. vt patz Act. 16. Et isto modo ꝑm illos sumitur ecclesia romana vbicūq; innuit ꝙ cōtra fidem errare nō potest romana eccl'ia. vt. 24. questio. 1. pudēda ⁊ ca. aduocauit. His ergo distinctionibus premissis ad videndū qualiter vtraq; ecclesia. s. tā ecclesia vniuersalis q̄z ꝓticularis ecclesia romana: siue romana dyocesis fuit petri eccl'ia tres sunt ꝯclusiones declarande.

E ¶ Prima est ꝙ petrus apostol⁹ ex xp̄i institutione principatum habuit vniuersalis ecclesie. Secunda est ꝙ petrus apostolus ex xp̄i ordinatione episcopatuz tenuit romane ecclesie. Tertia ꝙ petrus apostolus ꝓ⁹ tēpore sūmus pōtifex fuit q̄z episcopus romane ecclesie. ¶ Ad declarationez aūt harū ꝯclusionū sciendū est ꝙ circa istā materiā sunt varie assertiones istis conclusionibus aliquo modo repugnātes. Prima est ꝙ null⁹ sacerdos ex xp̄i istitutione sup alios habet/ aut habuit maiorē potestatē sed oēs equalē. ¶ Secūda est ꝙ Petr⁹ apl'us nō habuit sup alios apostolos/ nec p ꝯsequēs sup vniuersalē ecclesiā p̄cipatū: ⁊ si habuit inter eos aliquo modo primatū hoc nō fuit p modū p̄fidētie vel dñationis. sed p modū volūtarie reuerētie ⁊ humiliatiōis. sic ꝙ alij apl'i nō tā q̄z sibi subditi/ ꝛ ratione sue antiquitatis ⁊ pfectiōis ei in multis volūtarie deferebāt. ¶ Tertia est ꝙ petr⁹ habuit sup alios ꝓprie principatū tm̄ nō ex inst-

1. ꝯclusio.
2. ꝯclusio.
3. ꝯclusio.
F Probat. 1 cōclusio.
4. op

stitione xpi sed ex ordinatiõe apostolorꝫ. Quarta est ꝙ petrus nõ fuit pontifex romanꝰ siue romane eccl'ie epꝰ. Quitaqꝫ romana eccl'ia nõ habet sup alias ecclesias principatuꝫ nisi ipropriecapiat eccl'ia romana ꝓ vniuersali eccl'ia. Et de ista itelligit ꝙ romana eccl'ia est caput oim ecclesiarꝫ. Serta ꝙ pticularis ecclesia romana hꝫ sup alias principatũ. Et hoc ponit scdm quadruplicẽ modũ. ¶ Primus modus est ꝙ ipsa habuit huiusmodi ꝓncipatũ non ex ordinatiõe diuina sed humana Et iste modus est duplex. Unus est ꝙ huiusmodi principatũ habuit auctoritate imperatoris cõstantini siue aliorꝫ imperatorũ. ¶ Secundus modus est ꝙ ipsũ hũit auctoritate generaliũ cõciliorꝫ. Tertius autez modus est q̃ huiusmodi principatũ habuit non ex ordinatione humana: sed diuina. et iste est duplex. Unꝰ modus est ꝙ hunc principatũ habuit imediate ex institutiõe xpi et eum accepit quando petrus factus fuit summus pontifex dicente xpo. Matt. 16. tu es petrus ꝛc. Aliꝰ et q̃rtus modꝰ est ꝙ ipsum habuit non immediate a christo sed a beato petro q̃ de antiochia in romanam eccl'esiam sedem suam transtulit. et eam omnibꝰ alijs eccl'esijs pretulit. Licet autem non sit facile predictas assertiones efficaciter impugnare. tñ cõtra eas ꝓbande sũt cõclusiones premisse Unde ad declarationẽ ꝯclusionis prime tres sunt ꝓpositiões pmittende. ¶ Prima est ꝙ in petro et ceteris apostolis duplex fuit potestas. scz potestas ordinis et potestas regiminis. Prima fuit potestas consecrandi ligandi et soluendi. Secunda fuit potestas ordinãdi subiectos et ad eorꝫ salutem gubernãdi. Secunda ꝓpõ est ꝙ in petro et ceteris apostolis. fuit equalis potestas ordinis: quia vnus ordo erat in singulis. s. ordo sacerdotalis. ideo in his q̃ ad hoc pertinent ratione ordinis nõ erat maior potestas i vno q̃m in alijs ¶ Tertia est ꝙ in petro ꝛ ceterꝫ apostolis non fuit equalis potestas regiminis. sed ex xpi institutiõe in hac potestate petrꝰ fuit maior ꝛ prefuit alijs: ideo in multis primam ordinis potestatem ligare et cohibere potuit in eis. Unde ꝙ hmõi ptãs ex christi institutione in eo maior fuerit q̃m in alijs ex verbis xpi concluditur non precise ex eo ꝙ petro dixit Math. 16. Quãcunq; ligaueris super terrã erit ligatum et in celis. et quodcũq; solueris super terrã erit solutũ ꝛ in celis. Nam Matth. 18 ilsimilia verba dicuntur oibus apl'is Et Johan. 20. Quorꝫ remiseritꝫ peccata remittũtur eis. ꝛ quorꝫ retinueritis retenta sunt. Sz ex eo ꝙ prius tempore ꝛ singulariter dicit illud pmittens ꝛc Tu es petrꝰ ꝛ sup hãc petrã edificabo eccl'iaz meã. ꝛ tibi dabo claues regni celorꝫ. Et Joh. 1. Tu vocaberis cephas. Et Joh. vlt. Pasce agnos meos. pasce oues meas maiores. p agnos et per oues simpliciores itelligẽs plura alia possẽt iduci scripture ,testionia: sz ex his pz ꝟcl'o prima Sda ꝟcl'o ñ pt efficacit̃ pbari ex scripturꝫ diuis: qr i eis nõ legit̃ ꝙ xps ordinauerit petrũ. epz rõa

A

1. opinio.

2. opinio.

3. opinio.

4. opinio.

B

C

D

Probat. 2 conclusio.

num: imo q̄ petr⁹ fuerit vł mā-
serit rome nō inuenitur in tota
scriptura sacra describēte act⁹
apostoloꝝ. hoc tamen potest ra
tionabiliter ꝓsuaderi ex hystoꝝ
rijs autenticis que narrant q̄
Petrus existens rome ꝑsecutio
ne in ea crescente vrbē romanā
voluit dimittere. sed occurrēte
ei xp̄o ait petr⁹. dñe quo vadis.
Ad quē xp̄s. Vado romā iteruz
crucifigi. Ex quo dicto petr⁹ in-
telligens seipsum tanq̄ alterū
xp̄m/seu xp̄i vicariū ibidē debe-
re martyrio coronari reuersus
est. ꝛ ibi vsq̄ ad finē vite reman
sit. Unde verisimiliter concludi
tur q̄ ibi sedē ꝛ episcopatum te
nuerit. nō quidē ordinatiōe hu-
mana cuiuscūq̄ terreni ꝑato-
ris siue consilij generalis. sed
ordinatiōe diuina imperatoris
celestis. licet hec ordinatio for-
te postea fuerit et ꝑ ꝑatores
roborata et ꝑ cōcilia generalia
Ē confirmata. Et sic patz cōclusio.
probatur ꝛc. ¶ Tertia ꝯclusio ꝓbatur. qz
3. ꝯcłō. petrus exīs pōtifex summ⁹ pri
us in anthyochia sedit q̄ rome
sicut patz Actu. 11. Unde sicut le
gitur in cronicis. Petr⁹ ꝑ quat-
tuor annos post passionē xp̄i in
partib⁹ hierosolimitanis eccle-
siam rexit. postea ꝑ septē annos
